This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

747

Per. 1991 e. 89/11

# COMMENTARII
## DE REBVS
## IN
# SCIENTIA NATVRALI
## ET
# MEDICINA
## GESTIS.

## VOLVMINIS XI. PARS I.

LIPSIAE MDCCLXIII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amstelodami apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Parisiis apud Briasson, Patauii apud I. Manfré, Holmiae apud L. Salvium.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## D. CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG.

QUicquid in variis negotiis vitae agendum occurrit, quamuis multo et aerumnoſo ſaepius labore conſtet, dummodo honeſtum ſit et vtile, ac bene etiam procedat, id nos inſigni oblectamento afficit, vt, cum ad finem laborum properamus, ad alia, eaque praeſtantiora negotia adeunda compellamur. Sunt certe, vt aiunt, acti labores iucundi, nec eſt profecto, quod animos noſtros maiori voluptate exhilarare et replere poſſit, quam rerum recte actarum memoria.

In his negotiis ex voto peractis ea quoque repono, quae cum amicis optimis in colligendis Commentariis de rebus in ſcientia naturali et medicina geſtis ſuſcepi, et ita ad finem quendam deduxi, vt ſpeci-

mina, decem voluminibus propoſita, eruditis non prorſus diſplicerent, ſed potius, abſit iactantia dicto, probarentur. Quid quod non tantum in ſupplementis iam inceptis et indicibus vniuerſalibus digerendis verſamur, ſed de laboribus his continuandis cogitamus.

Non exiguum emolumentum ex laboribus his percepimus, cum neque in cultura ſtudiorum feliciter progredi, neque doctrinae noſtrae alumnis vtiles eſſe potuiſſemus, niſi indefeſſum ſcriptorum recentiorum examen nos ad rerum naturalium cauſſas accuratius indagandas impuliſſet. Egregium itaque dictum, quod in apes conuenit, nobis elegimus, quae non ſibi tantum, ſed aliis quoque mella colligunt: nos enim eodem modo non nobis tantum notitiam rerum, ad ſtudia noſtra pertinentium, multa cum cura parare allaborauimus, ſed aliis quoque ſimilem operam praeſtare anniſi ſumus.

Eruditi autem hi labores, cum animum a multis curis auocare poſſent, his potiſſimum temporibus nobis grati fuerunt, quae turbulentis belli viciſſitudinibus nos quaſi ſuppreſſerunt. Saepius quidem de triſtibus belli calamitatibus conqueſti, et curis delaſſati, opus inceptum deponere voluimus, ſed laborum taedium ſuperauit ſpes et fiducia in Deum, vt lubenter tandem ad labores noſtros rediremus.

Multa vero ſunt, quae nos ad continuationem operis ſuſcepti inuitent, et quaſicompellant: ſperamus enim omnino, pace terris noſtris et vniuerſae Europae reddita, ſubſidia varia, quibus hactenus caruimus, inprimis

primis commercia literaria, ſine quibus res noſtrae conſiſtere nequeunt, nobis porro parata ſore. Iam nos excitant laudes et adhortationes exterorum quoque amicorum; inuitant libri noui haud pauci, iique excellentiſſimi argumenti, ad examen cum voluptate et oblectamento ſuſcipiendum; compellit nos amor ſtudii ad diſquiſitionem variorum inuentorum, quae non ſine attentione negligi poſſunt. Minime tamen, quae nouitatis ſtudio oblectamentum pariunt, tantum quaerenda ſunt, ſed ea potiſſimum, quae varias artis ſalutaris et ſcientiae naturalis doctrinas noua et certa inſtitutione illuſtrant, examen exigunt.

Sed cum hoc opus non niſi vnita amicorum opera confici poſſit, dolendum omnino eſt, quod viciſſitudines temporum ſolertiſſimos laborum ſocios nobis ſaepius eripuerunt, quorum opera cum fructu vſi ſumus. Ex his alios morte praematura ereptos lugemus, alios tot laboribus pro ratione ſtudiorum noſtrorum implicatos videmus, vt otia literaria paucis tantum concedantur, negotioſa potius vita multos eneruet, et a tranquilla ſtudiorum cultura remoueat. Attamen ſtudiorum dulcedine captis nullum ſaepe relinquitur oblectamentum, quam quod in nouorum ſcriptorum crebra et diligenti lectione ineſt. Et cum ampliſſimus ſtudiorum noſtrorum ambitus alium hac, alium alia doctrinarum parte colenda magis occupatum teneat, tandem tamen tot diuerſi labores ad vnum conſilium referuntur, quod nobis tradenda hiſtoria literaria medico-phyſica recentiori propoſuimus.

Eſt certe in rebus eruditis proponendis, intelligendis et diiudicandis aliqua vis, ex ſola doctrina-

ctrinarum ratione deprompta, ſed et his, vt omnil
aliis rebus, exercitatio eam, quam deſideramus, pr
ſtantiam addit. Si ſcientiae ambitum animo comp
henderimus, non tantum ab aliis expoſita facilius
gimus, ſed ad illam quoque velut normam ſcien
noſtrae magnitudinem verius exigimus, et quid
his noſtrae, quid aliorum cognitioni addi poſſit, i
lius intelligimus. Quae res ita facillima eſt, ſi is, qui
erūditis ſcriptis inſtruit, ſimul oſtendat, a quibus
ctoribus ſua acceperit, et quid ipſe potiſſimum a
derit; ex his enim ſcriptis et ſyſtema formatum
rigimus, et ſcientiae noſtrae cumulum addimus.
compilatores ſunt, ii nobis non niſi partes diſcipl
rum, easque ſaepe incompletas exhibent, attan
cum nos in conquirendis variis doctrinae noſtrae
tibus ſubleuent, non prorſus contemnendi vider
inprimis ſi fontes, ex quibus hauſerunt, can
indicent, et in deligendo diligentes ſint. Hinc
relationibus noſtris inſtituti rationem indicamu
quae pulchra ſunt, vel etiam interdum paradoxa
notamus, officio noſtro ſatisfecimus; lectores
inde ſatis ſuperque intelligunt, quid in eiusmoc
bro, ſi modo euoluere velint, inuenturi ſint.

Quod ſi vero ſcripta occurrant, quae nos pr
non inſtruant, nihil quoque exhibeant, quod cum
communicare queamus, haec ideo ſine recen
ſeponenda ſunt. Sic certe ſiniſtrum iudicium de
libro ferre vix opus eſt; ſi enim inueniatur vnu
alter, qui non vbique, ſed ſparſim tantum, qua
non prorſus contemnenda tradat, non ille qu
laudem magnopere meretur, ſed paucis verbis
tum, quae quodammodo vtilia eſſe poſſint, indi

ſunt, et ſaepe ex elegantia vel dignitate rei, ex taedioſo item labore, quem in re aliqua ſuſcepit auctor, aliqua laus accedit non prorſus ſupprimenda. Et in iis, quae manca ſunt, ab iniqua obtrectatione abſtinendum eſt, ea potius, quae deſiderantur, inprimis ſi ardua ſint, vlteriori auctorum et aliorum diligentiae commendentur, quo inpoſterum perficiantur.

Laudis et cenſurae aliquis modus ſit, ſunt enim non ea tantum, quae nobis placent, ſed quae, quacunque ratione id fiat, ad vniuerſi ſtudii culturam aliquid conferunt, ſi non laudanda, at commemoranda. Non vna, et breuis ſemper, quam deſideramus, inueniendi reperitur via, ſed ſi varii ad vnum tamen finem tendentes ſuſcipiuntur labores, ſcientia magis magisque extollitur, confirmatur et perficitur. Non vera tantum et certa inuenta nos inſtruunt, ſed erroribus aliorum moniti ſaepe efficacius inſtruimur, et incerta quaedam via, ab inuentore errante tentata, vitatur, ne in eundem errorem incidamus. Nemo ideo reprehendendus eſt, quod errauit, ſed veniam a nobis obtinebit, ſi, omni cura adhibita, finem praefixum tamen non attigit. Pauci enim omnibus ſubſidiis ad rem exequendam inſtructi fuerunt, qui ſi ea, quae ipſis conceſſa erant, bene adhibuerint, acerbam cenſuram non merentur. Porro non ii tantum laudandi ſunt, qui nouis inuentis inclaruerunt, ſed et hi, qui inuenta veterum et recentiorum comparant, et inde vel concluſiones certas ducunt, vel dubitandi rationes exponunt, vel alios inſtruunt, vt in ea re elaboranda maiori cum fructu verſentur, quo tandem ad maiorem inuentorum excellentiam accedant.

Sic nemini molesti omnes instruimus, et historiam scientiarum praesentis seculi declaramus, quod quidem non nostris tantum, sed futuris quoque temporibus vtile esse potest, cum compendium omnium laborum ab eruditis susceptorum ideo faciamus, vt systematum conditores ad fontes, ex quibus haurire possint, ducantur, et fundamenta ac monita inde colligant. Variae ad scientiam ferentes viae iniri possunt, aliae tritae et planae, aliae salebrosae et asperae, et qui scientias tradunt, vel veterum doctrinam commendant et illustrant, vel res nouas ostendunt. Scripta, quae scientiarum illustrandarum caussa prodeunt, interdum iudicio subacto elaborata sunt, interdum imaginationis vi nimium excitata, vel probabilia vel paradoxa, vel tandem prorsus falsa tradunt; vera igitur commendanda, dubia corrigenda, erronea tandem supprimenda et reiicienda sunt. Sic dies diem docet, et labores nostri recte instituti eodem modo, et forte melius quam hactenus, nos ad exoptatum finem deducere possunt.

Ordo autem commentariorum nostrorum a norma hactenus constituta non recedet, exhibendae et porro sunt relationes de nouis libris, inprimis vero diaria eruditorum, quae varias doctrinas simul illustrant, et ad verum incrementum scientiae naturalis et medicinae multum conferunt, hoc examen exigunt, quoniam pauci haec scripta periodica per multos annos continuata colligunt, quibus destituti in rebus, quae ad nostras scientias pertinent, ad haec excerpta prouocare poterunt. Haec igitur succincta quidem, attamen completa erunt, quorum commoda

ad

ad vniuerſam ſcientiam ſe diffundent, aliae vero doctrinae partes in diariis contentae, quae vel ad nos non pertinent, vel minus completae ſunt, titulis citatis tantum indicabuntur.

Simili ratione opera ſplendida, et magnis ſumptibus comparanda locum in noſtris collectionibus poſtulant, cum pauci ſint, qui his bibliothecas ornare poſſint, attamen notitiam quandam rerum, quae ibi traduntur, exigant. Idem requiritur in libris, quae res ſpecialiſſimas tractant, a multis quidem negligendas, nonnullis tamen vtiles. Tandem et libelli in noſtris commentariis annotari merentur, quorum pauca exemplaria prodierunt, ſed qui rem notatu dignam exhibent.

Cum vero haec forte ſciendi cupiditatem ſatient, vtilitatem autem nullam afferre videantur illis, qui ſeuerius non niſi ipſas ſcientiae partes in vero nexu excolendas eſſe, aſſerunt: in qualibet parte a nobis edenda eo reſpicietur, vt aliquot ſcripta ſeligantur, quae vniuerſa vtilitate ſe commendent, et in ea re ad varias doctrinae medicae partes attendetur, quo omnes lectores inter alia plura, quorum notitiam hiſtoricam tantum deſiderant, rem quandam ipſis prae reliquis probatam inueniant. Praecipue autem noua inuenta, quae inter doctos variis controuerſiis agitantur, vti praecedenti decennio hiſtoria inoculationis variolarum, et ſenſibilitatis et irritabilitatis partium corporis animalis, ſuccincte indicanda ſunt.

Quoniam autem non Germaniae tantum erudit
ſed et exteris ſatisfacere annitimur, id ſedulo agem
vt ſcripta in variis Europae prouinciis euulgata
miſceantur, vt Anglus italica et Italus anglica ſcri
praeſtantiora cognoſcat. Copiam librorum hac in
magis timeo, quam inopiam, in ipſa enim pauperie,
quam nos triſte bellum coniecit, tantus iam adeſt
brorum cumulus, vt eum vndecimum volumen
pere nequeat, etſi et in charactere typographico
in forma libri eligenda eo reſpeximus, vt multa v
folio comprehendi poſſent. Cum itaque iam copi
librorum praeuideamus, omnibus indicandis loc
non concedi poſſe ſimul perſpicimus. Agamus
men id, quod vllo modo cum commodo lectorum
ſtrorum praeſtare poſſumus, quae vero non exeq
mur, ea condonabunt aequi iudices, qui et in his, q
hactenus praeſtitimus, lubenter acquieſcunt, dumm
ſelectum et normam nobis praeſcriptam attendam
Forte etiam ea, quae vſitato voluminum numero
comprehendi poſſunt, in ſupplementis, citius q
nunc exarandis, addituri ſumus.

Hi labores iam exhibent notitiam ſtatus praeſ
tis ſcientiarum, ad phyſicam et ſpeciatim medici
pertinentium, neque tamen noua phyſico-medica
poſterum negligemus, inprimis cum ſperemus, p
reddita, accuratiora commercia literaria his co
nuandis exhibitura eſſe materiem. Et vt hacte
memoriam virorum in arte noſtra illuſtrium et den
tuorum poſteritati commendauimus, ſic et inpc
rum id agemus, vt vitae celebrium medicorum c
mentarios noſtros ornent.

In his itaque vt decet praeſtandis amicorum noſtrorum, in variis prouinciis Europae degentium, opera carere non poſſumus. Cum etiam hucusque varia, quae ad incrementa et fata ſcientiarum noſtrarum pertinent, literis priuatis nobiscum communicata fuerint, nulli dubitamus, fore, vt et inpoſterum nobis faueant Viri, de re literaria medica meritiſſimi. Id tamen ſimul ab iis petimus, vt in literis hac de cauſſa ſcriptis omnia ſollicite annotent, beneque perpendant, multa, quae ipſi videant quotidie et audiant, illis nota eſſe, quae tamen ab aliis ignorentur, et, ſi a nobis negligantur, defectum inferant. Sic enim in nominibus et titulis virorum, de quibus agitur, non tantum characterе facile cognoſcendo vtantur, ne literae confundantur, ſed etiam nominibus eruditorum integris notatis efficiant, vt cognomine vel munere, quo funguntur, ab aliis eiusdem nominis diſtinguantur. Satis enim patet, hiſtoriam literariam ex nominum confuſione magnum pati detrimentum.

Idem quoque de indicandis librorum titulis valet. Cum enim non omnes libri in noſtras manus perueniant, nec a nobis recenſeri poſſint, colligimus tamen titulos vel ex aliis diariis, vel ex literis amicorum, vt, ſi non plenaria, aliqua tamen ſcriptorum editorum notitia tradatur. Ex diariis hanc notitiam multo ſtudio conquirimus, ſed, vt hactenus, ſic etiam inpoſterum ab exteris eruditis petimus, vt titulos librorum, qui in manibus eorum ſunt, accurate ſcriptos nobiscum communicent, quo eos in collectionibus noſtris conſignare, et monita quaedam, quae inprimis nouas editiones concernunt, adiicere queamus.

Cum-

Cum autem decem volumina iam edita cum ſu
plementis et indicibus ita inſtituerimus, vt vnum
completum opus, ab anno quinquageſimo ad ſexage
mum huius ſeculi, res ad ſcientiam naturalem et med
cinam pertinentes ſiſtat, nonnullis forte melius factu
fuiſſe videbimur, ſi nunc nouo titulo, et primo v
lumine iterum incepto alterum, quod ingredimur, d
cennium ſeparatim tradidiſſemus: quoniam autem ip
operis ratio non mutata eſt, ſatius eſſe duximu
continuatis voluminibus ea, quae nunc edenda ſur
cum prioribus conjungere, ii enim, qui priora vol
mina comparare nequeunt, quanquam bibliopola a
huc exemplaria integra habet, in hoc vndecimo no
decennii labores conquirere poſſunt.

Faxit vero ſummum numen, vt vota noſtra et l
bores, quos in emolumentum ſtudiorum phyſico m
dicorum ſuſcepimus, exoptatum euentum habear
Seruet felicitatem Vniuerſitatis noſtrae literariae, v
omnibus proſpere ſuccedentibus, ſtudia vniuerſa,
noſtra quoque vere colantur. Dabam Lipſiae, Men
Iulio. A. O. R. MDCCLXIII.

I. Pl

I.

Philoſophical Tranſactions giving ſome Account of the preſent Undertakings ſtudiis, and Labours of the Ingenious in many conſiderable Parts of the World. Vol. LI. Part. II. for the Year 1760. London. printed for L. Davis and C. Reymers Printers to the Royal Society 1761. 4. a pag. 459. ad p. 977. tab. aen. 13.

h. e.

Transactiones Philoſophicae cet. Voluminis LI. pars II. ad annum 1760.

40)

*Epiſtola* PETRI COLLINSONI *ad* I. TH. KLEIN *de migratione hirundinum* *). p. 459.

Hirundines auibus migrantibus non eſſe annumerandas, ſed in vicinis paludibus hiemem transigere, fuit quorundam ſententia, quam KLEINIUS, hiſtoriae naturalis peritia celeberrimus, ſuam fecit. Eam ſententiam Cl. COLLINSONUS hic impugnat, his fere vſus argumen-

*) Lecta d. 9 Mart. 1758.

gumentis. Non apparet, quo pacto circulus ſanguinis in his auibus, ſub aqua merſis, per hiemem continuari ſine reſpiratione poſſit. In vdis prope Tameſin locis nemo vnquam, quod quidem conſtet, hirundinem aliquam ſub aquis reperit, torpentem, ſed adhuc tamen viuam, etſi quotannis ſub finem Septembris magna hirundinum agmina in inſulis huius fluuii, arundinis et ſalicum plenis, conſpiciuntur. De quibusdam ſaltem generibus hirundinum certum eſſe videtur per hominum fide dignorum teſtimonia, ea trans mare volare autumni tempore. Inter hos teſtes Cl. ADANSONUS (Hiſt. de Senegal p. 67) ab Auctore laudatur. Et de ripariis hirundinibus, quas KLEINIUS affirmat in iisdem cauernis, in quibus nidificauerint aeſtate, manere per hiemem torpentes, certo comperit Auctor, id falſum eſſe, poſtquam huiusmodi cauernas amicus quidam Auctoris ſollicite perquiſiuerat.

p.465. 41) IACOBI SHORT, *M. A. S. S. obſeruationes Cometae, menſe ianuario anni* 1760 *viſi.*

p.466. 42) IO. MICHELL, *M. A. obſeruationes eiusdem Cometae.*

p.467. 43) NICOLAI MUNCKLEY Equ. *obſeruationes cometae eiusdem.*

p.469. 44) MARCI DAY, *de eodem Cometa relatio.*

p.470. 45) IO. RUTTY, *M. D. commentatio de aquis vitriolicis in inſula* Mona, *in qua ſimul de fonte medicato* Hartfellenſi, *qui in Commentariorum Edinburgenſium Vol. I. et in Transact. Philoſ. Vol. XLIX. deſcribitur, quaedam annotantur, harumque aquarum cum aliis hoc genus*

genus aquis comparatio instituitur *). Quum aquae vere vitriolicae rarius occurrant, Cl. Auctori de gnus, quem accuratius describeret, visus est hic fons, qui in insulae Monae pago, *Amlwch* dicto, proxime mottem *Traskhwyn* reperitur. Gravitas specifica illi eadem est, quae aquae distillatae, sapor subacidus et valde nauseosus, cupri suspicionem afferens, quem per plures dies expositus aeri retinet, licet nec cupri, nec sulphuris aliud indicium vllum praebeat. Si gallis haec aqua infunditur, colore tantum subcoeruleo statim tingitur, sed post aliquot horas atramenti diluti colorem, et post plures dies pulchre coeruleum ducit, qui paucis spiritu vitrioli destruitur. Cum solutione cinerum clauellatorum, et cum spiritu salis ammoniaci fermentescit valide, et ochram viridem dimittit; cum syrupo violarum colorem viride fuscum ostendit. Lac coagulat, aequali parte affusa. Sedimentum, in crucibulo candefactum, ad instar minii rubrum fit, et a magnete trahitur. Ex quibus omnibus apparet, hanc aquam vitrioli ferri valde grauidam esse. Inueteratis vlceribus medetur, et scabiosis, qui ea lauantur, conducit: bibi sine nausea plus quam hemina (*halfa Pint*), eaque multa cum aqua pura mixta, non potest, et sic in dysenteria, fluore albo, hydrope, ictero, aliisque certis morbis, opem tulit. Plures acidulas huic similes Auctor nominat, quae in Anglia et Hibernia scatent. An in morbis pulmonum semper salutares sint, dubitare adhuc videtur, et optat, vt quae de aquarum *Hartfellen-sium* efficacia ad curandam phtisin iam confirmatam Edenburgenses annotarunt **), pluribus medicorum ibi degentium obseruationibus extra dubium ponantur. Fatetur tamen, in nonnullis pulmonum

*) Lecta d. 17 Ianuar. 1760.
**) vid. nostr. Commentar. Vol. V. P. I. p. 66.

monum morbis acidulas quasdam vtiliter cum lacte datas esse.

p.477. 46) *Relatio de parte Americae, quae Kamtschadalia proxima est, quam ex* KRASHENNICOFFI *descriptione Kamtschadaliae, Petropoli anno* 1759 *edita, excerpsit et cum Societate R. communicauit Reu.* DUMARISQUE, *S. S. Th. D. et apud mercatores Anglos Petropoli degentes sacrorum minister* *), Ora Americae inter 52 et 60 gradum latitudinis borealis vbique fere parallela est littori Kamtschadalienſi, quod inde ab extremitate Kuriliae vsque ad promontorium Tchukotski, per 37 gradus longitudinis circiter, a plaga inter australem et occidentem media versus plagam inter septentriones et orientem mediam protenditur; et inter hoc promontorium atque oppositam Americae continentem mare non vltra duos gradus cum dimidio latum est. Quam propinquitatem aeque ac multitudinem interiectarum insularum, et vtriusque littoris similitudinem perpendens STELLERUS iudicauit, hac parte olim Americam Asiae iunctam fuisse. Est autem hic tractus Americae longe fertilior, parte opposita Asiae. Maxima ibi est ruborum copia, inter quos STEL-
p.481. LERUS eiusque comites ignotam rubi idaei speciem viderunt, cuius baccae singularis erant magnitudinis et saporis. Ex animalium marinorum et terrestrium genere potissimum frequentes ibi viderunt vitulos marinos, fibros, balaenas minores, carcharias, marmottas minores, vulpes rufas et albas; ex auibus notis picas, coruos, (inter hos coruos aquaticos maximos cristaceos, periophthalmiis cinnabarinis, postea candidis), cygnos, anates, graculos, rusticulas, columbas Groenlandicas, et anates arcticas seu

*) Lecta d. 24 Ian. 1760.

ſeu *Mitſchagatkas* (h. e. alcas monochroas, ſulcis tribus, circo duplici vtrinque dependente), ac praeter has, plurimas alias, in Europa ignotas, colorum pulchritudine notabiles. Incolae huius orae reſcuntur herbis, piſcibus et animalibus marinis, cibumque ſibi more Kamtſchadalienſium praeparant, famem etiam perinde, atque hi et ceterae Siberiae gentes, cortice populi vel pinus ſiccato depellunt.

47) THOMAS BARKER, *Equ. annotationes de mutationibus ſtellarum* *). Colorem Sirii, quae ſtella hodie candida apparet, olim rubicundum fuiſſe, veterum teſtimoniis oſtenditur. p. 498.

48) *Modum, quo ſal ammoniacus in Aegypto paratur, e relatione a Cl.* HASSELQUIST *Cl.* LINNAEO communicata, deſcribit IO. ELLIS, *Equ. R. S. S.* **). Quae hic leguntur, a nobis iam enarrata ſunt ***). p. 504.

49) *Montium quorundam praealtorum, magna ligni foſſilis copia quaſi infarctorum, breuis deſcriptio* AUCT. CHRIST. HOLLMANNI, *Phil. Pr. Gottingenſ. R. S. R. S.* ****). De duobus montibus Vir Cl. hic perſcribit. Alter haud procul ab oppido *Munda*, ad Verrae et Fuldae confluentem poſito, verſus meridiem ad altitudinem aſſurgit, quam Auctor 1150 circiter pedibus Pariſinis aequalem aeſtimat. In huius montis ſuprema fere eſt planities, ad 600 circiter orgyiarum latitudinem et 700 longitudinem extenſa, ſub qua ad 5, 10, vel 15 pedum profunditatem p. 566.

*) Lecta d. 31 Ianuar. 1760.
**) L. eodem die.
***) vid. Comment. Goett. Vol. III. Part. III. p. 540.
****) L. d. 14 Febr. 1760.

tatem ingentia lignorum fossilium strata reperiuntur Illud, quod tunc, quum Auctor ibi adesset, per fodiebatur, 20 pedes profundum erat, et sub fundo eius lapideo aliud eiusdem ligni stratum repertum est per terebram, in quo, ea ad 30 pedum profunditatem adacta, fundum nondum tetigit. Haec ligna in stratis suis ita sibi inuicem incumbunt, vt lapidum in lapicidinis sibi inuicem horizontali in situ incumbentium, formam fere referant, et tam arcte se contingant, vt vix quidquam terrae interiectae obseruare liceat; quo fit, vt, vtrum arbores integrae, an arborum diuisarum partes fuerint, ex quibus istiusmodi stratum factum sit, difficulter dici possit. Temporis longinquitate et humiditate adeo fragilia haec ligna facta sunt, vt et rimarum, quaqua uersus excurrentium, plena sint, et loco suo moti in maiores minoresue portiones facile dilabantur. Color eorum a fusco ad nigrum fere tendit. Limo humoque interlabente ita plerumque inquinata et obducta sunt, vt a gleba terrestri primo adspectu non multum differant; sed aqua purgata, et aeri exposita, naturam suam mox produnt, adeo, vt nemo non statim lignum agnoscat. Possunt etiam optimae notae carbones ex illis parari, si eodem modo tractentur, quo carbonarii nostri ex ligno recenti carbones parant. Sed in illis tamen carbonibus magna copia acidi residere solet. Sunt enim haec ligna fossilia tanta bituminis aluminisque copia impraegnata, vt non ignem solum facile concipiant sed et ipsorum sub dio combustorum cineres multum aluminis fundant. Non raro elegantissimi inter ea pyritae reperiuntur, qui aeri quidem aliquamdiu expositi dehiscunt, et in puluerem toti resoluuntur, qui aluminis sulphurisque floribus, et pauca terra martiali constat, sed conseruari tamen possunt, si aqua feruens tamdiu ipsis affundatur, donec

nec nullum ab ipsis odorem et colorem trahent, et ipsi deinceps probe exsiccati ab aeris humidioris accessu defendantur. Montis, ex quo haec ligna effodiuntur, vertex summus, lapidibus ingentibus fere totus constratus, arboribusque proceris consitus est, et in hac ipsa etiam montis summitate strata quaedam lignorum fossilium insunt. Alter mons est in *Hassia* prope *Allendorfium*, quod oppidum in confiniis Thuringiae ob salinas celebre est. Altior est *illo*, et 1970 circiter pedibus Parisinis altitudinem eius aequalem aestimari posse Cl. HOLLMANNUS ex observationibus barometri collegit. In viscera huius montis, in altitudine pedum ad 1500, cuniculis actis, immensa bituminis et ligni fossilis copia ibi deprehensa est. Illud nitore et nigredine ad gagatem proxime accedit, duritie vero parumper ab eo differt. Hoc eiusdem generis esse videtur, atque antea descriptum lignum; minus tamen nigricans est, neque multum aluminis, aut alius salis mineralis, bituminisue in se continet. Strato autem ligni fossilis bitumen, ad duarum circiter orgyiarum (seu serpedarum Gallicarum) altitudinem, tam exacte vbiuis incumbit, vt superfusum quasi eidem esse videatur; bitumini tectum lapideum aeque arcte incumbit.

50) *Experimenta quaedam electrica, in litteris R. P.* 10. BAPTISTAE BECCARIAE, *Professoris Philos. experim. Taurinensis ad Cl.* BENJ. FRANKLINUM, *Jur. D. et R. S. S. d.* 24 *Decemb.* 1757 *data descripta* *). Cur corpus non electricum ad corpus electricum accedat, ratio haec Auctori epistolae esse videtur, quod ignis electricus in corpore electrico abundans, dum traiicit in alterum corpus, p. 514.

 aerem

*) Lecta d. 14 Febr. 1760.

aerem interiectum loco ſuo dimoueat, ideoque qui corpori non electrico a tergo adiacet, nunc lato aere intermedio, ruat verſus corpus electri et corpus alterum verſus illud trudat. In ſententiam, quam alii dudum miſſam fecerunt praeſertim adductus eſt experimento. In antliae pneumaticae fixerat virgam metall cuius ſuperior extremitas figuram ſphaerae hal et vittam ex charta inaurata, longam pollices latam lineas quatuor, conuolutam ſic, vt cylindri lidum formaret, ſuſpendebat filo ſerico ſub forn trei vaſis, lanci antliae imponendi, per cuius ver traiecta erat virga metallica, in ſphaeram illi a lem deſinens; deinde impoſito vaſe vitreo in l ſic, vt cylindrus chartaceus inter ambas ſp medius eſſet, extremo virgae, extra vas prom applicuit catenam a machina electrificatam: factis, vidit cylindrum, priusquam aer ed tur, vehementiſſimis quidem vibrationibus duas ſphaeras agitari; ſed, quum aer ſu retur, imminui eam agitationem, pro imi aeris in vaſe copia, et denique aere, quoa potuit, educto, cylindrum vix nutare, admi tem rurſus paullatim aere, vibrationes red pro copia admiſſi aeris intendi. Porro, q corporum duorum electrificatorum diſceſſi ſe inuicem attingit, arbitratur R. BECCARI effici aut vi expanſiua ignis electrici in his c bus contra vim expenſiuam ignis, in aere r tis, nitente, aut vi ignis electrici in aere exp vim materiae electricae in iſtis corporibus ſup id quod etiam pluribus experimentis, quae hi rat, confirmare ſtuduit.

51) *De caſu ſingulari haemoptyſis litterae* p. 527. *cietatem Reg. ſcriptae ab* ERASMO BA

*H. D.* *). Vir quidam, plus quam 40 annos natus, macer, et pallida facie, qui per plures annos quotidie violentis capitis doloribus afflictus, et ante quatuor annos, poſt ſumtam corticis Peruuiani magnam copiam, paralyticus factus fuerat, vſum tamen membrorum ſuorum fere omnem recuperauerat, nocte aliqua experrectus ſecunda hora matutina exſpuit ſanguinis vncias ad quinque. Hinc illi ſtatim, inciſa brachii vena, vnciae circiter 14 ſanguinis detractae ſunt, et elixir. proprietatis datum, veſperi autem clyſma adminiſtratum eſt, et denuo ſanguinis ad decem vnciae miſſae ſunt. Sequenti nocte eadem hora euigilauit, atque eandem fere ſanguinis copiam exſpuit. Iuſſus nunc eſt duplam elixirii proprietatis portionem, et ſexta quaque hora bolum ex extracto Campechenſi ſumere; ac, quia haemorrhoides tumebant, hirudo applicata eſt. Tertio tamen die eadem hora parem ſanguinis per os eiecit copiam, qui, quum floridus et ſine phlegmate eſſet, ac ſubito et absque dolore exſpueretur, non e bronchiali arteria, ſed e pulmonali manaſſe credebatur. Quoniam nullum ſymptoma febrile animadvertebatur, et haemoptoen ſemper ſomnus profundus ac continuus per quatuor horas praecedebat; partes autem quasdam corporis, ab antecedente hemiplexia, adhuc iuſto minus irritabiles eſſe, probabile erat: iudicauit Auctor, ob eam tantum cauſſam, quod pulmones in ſomno non ſatis ſenſibiles eſſent, vt ſanguinis circulationem debite adiuuare poſſent, rumpi quosdam pulmonalis arteriae ramulos ab accumulato ſanguine. Hinc deſiuit aegroto ſanguinem mittere, et medicamenta porrigere, tantummodo iuſſit cum hora prima matutina audita e lecto ſurgere, neque ante quartam iterum dis-



*) Lecta d. 14 Febr. 1760.

cumbere. Et quoniam tuſſicula remanſit, emeti cum die quinto dedit, ſanguinis extrauaſati expel lendi cauſſa, idque poſt ternos dies bis repetiit. Si feliciter curata eſt haec haemoptyſis, capitis etian dolores fere penitus ceſſarunt.

52) *De terrae motibus in Syria anno* 1759 *epi ſtola* PATRICII RUSSELL *). Per ſeptem po ſteriores menſes dicti anni plurimos terrae motu vniuerſa Syriae ora ſenſit, quos inter ille, qui veſper
p. 531. die 25 Nouembris accidit, tertiam Damaſci parten euertit. Aleppi, vbi Auctor habitat, per duo mi nuta prima horae eum ſenſerunt, violentia vi brationum gradatim increſcente et remittente Coelum fuit ſerenum, ventus nullus, hydrargyru in barometro non motus.

53) R. IEREMIAE MILLES, *Th. D. et S. R. S. epiſtol ad illuſtrem Soc. Praeſidem, de carbone quodam foſſil*
p. 535. *vulgo* Bovey Coal *dicto* **). Hoc foſſile, quod a loco in *Deuonia* ſito, vbi reperitur, nomen habet, iace in ſex ſtratis, ſeu venis dilatatis, quae vna cum in teruenüis ſuis argillaceis ſeptuaginta circiter pede in profundum, et vltra milliare in longum exten duntur. Suprema harum venarum ſuperius ſuum latus habet ſub ſolo in pedis vnius profunditate, e decliuis eſt verſus meridiem ſic, vt per ſenos pede 20 circiter pollicibus deprimatur. Tegitur ſabul albo, argillae cinerei coloris permixto. Alta e ſeſqui pedem, vbi minimam, quatuor pedes, vb maximam altitudinem habet. Idem de ſubiectis ve nis intelligendum eſt. Interueniorum altitudo ea dem habet dimenſiones, ſed decreſcit ea ratione, qu

vena

*) Lecta d. 21 Febr. 1760.
**) L. d. 28 Febr. 1760.

venarum adiacentium altitudo creſcit. Infima vero vena 16 pedes alta eſt, et incumbit ſtrato argillaceo, ſub quo eſt ſabulum viride per ſpatium 17 pedes altum, et ſub ſabulo eſt argilla durior ac denſior, in quam adacta terebra nullos carbones detexit. Inter has venas, quae quidem ſibi inuicem, qua ſubſtantiam, qualitatem et vſum ad ignem alendum, ſimiles ſunt, colore tamen, forma, et textura inter ſe differunt, maxime notabilis eſt ea, quae lignum p. 537.
mentitur. Alicubi colorem e fuſco atrum, alibi nitide nigrum habet. Diuiſa eſt per rimas, quae verſus omnes plagas excurrunt, ſine intermiſta terra. Portiones, quae effodiuntur, ſaepe 3 vel 4 pedes longae ſunt. Cum primum loco ſuo natali eximuntur, laminae, in quas facile diuidi poſſunt, elaſticae ſunt, vbi vero ſicceſcunt, elaſticitatem ſuam amittunt et criſpantur. Finduntur tamen adhuc in laminas, etiamſi ſole vel igni ſiccatae ſint. In his laminis, quae ſibi mutuo horizontaliter impoſitae ſunt, nodi ſubinde apparent, gemmis arborum ſimiles, ſed qui nil aliud ſunt, quam nuclei minerales, quemadmodum etiam fruſta quarzi non nunquam in media huius foſſilis maſſa reperiuntur. Ceterum fibroſis interſectionibus, quales in omni ligno occurrunt, ea caret. Frangitur tamen facile transuerſim, fragmentaque ſuperficiem planam ac laeuem habent. Quamquam autem inflammabilitas et lamellata textura huius foſſilis alicui perſuadere poſſunt, id lignum olim fuiſſe; tamen quum nulla veſtigia radicum, ramo- p. 540.
rum, corticis, circulorum annuorum hic appareant, neque maſſae rotundae, adinſtar truncorum, quibus terra interpoſita ſit, in eo reperiantur, neque ipſum facilius ligno comburatur, etiamſi bitumine praegnans ſit: in numero lignorum foſſilium illud habendum eſſe, negat doctiſſimus Auctor, et multorum ſcriptorum, veterum aeque ac recentiorum,

teſtimoniis oſtendere nititur, occurrere ſubinde i viſceribus terrae huiusmodi inflammabilem mat riam, e mixtione materiae bituminoſae cum vari terrae generibus natam. Quin illud foſſile, qu
p.550. Cl. HOLLMANNUS, vt paullo antea diximus, pr pe *Mundam* et *Aliendorfium* inuenit, et pro ligno fi ſili habuit, aliud quid eſſe, quam hactenus deſc ptum carbonem foſſilem, vehementer dubit Quam dubitationem ipſi iniicit partim locorum s talium vtriusque foſſilis, et materiarum, inter qu vtrumque reperitur, ſimilitudo, partim vtriq communis forma, textura, color, partim inter nium iſtud lapideum inter venas foſſilis *Munden* vt alias dubitandi rationes taceamus. Denique a lyſin chemicam eius, quo de adhuc egit, carbor
p.552. Reu. MILLESIUS proponit, vt eo certiorem r dat lectorem, illum eſſe mere mineralem. Vi licet vna libra huius carbonis, balneo arenae in torta vitrea commiſſa, praebuit vncias quatuor mis phlegmatis, aquae quidem ſimilis, ſed odo ac ſaporis aliquantum bituminoſi, quatuor vn liquoris turbidi albidi bituminoſi, maxime foet et linguam pungentis, duas circiter drachmas m riae bituminoſae ponderoſae, quae in illo liqu ſubſidebat, et ſeptem circiter vnciae pulueris gerrimi in fundo retortae, qui etiam bituminis o rem ſpargebat, et in ferro candenti fumabat flamma; bituminoſo iſti liquori ne minima quic gutta olei innatabat, et cineres huius carbonis, ac ebullienti inditi, poſt aquae euaporationem nul ſalem relinquebant.

p.553. 54) *Noua methodus ſeries quasdam ſumma auctore* IO. LANDEN *)

55)

*) Lecta d. 28 Febr. 1760.

55) *Coniecturas de cauſſa terrae motuum, et annotationes quasdam in eorum phaenomena, maxime eius, qui calendis Nouembris anni 1755 Vlyſſipponem vaſtauit, etc. proponit* IO. MICHELL, *M. A. Collegii Reginae Cantabrigiae Sodalis* *). In tres partes diuiſa eſt haec Commentatio. Priori in parte Auctor et principalia terrae motuum phaenomena, praeſertim eius, qui Vlyſſipponi exitialis fuit, collegit, et interiora telluris, quatenus ex horum ſtructura aliquid ad explicanda illa phaenomena peti poteſt, deſcripſit. Hanc ſtructuram, ex eis, quae apparent, ea quae latent coniiciens, ſic animo concipit. Tel- luris viſcera, inquit, non ex materiis fortuito proiectis, ſed ex ſtratis fere horizontalibus diuerſarum materiarum vniformibus et ordine poſitis conſtant, quae ingentem et longitudinem et latitudinem, exiguam vero plerumque profunditatem habent. Licet enim ſubinde materia quaedam ad magnam profunditatem continuata deprehendatur: vix tamen vsquam maſſam continuam format, ſed in magnum laminarum, paucos tantum pedes craſſarum, numerum diuiſa eſt. Strata autem illa porro multis fiſſuris ſeu fibris verticaliter diuiſa ſunt, modo angustioribus, modo amplioribus: dantur tamen, quae nullis, vel admodum raris, ab a ſe inuicem longe remotis, eiusmodi fibris interſtincta ſunt, praeſertim argillacea, etſi ſtrata ſubter et ſuper his poſita crebras fiſſuras habent. Neque diuerſorum ſtratorum contiguorum fiſſurae plerumque ſibi mutuo reſpondent, ſi eae, quae mineris praeditae ſunt, excipiantur. Sunt autem hae fiſſurae ſtratorum, ad ſatis magnam ſub terrae ſuperficie profunditatem poſitorum, fere ſemper aquarum plenae. Ceterum, licet ſtrata ſitum fere horizontalem habere dici queant,

p. 566.

p. 582.



*) Lecta d. 28 Febr. d. 6. 13. 20. 27 Mart. 1760.

queant, ſi magna ſtrati area conſideretur: tamen quod attentione dignum iudicat Auctor, in regio nibus altis et montoſis tantum non omnibus, ſtrat magis ad horizontem inclinantur, quam ſolum, e hoc ſolum ex ſtratorum infimorum aliquo plerun
p.588. que conſtat. In parte altera et tertia Cl. Aucto oſtenſum iuit, omnia trementis terrae phaenom na, antea expoſita (h. e. tam praecipua, quam m nutiora, ex calamitatis Vlyſſipponenſis praeſertir relationibus certa) per ignis ſubterranei et vaporu actionem explicari poſſe, quatenus ſtratum quoddar inflammabilis materiei ignem concepiſſe, et vapo ribus ex aqua ſubterranea in hunc ignem incident natis, exitus per ſtrata incumbentia intercluſus eſ ponatur, vt illi inter duo ſtrata horizontaliter pen trare cogantur, quorum ſuperius cum omni ter impoſita vi ingenti, qua ſe diſpandere nituntur attoll tur. Quo autem vibrationum et quaſi pulſuum, ne non ſoni in aere, terrae motum ſaepe praecedentis v comitantis, rationem reddere poſſit, ſumit, omne
p.597. terreſtrem materiem aliqua elaſticitate praedita eſſe; eamque ſententiam per alias obſeruationes v riſimilem reddere ſtudet. Sed, quomodo Cl. Auct ſyſtema ſuum ad ſingula terrae trementis phaen mena applicet, vt exponamus, breuitas noſtra n bis non permittit; quamquam hoc reticere non pc ſumus, quae de ſingulis fuſe atque erudite diſput uit, lectu omnino digna eſſe.

p.635. 56) *Obſeruationes cometae menſe Februario an* 1760 *habitae a* DE LA CAILLE *).

57) *Excerpta ex aliquot Abbatis de* VENU *epiſtolis, de quibusdam antiquitatibus in Italia*

*) Lecta d. 6 Mart. 1760.

10. NIXON, *A. M. et S. R. S. Roma datis, et huius in ea annotationes* *)

58) *Catalogus 50 plantarum horti Chelſeenſis etc.* p.644.

59) IACOBI PARSONS, *M. D. et R. S. S. deſcriptio quadrupedis ex India orientali celſiſſimo Duci Cumbriae miſſi, quod nunc in arce Londinenſi alitur* **). Huius animalis icon, ab Auctore delineata, et huic deſcriptioni iuncta, multum differt cum ea, quae in Diario *London Magazin* Decemb. 1759 exhibita eſt. Pertinet illud ad genus felium; caudam habet elongatam, aures admodum longas et penicilliformes; catum vulgarem magnitudine ac viribus ſuperat; cicur eſt, moresque cati vulgaris habet. Apud nullum hiſtoriae naturalis ſcriptorem eius mentionem Cl. PARSONS reperire potuit, excepto WALTERO CHARLETON, qui in *Exercitatione de differentiis et nominibus animalium* beſtiam hanc bene deſcripſit. p.649.

60) *De rana piſce Surinamienſi differit* GEORG. EDWARDS, *R. S. S.* ***). Exhibentur primo icones et verba, quibus MERIANA hanc ranam deſcripſerat, deinde duae icones a Cl. Auctore ad vivum delineatae. Hae cum illis comparatae docent, animalia delineata non vnius eiusdemque ſpeciei fuiſſe. Simul quatuor formas ranae imperfectae, e Surinamia etiam miſſas, Auctor delineauit, quae a rana noſtra vulgari differre videtur. Metamorphoſin ranae in piſcem, quam MERIANA et SEBA tradi- p.654.

*) Lecta d. 20 Mart. 1760.
**) L. d. 27 Mart. 1760.
***) L. d. 27 Mart. 1760.

tradiderunt, minime verisimilem iudicat; neque, eam veram esse, dudum constat.

61) *De memorabili operatione in osse humeri fracto refert* CAROLUS WHITE, *Chirurgus Manchestrienſis nosocomii* *). Haec fractura erat quidem simplex obliqua in medio ossis, sed per sex menses tam male tractata, vt eis, qui cum Auctore huius relationis de laeso consultabant, nulla spes supereſſet, partes vniri posse, sed sola amputatio suaden-
p.658. da videretur. Ipse vero huic consilio annuere non poterat, quoniam, aetatem laesi (erat autem hic puer nouem annorum) et bonam corporis constitutionem considerans, iudicabat, nullam in fluidis vel solidis corporis partibus culpam esse, sed aut naturam, dum callum formaret, in opere suo per crebram frictionem fuisse turbatam, aut potius ab acutis oris obliquis ossis musculum quendam laceratum, eiusque aliquam portionem inter oras intrusam fuisse, vt se committere non possent. Affirmabat igitur, facta longitudinali incisione ab eo latere, vbi arteria laedi non posset, vtriusque partis extremitates denudari, et oras obliquas serra, vel forcipe incisoria, resecari oportere (quod, quum brachium valde flexile esset, factu difficile non erat), deinde ambas partes in situm debitum reponi, vt orae sibi inuicem respondeant, et cetera sic, vti in fracturis compositis fieri solet, peragi. Operatio ad mentem Auctoris a peritissimo quodam chirurgo instituta tam bene succeſſit, vt humerus fractus, integritati suae nunc restitutus, altero humero nequidquam breuior sit.

p.660. 62) *De osse in pelui viri reperto epistola* TERENTII BRADY, *M. D.* **). Haec concretio ossea, 20 vn-

*) Lecta d. 27 Mart. 1760. **) L. d. 29 Apr. 1760.

20 vncias pendens, periosteo suo inclusa, inter os pubis et vesicam in cadauere viri reperta est, qui subinde de suppressione vrinae questus erat, ceteroquin autem bona valetudine ad extremum vitae vsus fuerat. Nulli adiacentium partium hoc os iunctum erat, nisi mesenterio, ex quo ad illud pertingebat massa tenax, compacta, membranacea, et glandulosa, sub forma coni inuersi, cuius vertex cauitati cuidam ossis firmiter insertus erat, fibris massae illius membranaceis ibi in osseas conuersis. Omentum penitus absumtum, et mesenterium tumens ac scirrhosum erat.

63) *Curationem feminae, quae tincturam euphorbii biberat, describit* Cl. WILLIS, *M.D.* *). Puerperae in febri lactea tinctura euphorbii cum camphora per imprudentiam pro alia potione data erat. Cl. WILLISIUS post quinque circiter minuta prima horae accedens, inuenit aegram de violenta faucium contractione, et intolerabili ardore in ore, gula, et ventriculo conquerentem. De causa huius mali statim certior factus, iussit aegram multum aquae tepidae bibere. Quo facto, vomuit quidem aegra, et egesta magnam partem tincturae euphorbii continere visa sunt, fortemque odorem camphorae sparserunt, sed nihilominus ingens ardor dolorque ventriculi remansit. Igitur olei ad tres vncias bibendas ipsi dedit, et hanc dosin saepius repetiit, interpositis haustibus aquae tepidae. Sic breui tempore multum quidem vomitum et copiosum *mouerat*, sed tamen ventriculi et intestinorum ardor adhuc aegram afflixit. Propterea data ipsi est *vin. Ipecacuan.* ℨj, quod remedium, postquam ἄνω et maxime κάτω vehementer operatum erat, multum p. 662.

*) Lecta d. 24 Apr. 1760.

p. 851. 70) *Deſcriptio thermometri metallici, auctore* KEANE FITZGERALD, *Equ. S. R. S.* *). Hocce thermometrum ex quatuor virgis conſtat, duos tresue pedes longis, et per vectes heterodromos iunctis. Materia virgarum eſt zincum, quod ſemimetallum a calore vel frigore maxime omnium et citiſſime afficitur. Difficile autem eſt, illud tam bene fundere, vt frigefactum ſatis continuum ſit, et poris ac cauitatibus careat, quae impediunt, quo minus illud a calore ſatis et vniformiter extendatur; praeterea hoc ſemimetallum natura tam fragile eſt, vt virga tantae longitudinis ſub manibus et lima facile frangatur: quare artifex, qui hoc thermometrum parauit, zinco nonam circiter partem cupri admiſcuit. Quum Auctor hocce thermometrum cum aliis ex hydrargyro et ſpiritu vini paratis compararet, obſeruauit virgas illas metallicas initio tardius hydrargyro, et paullo celerius ſpiritu, a calore expandi, deinde autem, vbi maiorem gradum caloris conceperant, celerius hydrargyro, et tardius ſpiritu extendi. Eaſdem ab igni electrico vix vllam extenſionem paſſas eſſe, annotauit. Quoniam hoc inſtrumentum etiam pyrometri vice fungi poteſt, ad indicandum incrementum, quod a dato caloris gradu capit longitudo virgae bipedalis: Auctor nonnulla experimenta cum diuerſis virgis metallicis inſtituit, quae hic enotanda duximus. Quum altitudo hydrargyri in barometro eſſet 30 poll. et calor aeris naturalis 60 graduum thermometri *Fahrenheitiani*: calor vnius cuiusque virgae ab eo gradu, qui in *thermometro Fahrenheitiano* eſt proximus, ſupra gradum gelaſcentis aquae, vſque ad 212 gradum eiusdem ſcalae intendebatur, et index inſtrumenti emetiebatur diuiſiones 1570 pro virga ex zinco mero, (quae fracta,

*) Lecta d. 22 Maii 1760.

fracta, intus valde cauernoſa deprehendebatur, 1150 pro virga ex zinci partibus 18 et cupri part. 1 parata, 1120 pro virga aurichalcea, 785 pro ferrea, et 695 pro virga chalybea. Horum numerorum ſinguli indicant incrementa ſingulorum pedum cuiusque virgae in partibus pollicis Londinenſis eiusmodi, quarum 73840 vnum pollicem conficiunt. Equidem comparatio harum obſeruationum cum aliorum, inprimis MUSSCHENBROEKII experimentis, per alia pyrometra captis, nos docuit, Auctoris obſeruationes cum his haud parum differre: a quibus tamen partibus veritas ſtet, nolumus definire.

71) GEORGII EDWARDS *S. R. S. deſcriptio auis, quae a phaſiano et gallina Africana prognata creditur* *). Haec auis gallinae Africanae ſimilis, ſed mediae magnitudinis inter gallinam Africanam et phaſianum erat. Quod orta ab his diuerſae ſpeciei auibus fuerit, id parum veriſimile iudicat Auctor, quoniam in ſiluis capta eſt, vbi gallinas Africanas, in Europae ſaltim climatis, neque degere, neque oua parere conſtat. p. 834.

72) *De asbeſto in Gallia nuper inuento relatio* TURBERVILLE NEEDHAMI *S. R. S.* **). Quum dominus officinae cuiusdam fabrilis in Gallia fornaces demoliretur, quae reparatione indigebant, in fundo inuenta eſt magna copia lapidis, asbeſto ſeu amianto natiuo ſimilis, et ex quo etiam charta et telae parari poterant. Captis in vtroque lapide variis experimentis perſuaſit ſibi inuentor, vtrumque nil aliud eſſe, quam ferrum calcinatum, et admiſcendo illi phlogiſton, ferrum reſtitui poſſe. p. 837.

73) 10.

*) Lecta d. 22 Maii 1760.
**) L. d. 5 Iun. 1760.

73) IOSEPHI BRUNI, *M. D. et R. S. S. t*
*tio de thermis prope Vinadium, villam ditionis Cun*
*si in Pedemontio, et obseruationes meteorologicae.*
p. 839. *gustae Taurinorum anno* 1759 *habitae* *). A
harum thermarum est limpida, et tam calida,
manus eam tolerare non possit. Inter rupes prof
Continet sulphur solutum et salem, a vulgari
diuersum. Libra vna aquae per euaporationen
sex grana salis dat. Lapidibus, inter quos haec a
fluit, insidet talis sal hieme, vel ante solis ortum
state. Deponit etiam haec aqua, in locis, per c
fluit, particulas oleosas, quae successu temp
massam componunt mollem, spongiosam, vi
flauam, Italis *muffa* dictam. Haec siccata corr
tur, ignem concipit, crepitat, odorem sulph
spargit, et combusta cinerem nigrum relinc
sin autem aquae purae iniicitur, in molem se
plo maiorem intumescit, ac post biduum foetet
oleosis particulis aquae superficiem implet.
quem hae thermae suppeditant, cum acidis
efferuescit, dissolutus in aqua communi syr
violarum colorem inducit subuiridem, et ex sol
ne argenti puluerem album praecipitat. Has a
in omni resolutione neruorum, in quibusdam i
bis cutis, et rheumatismis, admodum salutares
lotione vsurpatas, experientia docuit. OL
BORRICHIUS earum virtutem iam praedicaui

74) *De apium genere, quod foetus suos, folii*
*uolutos, in ligno putrido abscondit, epistola* FR
p. 844. CISCI EYLES STYLES, *Equ. S. R. S.* **).
rum apium quidem iam a RAIO, aliisque facta
mentio: sed quia REAUMURIUS (Tomo VI.

*) Lecta d. 5 Iun. 1760.
**) L. d. 12 Iun. 1760.

*des Inſectes* p. 97) de eo, quod in ligno putrido reperiantur, dubitauit, Auctor ſpecimen operis earum, in vetuſtis palis inuentum, dignum iudicauit, quod ſocietati regiae mitteret.

75) CAROLI YOUNG, *chirurgi Plimutienſis, relatio de oſſe femoris luxato et repoſito* *). Quum Auctor femur dextrum hominis 40 circiter annorum, violenta percuſſione, a tergo antrorſum facta, laeſum ſtatim poſt factam laeſionem diſquireret, ex ſignis haud obſcuris colligebat, illud non fractum ſed luxatum eſſe. Hinc illud protinus reponere conſueta extenſionis methodo ſtudebat. Quoniam, operatione peracta, femur hoc laeſum parallelum erat ſiniſtro, et aeque longum atque hoc apparebat, genu etiam et pes, in laeuum latus antea detorſa, nunc debita ſitum habebant, et tamen hac extenſione os vere non fuiſſe repoſitum ſenſus docebat: Auctor in eam nunc opinionem adductus, non veram luxationem, ſed aliquam tantum diſtorſionem, ob involuntariam muſculorum a vehementi percuſſione contractionem, femori accidiſſe, aegrum, miſſo ipſi ſanguine, quieſcere iubebat, et a quiete ſola auxilium exſpectabat. Et dolores quidem remittebant, ac die duodecimo femur laeſum chirurgi manu attolli, et huc illuc parumper ac leniter moueri ſine dolore poterat: verum ipſe aeger hos motus efficere non valebat, et quotiescunque totius corporis in laeuum latus conuerſione dextrum femur eleuabat, calx dextri pedis ſemper extrorſum detorquebatur. Quae res Auctori opinionem, in qua hactenus fuerat, ſuſpectam reddebat, eumque docebat, neceſſe eſſe, vt ſitum ſuperioris extremitatis oſſis laeſi tactu accuratius pernoſcere ſtuderet. Ergo, quum corpus p. 846.



*) Lecta d. 12 Iun. 1760.

pus aegri tam craſſum et carnoſum eſſet, vt par
oſſis ſub glutaeis muſculis poſitae tactù diſtincte p
cipi non poſſent, validius purgans remedium te
vel quarto quoque die ipſi exhibebat, et non
parcum cibum concedebat. Sic extenuato ae
corpore, poterat tandem caput oſſis femoris ſe
tactus percipere, idque omnino loco ſuo reti
ſum motum, atque in ſpatio inter os iſchion et
ſacrum poſitum reperiebat. Qua re cognita, et
roris ſui cauſſam, et quid ſibi agendum eſſet, fa
intelligebat. Igitur os, facta extenſione, repo
batur, die a laeſione vigeſimo quinto. Quo fa
laeſus bene conualuit, et nunc dextro ſuo fem
ſine vllo laeſionis indicio ſuperſtite, aeque ac
ſtro, vtitur. Errorem autem ſuum laeſo max
ſalutarem fuiſſe, Auctor arbitratur. Quodſi e
a conſilio, quod primo ceperat, os ſtatim repō
di, errore non fuiſſet dimotus, facile potuiſſe
dere, vt muſculorum adhuc validiſſimorum, e
ſtatu vehementis contractionis inuoluntariae co
tutorum, fibrae inter operandum violenta, q
certo adhibiturus fuiſſet, extenſione ruptae eſſe

p.853. 76) *Rev.* IO. SWINTONI *obſeruationes in*
*mum Samnitico-Etruſcum, nondum adhuc penitus*
*ſtratum.*

p.865. 77) ROGERII IOSEPHI BOSCOVICH,
*de proximo veneris ſub ſole tranſitu commentatio.*

p.889. 78) *Rev.* NEVIL MASKELYNE, *A. M. e.*
*legio Trinitatis Cantabrigienſi, R. S. S. conſiliu*
*parallaxi annua per obſeruationes Sirii determinan*

p.896. 79) BENI. WILSONI, *R. S. S. noua experi*
*ta electricitatis* *). Primum annotat V. Cl. ligi

*) Lecta d. 13 Nou. 1760.

per igne arefacti virtutem impediendi propagationem electricitatis, quam R. P. WENDELINUS AMMERSINUS, Heluetus, in libello latino, 1754 edito, a se inuentam indicauit, iam inde ab anno 1747. Cl. WATSONO notam fuisse. Deinde sententiam suam de quaestione, an vitrum materiae electricae permeabile sit, proponit. Quamquam a Cl. FRANKLINO recte demonstratum esse fatetur, ampullam Lugdunensem a materia electrica non penetrari: tamen sub aliis conditionibus vitrum ab hac materia permeari, pro certo habet. Sic tabulam vitream magnam, vtrinque politam, parumper calefactam, et verticaliter erectam, digito fricuit in alterius lateris medio, et vidit, vtrumque tabulae latus, nec non bacillum eburneum, vnum pedem longum, et super fulcro ligneo arefacto ita positum, vt altera eius extremitas a centro lateris, fricto oppositi, quintam pollicis partem distaret, vna cum globulis ex leui materia in altera bacilli extremitate per fila, 4 pollices longa, suspensis, positiue electrificari. Hic materiam electricam e digito in vitrum transiisse, inde contendit, quod, quum eandem tabulam eodem modo fricuisset orbiculo argenteo, ad bacillum ligneum arefactum affixo, argentum negatiue electrificatum est, ceteris phaenomenis haud mutatis. Iam rationem, cur fluidum electricum modo permeet, modo non permeet vitrum, reddi posse existimat partim ex resistentia fluidi ambeuntis vitrum, partim e diuersis gradibus vis, quacum fluidum electricum in corpus quoddam intrare conatur. Nam, inquit, resistentia atmosphaerae vitri politi nudi non vincitur, nisi vis electrica positiua vitro proxime admoueatur, quo facto vitrum vtrinque positiue electrificatur; contra, si ad vitrum (foliis metallicis, vel alio modo) debite tectum vis electrica applicetur, tegmen materiam electricam inter omnes partes eiusdem lateris vitri aequaliter distribuit, et sic accumulata eā, hoc la- p. 898.

tus positiue electricum redditur, simul autem tegmen lateris oppositi, cum solo communicans, abducit aequalem copiam fluidi, ad vitrum natura pertinentis, id est, efficit, vt hoc latus negatiue electrificetur. Quodsi vero vis electrica positiua ad maiorem distantiam a vitro nudo remouetur, et sic actio eius diminuitur; vnaque interiacentis aeris copia et resistentia augetur: vitrum ex vtroque latere negatiue electricum fit; et hunc effectum soli vi repulsiuae fluidi deberi hinc apparet, quod pars fluidi, vitro natura attributi, tunc expellitur, et alia corpora, vltra vitrum posita, positiue electrica reddit. Hanc explicationem confirmari, ait Auctor, per phaenomena opposita, quae tunc contingunt, quum vitro similiter applicatur electricitatis negatiuae conductor. Deinde docet, electricitatem positiuam ope negatiuae haberi posse; e. gr. ampullae Lugdunensis, ligno arefacto suffultae, ac vulgata methodo electrificatae, latus exterius, quod negatiue electricum erat, virgae ferreae, simili fulcro impositae, et in cuspidem desinenti, quae duos pollices ab ampulla distabat, electricitatem positiuam conciliabat; habebat autem haec virga caput rotundum, quod pollicem distabat ab alia virga ferrea, solo innixa. Quin etiam experimenta recenset, quibus edoctus est, posse in eodem corpore electricitatem vtramuis
p. 902. prolubitu per communicationem ab eodem corpore electrico excitari, si vel forma corporis, vel celeritas, quacum alterum corpus ad alterum appropinquat, vel gradus electricitatis in electrico mutetur. Addit, in ipsa electricitatis per frictionem excitatione diuersitatem positionis, ac vehementiae affrictus tantum posse, vt modo positiua, modo negatiua electricitas in alterutro sibi inuicem affrictorum corporum oriatur. Veluti, quum superficiem planam ac laeuem laminae argenteae, ligno aridissimo affi-

ne, semel tantum et leniter affricuerat cylindro ex lacca signatoria, argentum positiue, et lacca negatiue electrificata est; sed postquam, ceteris omnibus manentibus iisdem, non tota superficie laminae, sed eius margine tantum, stricta erat lacca, argentum negatiue, et lacca positiue electrica euasit. Sub finem huius commentationis V. Cl. narrat experimentum nouum, a Cl. HAMILTONO, Philosophiae Professore *Dublinensi* institutum. Is fili metallici, sex pollices longi, peracutas extremitates, dimidium pollicem longas, inflexit iuxta directiones oppositas, ita vt reliquae parti fili essent ad rectos angulos, et in eodem cum illa plano, medio autem filo afferruminauit capsulam conicam cupream; hanc imposuit cuspidi fili metallici, pollices ad tres longi, ad perpendiculum infixi paruo quadro ligneo, ipsumque quadrum cum filo isto metallico collocauit in aliquo corpore electrificato, vt filus verticalem situm haberet; quo facto filem metallicum super cuspide fili admodum celeriter in orbem circum actum est in directione illi oppositа, iuxta quam materia electrica ex cuspide vtriusuis partis inflexae fili effluxit. Quem motum Auctor experimenti effici arbitratur renisu aeris, oppositi vi, qua effluens materia electrica per elasticitatem suam se in aere expandere conatur. p. 905.

80) *Ad* BENI. WILSONUM *epistola* THORBERGMANNI *Vpsaliensis* *), in qua primum occasione obseruationis, quam Cl. FRANKLINUS litteris prodidit, glaciei fruſtum commotionem electricam non transmittere, monet Cl. Auctor epistolae, rationem huius rei non in glaciei natura quaerendam esse, sed in parua eius mole; nam magnam p. 908.



*) Lecta d. 20 Nou. 1760.

glaciei qualitatem tranſitum concedere, et com
ipſam aquam, ſi nimis parua eius copia adhibeat
illum impedire. experientia ſe edoctum eſſe ſcri
Deinde ſingularem auroram borealem icone et v
bis deſcribit. Fuit intra eius arcum proxime h
zontem nubes fulgurans, quae tamen cum lum
boreali nullam communicationem habere viſa eſt

p.910. 81) H. PEMBERTONI, *Med. D. et R. S. L*
*din. ac R. A. Berol. S. Annotationes in libellum ſu*
*tulo, A new Set of logarithmic ſolar Tables, re*
*editum, in quo commodior methodus, mari. latitudi*
*per duas ſolis obſeruationes inueniendi, promittitur.*

p.919. 82) IO. ELLIS, *Equ. et R. S. S. deſcriptio*
*rum plantarum, Haleſiae, et Gardeniae* *). Pri
quidem plantae iam mentionem fecerat OATES
*Carol. Vol. I. p.* 64 ſub nomine Fruticis Padi foliis
ſerratis, floribus monopetalis albis, cet. ex quo
LINNAEUS eam in 10 Edit. *Syſtem. Nat.* no.
ſub nomine *Haleſiae* indicauit: ſed quia hic ch
ſteres plantae accuratiori deſcriptione, eleg
icone illuſtrata, deſignantur, eam deſcription
ipſis Cl. ELLISII verbis excerpemus. Calix:
*rianthium monophyllum, ſuperum, minimum, perſiſ*
*quadridentatum, denticulis acutiuſculis, erectis.*
rolla: *Petalum campanulatum, magnum, ventricoſ*
*limbus quadrilobus, lobis minimis, obtuſis, pa*
Stamina: *Filamenta duodecim (raro ſedecim) tubo*
p.932. *rollae inſerta, baſi connata, ſubulata, erecta, co*
*paullo breuiora; antherae oblongae, obtuſae, ere*
Piſtillum: *germen oblongum, inferum; ſtilus filifor*
*corolla longior, perſiſtens; ſtigma ſimplex.* Peri
pium: *nux corticata, ſub cortice ſulcata, oblo*
*utri*

*) Lecta d. 20 Nou. 1760.

*trinque angustata, membranis angulata, quadrilocularis.* Semina *solitaria, linearioblonga.* Species *duae* p. 934
*sunt, tetraptera, seu Halesia fructibus membranaceo-quadrangulatis, et diptera, seu Halesia fructibus alatis.* Altera planta, quam Cl. ELLISIUS *Gardeniam* *) appellauit, (ignarus forsitan, aliam plantam Cl. GARDENII nomine iam a COLDENIO in Comment. Edinburg. insignitam fuisse) nota hactenus fuit sub nomine *Iasmini promontorii bonae spei*, eiusque delineationem Cl. EHRETUS, S. R. Lond. S. publicauerat. At quia hic frutex a Iasmino tantum differre Auctori visus est, quantum Paeonia a Rosa, nouum genus eo constitui, consentiente LINNAEO, arbitratus est, cuius characteres sic recenset. Calix: *Perianthium monophyllum, quinquangulare, quinquepartitum, lacinüs ensiformibus, verticalibus, strictis, rectiusculis, persistentibus.* Corolla: *petalum hypocrateriforme: tubus subcylindricus, calice longior, limbus quinquepartitus, planus; laciniis obouatis, longitudine tubi, altero margine rectiore.* Stamina: *filamenta quinque, tubo corollae adnata, in fauce breuissime libera; antherae lineares, suberectae, longitudine dimidii limbi.* Pistillum: *germen infra receptaculum, oblongum; stilus filiformis, longitudine tubi corollae, desinens extra faucem in stigmata duo, magna, crassa, obtusissima.* Pericarpium: *bacca sicca, oblonga, bilocularis.* Semina: *plura minima.* Haec descriptio icone adiecta egregie illustratur.

C 5 83) IAC.

*) vid. Comment. nostr. Vol. X. Part. IV. p. 597. Plantam mense Iulio hic Lipsiae quoque florentem vidimus, et licet florem, qui plenus erat, non accurate examinare potuimus tamen ex luxuriante nutrimento, in calicis angulis et reliquis partibus numerum senarium conspeximus.

83) THC. SHORT, *M. A. et R. S. S. obſervatio eclipſis lunae, Londini d. 22 Nov. 1760.*

84) SAMUELIS MORE, *Pharmacopolae, relatio (de iuuene, cuius manus a frequenti filorum aeneorum tractatione durae ac rigidae factae erant* *). Filis ori p.937 chalceis crebra ignitio cruſtam inducit, quam detrahi oportet, antequam eis, qui acus conficiunt, tradantur. Id fieri ſolet in officinis infectorum, vbi fila iſta, poſtquam liquori, cuius ope lanis colores, quos vocant *Saxonicos*, inducunt (et qui ex aqua, oleo vitrioli, ſtumine, tartaro etc. conſtat) aliquamdiu immerſa iacuerunt, ſolo valide iterum iterumque illiduntur, quoad cruſta illa diſſiliat, et filis ſplendor ſuus reddatur. Cui operae quum inuenis quidam diu et frequenter vacaſſet, ſenſit manus ſuas adeo duras et rigidas factas eſſe, vt illis amplius vti non poſſet. Malum remediis inſcite applicatis auctum erat adeo, vt Auctor quum a iuuene conſuleretur, cutem pergamenae, hic illic fiſſae, ſimilem deprehenderet, et e iuncturis digitorum, quum illos extendere conaretur, ſanguinem erumpere videret. Ipſe autem perpendens, cauſſam mali haud dubie fuiſſe liquorem, acidiſſimum, quo manus ſaepius madefactae fuerant, linimentum praeſcripſit emolliens ex olei oliuarum part. 2 et lixiuii ſalis alcal. fixi parte 1, cui poſtea vitellos quorum admiſcuit, quoniam prioris remedii vſus ob nimiam ſalis alcalini acrimoniam iuueni multum doloris afferebat. Et ſic manus quidem intra duos menſes fere ſanatae ſunt: ne tamen malum rediret, per tertium menſem quotidie ante cubitum manus axungia porcina, cui vitellus oui et paucae guttae olei lauandulae miſtae erant, vngi iuſſit. Quo facto manus integritati omnino reſtitutae ſunt.

85) *Reu.*

*) Lecta d. 11 Dec. 1760.

85) *Rev.* IEREMIAE MILLESII *continuatio experimentorum cum carbone fossili*, Bovey-coal *dicto, institutorum* *). Ex his experimentis Auctor colligit, hoc fossile maximam partem constare ex aqua, cuius magna copia leni calore ab eo separari queat, (unde rationem reddit, cur aeri et soli expositum multas fissuras agat), et aquae ex illo destillatae multum olei leuissimi et salis acidi volatilis intime commissum esse. Ceterum plures notas recenset, quibus a carbonibus vegetabilium satis distinctum est. p. 941.

86) SAM. KLIMGENSTIERNA *de aberratione luminis in superficiebus et lentibus sphaericis refractorum commentatio.*

## II.

ANI PLANCI, Ariminensis, de conchis minus notis Liber. Cui accessit specimen aestus reciproci maris superi ad littus portumque Arimini. Editio altera, duplici appendice aucta. Romae in aedibus Palladis 1760. 4. pl. 17. tab. aen. 5. appendicum tab. aen. 19.

Immensi naturae thesauri quotidie noua indagatoribus offerunt, ab aliis praeteritis corpora, quae, prout summam creatoris sapientiam produnt, ita dispositionibus corporum naturalium nouas etiam mutationes inducunt. Ditiorem itaque reddidit naturae cognitionem, fauente sic fortuna, Cl. PLANcus, atque corporum quorundam naturalium explicationem nobiscum communicauit, de quibus a nemine erat relatum. Locupletauit autem historiam naturalem aliud quasi agendo Noster, quum

*) Lecta d. 8 Ian. 1761.

editus

enim in reciproco maris aestu peruestigando o
patus esset, simulque eundem saepius contempla
conchas atque vmbilicos marinos legeret, vix
nante eodem sese obtulerunt nouae, quarum
descriptionem suscipiens, huncce contexuit libr
immo appendice duplici hancce auxit editionem
Etsi liber de conchis inscribatur, occurrunt tamen
quoque, nec descripta, nec recte expositacorpor
turalia, estque ille in tres praecipue partes diuisus
rum prima conchas ignotas pertractat, secund
cruſtaceis agit, vt v. c. de cancris et stellis ma
eodem modo vel ignotis, vel non satis bene d
ptis: tertia corporum quorundam marin
mentionem facit, quae, dura licet et carnosa
ad testacea vero vel ostracodermata nec referri
sunt, nec apte satis descripta sunt. Descript
aeque ac icones naturae respondent, magna cu
dustria factae, et quid in his minus conuenit,
dide simul exponit Cl. Auctor, quae minuta
lente aucta proponuntur.

p. 7. Sed, quum plerumque hic descripta in sedi
maris contineantur, primo etiam loco, *capite de sedimento maris ad littus Arimini* Noster agit.
nit autem ipsi hoc nomine arenà conchis on
generum referta, quae placidis demum vndis
tus maris deponitur, in omnibus quidem ma
locis inuenienda. Sedimentum vero Arim
prae ceteris maxime notatu dignum est,
quod centum fere genera et vltra concharum
minimarum in se habet, quorum descriptio
data est. Etenim inter alia eminent septem
genera cornuum Hammonis minimorum, qu
inter petrefacta tantum inuenta, a nonnullis p

h) Prima huius libri editio prodiit Venetiis 17
Tab. aen. V. eodem ac praesens titulo.

rae lusibus accepta sunt. Tanto etiam hic numero abundant, vt in sex sedimenti vnciis vltra nouem millia cornuum hammonis variorum generum occurrant. Id, quod copiosissime inuenitur, *vulgatissimum* appellat Cl. Auctor, in quo tamen externae intersectiones et interna loculamenta distinguuntur, et conuenit accurate cum eo, quod in montibus circa Bononiam et Ariminum fossile deprehenditur. Praeter hoc alia adsunt seorsim descripta, elegans est *minus, vulgare, orbiculatum, striatum,* p. 19. *umbilico prominente, ex quo striae et loculamenta omnia prodeunt.* In sedimenti sex vnciis huius centum et triginta numerauit, eademque petrefacta alibi vidit. Describuntur praeter haec alia, *umbilico prominente marginatum, umbilico carente marginatum*; haec cochleae spiras habent deinde additur *erectum laeue*, aliud *striatum*, quod vtrumque huc retulit, licet non cochleata sint, intersectiones tamen ostendant, cum quibus conueniunt *erectum, gladii vaginulam referens* et *erectum globosius*, quae conchyliorum genera sollet BREYNIUS Orthoceratites nominare. His adiunguntur conchylia, quae cum Hammonis cornubus quoad formam externam conspirant, recenset nempe *vermiculum, saxis et lignis adhaerentem*, qui externe tortuosus, intus ex vnico loculo constat, ex quorum numero esse censet teredinem marinam, deinde adducit *operculum* quoddam *minimum durissimum, depressum*, ita conuolutum, vt cornu tale quodam modo referat. Ab his ad alias progreditur p. 19. conchas, quas vero Cl. Auctor partim ex forma denominauit, quae iis et alia corpora intercedit, partim ad cognita genera reduxit. Sunt inter haec etiam minimae quaedam; sic *rotundorum corporum* in sex vnciis sedimenti octo millia et septingenta numerauit, quorum iterum septingenta vix vnum granum ponderis habent. Conchulae aliae nucis, alias

vuae

vuae acini, vel oliuae formam habere dicuntur, ve ad buccina, neritas. turbines, balanosque tellina porro et ſolenes pertinent. Inter has concham et iam anatiferam recenſet, eamque multos ex ore capillos emittere obſeruat, nec non multa ex conchyliis marinis tricornea eſſe docet, praeter duo ſcilicet cornua oculata, medium canaliculum excauatum, tanquam proboſcidem exſerunt.

p. 34. *Altera pars*, quae cruſtacea recenſet, de cancris et ſtellis quibusdam marinis exponit. Occurrit itaque hic *cancer latipes parvus oblongus variegatus*. Chelis nempe inſtruitur admodum latis et teſtam variegatam atque marmoream habet, in arena degens, quod inquinamentis cadaueribusque veſcitur, littus ariminenſe aere ſalubriore frui, autumat Noſter. Ex variis deinde, qui copioſo occurrunt, cancris adducitur *cancer hirſutus, perſonatus maris ſuperi, vulgo* Facchino *Ariminenſibus dictus*. Perſonatum dixit, quod faciem humanam aliquantum refert, totoque corpore hirſutus eſt. Hac etiam data occaſione de methodo, cruſtacea haec animalia commode deſcribendi, diſſerit, omniaque in rotunda et longa diuidere vult, ad rotundos ſeu globoſos cancros, ad longos vero aſtacos, cammaros, ſquillasque referre. Tandem ſtellarum marinarum quaedam ſingularia exempla adducit, quarum mentio penes LINCKIUM non occurrit, vt ſtella marina ſpinis carens, mediocri magnitudine, alia cruciformis, alia latiore corpore et breuioribus radiis.

p. 41. Sed ad *tertiam partem* accedamus, quae molliora et nuda tradit corpora marina. Pauca eorum adducuntur, vrticae nimirum marinae, alcyonia quaedam et tethyum. Impeſfectiora ea animalia vocat, ob ſtructuram, quae glutinoſa quaſi eſt, alia *urtica ſoluta, marſupium refert*, vel potius burſam, quatuor pedibus inſtructam, alia itidem *ſoluta, caryophyllum*

*phyllum refert*, Noſter *podicem marinum* nominat, et eſculenta eſt, Tethyum coriaceae ſaxis adhaeret.

Addita porro de aeſtu maris reciproco, diſſertatio, p. 47
non hypotheſes aliorum aut nouam efficiam proponit, ſed indefeſſis nititur Cl. Auctoris obſeruationibus, per quinquennium inſtitutis, quibus intumeſcentiae et detumeſcentiae natura illi conſtitit. Itaque mutationes attendit in nouilunio, plenilunio, aliisque lunae phaſibus contingentes, nec non in aequinoctiis atque ſolſtitiis. Ne vero nimii ſimus in exponendis accuratis Cl. PLANCI adnotationibus, breuiter totius opuſculi ſumma capita, ad finem libelli adiecta, huc repetere liceat: fluxum itaque atque refluxum maris cognouit eſſe continuum et diei naturalis ſpatio bis contingere, ita tamen, vt plena vel noua luna maior exiſtat, praeſertim tertia die, quae has coniunctiones ſequitur, multo maior ea luna, quae ſolſtitia et aequinoctia comitatur. Minime vero fluxum hunc vel refluxum ſex horis contineri, ſed ſingulis diebus fluxum vel refluxum vnum altero maiorem obſeruari, idque hieme veſperi, aeſtate mane fieri. Nec lunam ſolam aeſtus cauſſam eſſe, eam tantum menſtruum regere, diurnum autem et annuum ſoli deberi. Porro in adriatico mare hieme plus aquae eſſe ac aeſtate, eaque propter intumeſcentiam atque detumeſcentiam parum variare, mare quoque medio fluxus atque refluxus tempore velocius moueri et quaſi ſaltare. Huic fluxui atque refluxui aquiſtitium intercedere. Fluctuationem maris a ventis quidem mutari, verum inde vix tumeſcentiam maris fieri, niſi venti diurni ſint, eam vero in fluxu atque refluxu naturaliter magis fluctuare. Et quod tandem mare Arimenſe perpetuum, ab aeſtu etiam diuerſum, curſum habet, in alueo ſuo eleuatur, et aliquando a locis et terris recedit, ad alias accedit easque aufert, habere naturam

turam maioris fluenti concludit Noſter, idque variis experientiis ſtudioſe confirmat.

p. 83. In appendice tandem prima, adnotationes et adnotationes ad libros praecedentes adiiciuntur, ex quibus pauca tantum adducere poſſumus. IAMESIUS in lexico ſuo farciminali ſtatuit, Cl. Auctorem, carne conchyliorum phthiſin ſanari poſſe, primum adſeruiſſe, quum tamen idem iam a MORTONO et ARBUTHNOTO fuerit probatum. Libere quoque fatetur commiſſos quosdam errores, tum in deſcriptionibus, tum in denominationibus teſtaceorum. Conchulam, oliuae forma deſcriptam, reperit eſſe ſemen et corticem eius, aqua marina

p. 92. induratum. Fundum maris in Baltico etiam eleuari et aquam decreſcere contra CELSIUM a Cl. LINNAEO fuit animaduerſum.

p. 94. Altera vero appendix magnam concharum minus notarum aliarumque rerum copiam deſcribit, additisque figuris illuſtrat. Abſoluitur triginta octo capitibus. Denuo hic occurrunt cornua Hammonis, concha anatifera cum pediculo rugoſo. Notamus in primis *echinum ſeu echinometram vulgarem aculeis nigris*, in cuius inceſſum ſedulo animaduertit Noſter, atque demonſtrauit eum non aculeis, ſed pedibus fieri, qui ingenti numero ex corpore egrediuntur, ſunt autem illi conici, nodis diſtincti, in vertice fibris, vmbellae in modum expanſis, inſtructi: hiſce recta et velociter incedunt, aliisque ſeſe, corporibus affigunt. Teſta echinorum ex decem triangulis ſphaericis alterne maioribus minoribusque componitur, maiora aculeos habent, minora vero foramina oſtendunt, ex quibus poſſunt cornua illa emitti ſeu pedes, quorum ſingulum triangulum ducentos et quinquaginta obtinet, ita, vt pedum numerus vltra mille et ducentos adſcendat, numerusque aculeorum ſit duorum millium et vltra. Singula trian-

triangula iterum bifariam diuiduntur, vt testa echini ex viginti constet triangulis. Praeter haec echini interior traditur anatome. Simili modo pedes suos p. 99.
ex corpore promunt stellae marinae, quarum pariter incessus explicatur. Is autem non recta, sed incurua, circulari aut cycloidea fit linea, debent autem, vt sese moueant, aeque ac priores aquae immersae esse atque arenae. Habent stellae os foliaceum, valde dilatabile, et in parte auersa cerebritem lapideam seu testaceam gerunt, incerti vsus, quem forte ad meliorem ciborum duriorum triturationem debere referre Noster autumat. Describit post ea cochlearum *punctatam*, vmbilicatam et operculo instructam, quae quamuis non sit incognita, de eius tamen genesi singularia referuntur. ARISTOTELES iamiam adnotauerat, purpuras, mytulos, buccina nos edere, seu massam aliquam, ex vesicis compositam, quarum singulae inferius medio loco sint perforatae. Oblatam sibi talis massae particulam studiosius perueſtigauit Cl. Auctor, et inuenit nisi esse cochleae punctatae, in singula enim vesicula latebant cochleae perfectae, numero viginti unae.

Concham, quae amygdala marina vocatur, a p. 103.
ANNIO sanguisuga marina, non biualuem esse licet, siquidem superiore corporis parte nuda sit; habet autem ventriculum cylindricum, tribus extus ossiculis triangularibus instructum: dissecta sanguinem fundit, quem in venis fert. Non tamen haec succo, vt putant, fauaginis vescitur, sed cornubus Ammonis, quae, quum dura sint, ossiculis hisce quasi triturantur. *Tellina fasciata bicauda* biualuis, elliptica, a valuis tota non obuoluitur et duas cartilagineas, cylindricas et articulatas caudas habet, quos articulos originem praebere entrochis fossilibus arbitratur BATARRA. Concham etiam sine

teſta deſcribit, ad limaces tamen non pertinentem
porro cancellos aliquos, alium maximum, ſesqui
pedalem, punicei coloris, alium chelis biſulcatis
inaequalibus, et alium cordatum, tota ſua ſuperfi
cie hirſutum. *Oeſtrum ſeu aſinus marinus*, pluribu
in ſingulo latere oculis inſtructum, pedibus ſuis vn
cinatis piſcibus ſeſe adfigit, eorumque ſanguine
ſugit, aliud horum oblongius per branchias piſciu
ingreditur, carnem eorum intacto corio abſumit, v
vacua tantum burſa remaneat. Pennam marinar
nunc ad zoophyta refert, nec non mentulam mar
p.168. nam. *Setam paluſtrem* tres pedes longam ferrei fi
ad inſtar rigidam, per aliquot tempus viuam in aqu
p.112. retinuit. Fungites madreporas, milleporasqu
opus inſectorum eſſe arbitratur, oleat enim con
buſtae, vt ſquillae. Varias harum ſpecies deline
atque deſcribit, nec non ſpongias. Quum autei
in his deſcriptionibus non tantum omnia ſubtilit
ſed accurate perſcrutatus ſit, magnam vtique pen
naturae indagatores iniit gratiam.

## III.

D. AUGUST SCHAARSCHMIDTS *Nach
richt von den Gegenden und dem Geſund
brunnen bey Freyenwalde. Berlin* 176
8. pl. 5.

h. e.

D. AUGUSTI SCHAARSCHMIDT libellus d
agro et fonte Freyenwaldenſi.

Quum ea, quae de fonte Freyenwaldenſi extai
ſcripta, quibusdam ex cauſſis non ſatis vi
ſunt Cl. SCHAARSCHMIDT, opuſculum hocce eh
ſtor

ſtoricum promulgare non inutile neque ſuperfluum iudicauit. Poſtquam in praefatione praemiſſa de aduerſariis ſuis conqueſtus eſt Cl. Auctor, ſuaque ſua accuſauit, quae illum coegerunt exteram regionem cum patria, licet ſuo, vt ipſe ait, commodo, commutare, profitetur ſe nonnulla ex Cl. GOHLII et Cl. LEHMANNI ſcriptis hauſiſſe. Oppidum p. 13.
Freyenwaldenſe in Marchia media ad Oderam ſitum eſt et ſex milliaribus diſtat *Berolino*: famam autem ſuam a fonte medicato, et adiacente officina, qua alumen paratur, recentiori hominum aetate acquiſiuit. Officina haec, quae ad lapidis ab vrbe diſtantiam exſtructa eſt, deſcripta, adductoque ſimul modo, quo minera aluminoſa e terra eruitur, et alumen inde coquitur, ad fontem medicatum ſe vertit p. 28.
Cl. Auctor, ac regionem terramque definit, qua fatet fons, meminitque ſimul olei illius, inſtar olei petrae olentis, quod medicus quondam Berolinenſis GARLIP VON DER MÜLLEN, ex terra Freyenwaldenſi parauit, eiusque deſcriptionem in diſpenſatorio Brandenburgo-Boruſſico dedit.

De fontis ortu et contentis primus egit GOHLIUS, celebris ille medicus Berolinenſis, in *inſtructione ſua generali de virtute et uſu fontis Freyenwaldenſis*, cuius experientias et obſeruationes celeberrimus tunc temporis chemicus IOANNES. KUNKEL, reiteratis nouisque additis experientiis confirmauit, easque cum Cl. MENZELIO, Electoris FRIDRICI GUILIELMI Archiatro communicauit, qui totum laborem atque ſtudium modo memorato commendauit Electori, quo facto fons purgatus, murisque circumdatus, nouaque exſtructa fuit domus: vti haec omnia in Ephemer. N. C. anni 1689 reperiuntur. Sequentes Electores ac Reges haec aedificia non ſolum conſeruari, ſed ea etiam ampliari, nouisque augeri aedibus curarunt. Praeter

p. 40. memoratam *Inſtructionem generalem* modo dict
GOHLIUS plures adhuc circa hunc fontem obſ
uationes et experientias collegit, et Actis Berolin
ſibus inſeruit. Deinde etiam celeberrimus Fran
furtenſium medicus ALBINUS 1685 peculiar
diſſertationem *de fonte ſacro Freyenwaldenſi* habu
Poſthaec operam ſuam ad commendandum hunc f
tem quoque contulit Cl. SAMUEL SCHA
SCHMIDT, Cl. Noſtri Auctoris frater, cum
diſſertatione ſua, de *fonte medicato Freyenwald*
Halae defenſa, tum in Ephemeridibus ſuis medicis
que chirurgicis per menſes Berolini publicatis.

Praeterimus ea, quae alii, praeſertim vero
HOFFMANNUS paſſim in ſuis ſcriptis de fonte l
reliquere, quae vltima Cl. HOLTORF collegit, et
b. HOFFMANNI nominis inſcriptione publici i
fecit.

p. 45. Aqua autem huius fontis eſt frigida, et tan
externe in balneis adhibetur, quem in finem c
fieri debet, vbi cuique balneantium licitum eſt,
balneis publicis, vel priuatis et domeſticis
Sub forma vaporum et ſtillicidii etiam aquae ibi
plicantur.

p. 50. Quod naturam et indolem huius aquae Fre
waldenſis attinet, ferratis aquis adnumerari de
quae ochram martialem, ſeu rubricam in ca
bus, quibus vehuntur, deponunt, et, ſi quieſc
caticula ſplendida, atque diſcolori, caudae pau
ſimili, teguntur. Per experientias Cl. Auctor
p. 55. texit, aquam hanc componi: 1) ex aqua leui p
2) ex volatili elaſtico quodam principio, quod
forma bullularum aerearum in auras abire dicit, c
tamen a ſpiritu minerali diſtinguit; 3) ex p
terra et pauciori ſale medio; 4) ex plurimis ta
particulis ferreis, quae a magnete trahuntur
cum acido ſulphureo vitriolum ferri conſtitu

Tandem 5) ex ſpiritu minerali ſulphureo volatili, quem ab aliis acidum ſulphureo - fixum nominari ait. Hunc ſpiritum vinculum ſeu medium eſſe aſſerit, quo ceterae partes conſtitutiuae in compoſitione ſeruantur, quem quoque ſpiritum non auolare credit, licet aquam vehantur, vel coquantur, quod vltimum, vt verum fateamur, nobis impoſſibile videtur. Praecipuae igitur partes, et a quibus plurima ſperanda eſt vis, ſunt particulae ferreae, quae omnino multum, tam externe, quam interne, in corpore humano efficere poterunt. Iuſtam exinde concluſionem ad morbos facit Cl. Auctor, in quibus aquae hae cum fructu externe adhiberi queunt, quos breuiter enumerat. His enumeratis anni tempus addit, quo optime aquis his vtendum ſit. p. 60.

Verum enim vero, quum huc vsque aquae hae in balneis tantum adhibitae fuere, non dubitat Cl. Auctor eas etiam interne eſſe ſumendas, quare rationem et modum, quo bibi debent, adiicit. Quae praeſcriptiones, quum eum reliquis iam cognitis regulis conueniunt, earum recenſione facile ſupereſſedere poſſumus. p. 63.

## IV.

Anecdotes de Medecine. MDCCLXII. (ſ. l.) 12. plag. 16.

In e.

Obſeruationes Medicae.

Corporis humani natura tam late patet, vt ſi eam diligentius contempleris, nunquam vel acerrima medentium indagatio, in eius ampliſſimo veluti campo eo vsque procurrere poſſit, vt ab illa, quae

proficiſcantur, ſatis ſpectet clariusque cognoſcer queat. Tot enim rerum ad perſcrutandum exiſtun cauſſae, tot ad notandum contingunt effectus, to et tam diuerſae latent ad perueſtigandum viae to et tam varia patent ad optandum conſilia, cogitatio paullo progreſſa, ſaepe conſiſtere, in terdum etiam, vnde egreſſa eſt, regredi cogatur Quo haec accedunt, quod pertinax interdum flecti nequeat, inconſtans promiſſa deſerere videa tur, vaga ſaepius aberret, tacitaque inſidias med tetur. Quare etiam a prima medicinae pueritia mirandum non eſt, ſcepticorum ſcholam, propte crebriores dubitationes, quibus agitatur, nota m radices egiſſe, atque fruticaſſe. Eiusmodi ver morborum tempeſtates, quae praeuideri non po ſunt, perſanationes mirabiles, et naturae aberratio nes, ſtudioſius collectae in hoc libello apparent Erat autem conſilium Noſtri non vt medendi arten dubiam obſcuramque redderet, quod tamen crimen alieni immo inuidioſi argumenti narrationes cun illarum hiſtoria conterens, in ſe ſuſcepiſſe videtur ſed vt ſapientiae doctrinis humanitatisque ſtudiis in formati, ex his quoque, quae illis improuiſis inopi natisque contingunt, naturae latebras magis perqui rere, variasque, quas agit, partes cognoſcere ac diſcant. Quod primarium ſcriptoris conſilium fuiſſ ex loco quodam in prologi fine colligimus, vbi mo netur, vt paucis, quae teneamus, recte vtamur, v experientiam medicinae matrem ſequamur, vt de nique noua et peregrina ad vtilitatem traducere ann tamur. Age itaque commemoremus nonnullos c ſus, et videamus, an in artis optimae nutrimentur conuerti poſſint.

p. 9. Memoratur, hydropicum, ingenti aquarum tumidum, vſtione, propter ignis vicinitatem, inte ſomnus

ſomnum, in pede excepta perſanatum fuiſſe, ex parte enim aduſta tantam aquarum copiam egreſſam eſſe, vt ſanitati reſtitueretur.

Nobiliſſimae alicuius matronae caſu, ad ſympathiae vim ſtabiliendam, quaedam colligi poſſe, perhibetur. Coniux Baronis de R. grauius ex haemorrhoidum dolore aegrotans, a ſanguiſugis leuamen recepit: cuius beneficii haud immemor, easdem in vaſe cryſtallino aqua referto in futurum ſeruabat: aquam autem toties mutandam curabat, donec ne minima quidem ſanguinis recepti particula appareret. Inter haec menſes profluunt: at toto hoc effluxus tempore, aqua, quamuis de nouo ſaepius affuſa, ſanguine, ex ſanguiſugis ſtillante, tingitur, donec menſes exactae eſſent, quod iterum accidiſſe teſtatur. p. 18.

Hydrophobiam a canum rabioſorum morſu contrahi triſtis experientia docuit, vt autem a ſolo terrore oriatur, id rarius contingere putamus: eiusmodi vero exemplum, in caſu alicuius foeminae memoratur, quae a reliquis, quibuscum erat, deſerta, tanto terrore circumfuſa eſt, vt ab omnibus liquoribus abhorreret. p. 32.

Muſicis concentibus haud infrequenter animi moerores abſterguntur, et grauiores intentiones relaxantur. Quis vero tantum illis vnquam tributurus fuiſſet, vt catalepſin ſoluere putaret. Sed teſtis citatur Cl. DENIS, qui ſonis muſicis theologiae ſtudioſum catalepſi rigidum, liberauit. p. 51.

Antipathiae argumento eſſe ſolent foeminae odorem caſtorii, moſchi auerſantes. En aliud ſtudioſi medicinae Leidenſis, qui abſinthium ferre non poterat! p. 61.

Quo remedio foemina ex lochiorum viis obſtructis aegrotans, leuata eſſe narratur, illud ſingulare procul dubio eſt. Nam ſanguiſugis filo alligatis, p. 68.

in vterum demiſſis, apertae ſunt viae conſtrict atque leuaminis multum allatum eſt.

p. 72. Foemina quaedam in ſummum diſcrimen p pter vteri prolapſum adducta, fruſtra multis me camentis vſa, terrore conſpecti muris ſanata nam cum is infra ſtolam ſe reconderet et in pe affiliret, vterus ſtatim in peluim rediiſſe dicitur.

p. 84. Rei ſemel adſuetum non ſine damno ab ea re dere, vel ex hoc viri alicuius, febre continua quaſ exemplo conſtat. Medicus enim in tabaci, cui grotus adſuetus erat vſu, quem illi denuo ſuaſit, gnam medicinae partem abſolui, expertus eſt.

p. 117. Miles, puellae amore ardens, cum iam ſe illa titurum eſſe deſperaſſet, ſubito ſe felicem futur eſſe audiens, rapide ad ſuam currit atque in am xus ruit, ſed vltimos nam, quae proferre cupit ba, deficiunt, vox faucibus haeret atque exani cadit. Erat autem, quod ex ſectione apparuit, ricardium ſanguine plenum.

p. 132. Tinctura roſarum ſaluberrima fuit legioni r tum, cum enim magna pars, quae pectoris mo cum humorum fluxione inuadebatur, perierat, ius tanta vis apparuit, vt ceteros a mortis peri tutos praeſtaret.

p. 141. Alui obſtructae pertinaciam eam mem THOMAS CAMPANELLA, vt niſi corpore fi lis caeſo vinci vix poſſet. Niſi auctoris nomen datum fuiſſet, putaremur exemplum illud ex lil LUIGI VISONIS, ſimile quid narrantis, de tum fuiſſe.

p. 199. Omnes conſentiunt, cordis motum mini voluntate regi. Quid igitur de illo homine mus, qui, teſte D. CHEYNE, cum vellet, primebat cordis motum, vt pulſu et reſpiration uatus caderet, mortuique imaginem referre rurſus ſi vellet, reſuſcitabat.

Caſus, qui in tranſactionibus philoſophicis legi- p. 215.
tur, hic quoque mentio fit. Aegrotus ex ſcabie, qua manus et brachia horruerant, a nulla plane medicina ſolatium invenit, vltimo ſibi ipſe profuit, impoſito laborantibus membris gummi ex arbore pruno defumto, et in aceto ſoluto.

Honorifica eſt commemoratio illius medica- p. 256.
menti, quod vocis priuationi medendae Cl. LEMMEY parauit, fuit autem ex herbarum vulnerariarum decocto, quod et multis aliis, quamuis non omnibus, ſaluti fuit.

Quanta virtus aquae ſit, appendicis loco adiun- p. 272.
gamus. Mercator quidam in Batauis, tantis inde ab aliquo tempore ventriculi doloribus excruciabatur, vt ſpiritus, elixiria, et alia huius generis medicamenta, ante quam cibum ſumeret, in vſum vocaret. Quorum apparatum miratur Cl. LORE, in eadem domo habitans, interrogauit mercatorem, quo tandem ille ſpectaret, reſpondet, ad dolentem ventriculum ſanandum: ille vero aliam doloris cauſſam ſubeſſe non ſine multo negotio mercatori perſuaſit atque vſum aquae, cuius ſalubritatem poſtea expertus eſt, praeſcripſit.

## V.

LEOPOLDI AUENBRUGGER Medicinae Doctoris in caeſareo regio noſocomio nationum hiſpanico medici ordinarii, inuentum nouum ex percuſſione thoracis humani, vt ſigno, abſtruſos interni pectoris morbos detegendi. Vindobonae. Typis Ioan. Thom. Trattner, MDCCLXI. in 8. plag. 6.

Pectoris morbi, praeterquam quod aegrotos ſaepiuscule in vitae periculum coniiciunt, eo

quoque timendi videantur, quod medicinae virtute non amplius apparente, vel tardius cognoſcuntur, vel, vtrum in interioribus receſſibus occulti lateant, an exterioribus ſuperficiebus circumfuſi adhaereant, non facile ſuſpicione attingi poteſt. Eò facem hisce tenebris admotam! qua fulgente morbi ex cauo pectoris ſpecu in lucem protrahuntur, et latebrae ita pateſiunt, vt nihil inſidiarum nobis imprudentibus ſtrui queat. Eſt autem illud praeſidium, quod horum morborum naturam ſedemque illuſtrat, in ſoni diuerſitate poſitum. Atque ſicuti huius rei confirmandae cauſſa Cl. Scriptor multum diligentiae in experimentis capiendis conſumſit, ita et nos, cuius indolis ſint, vt indicemus eo magis adducimur, quo certius praeuidemus, fore, vt haec pectoris exploratio in morborum ſignis locum impoſterum inueniatura ſit.

p. 13. Thorax, quod memorat Noſter in dextra parte anteriore, a clauicula ad ſextam coſtam veram vsque, poſteriore a ſcapula ad ſecundam tertiamue coſtam ſpuriam, ſiniſtra parte anteriore, a clauicula vsque ad quartam coſtam veram (cordis vicinitate inferius ſoni diſcrimen afferente) poſteriore ita vt in dextra, vtrinque a latere ab humeris ad ſeptimam coſtam veram, et praeterea in omni ſpinae dorſi ad thoracem pertinente tractu, ſonum reddit ſimillimum tympani panno tecti, diſtinctiorem illum, quo tenuiora ſunt corpora, praeſertim, quando pectoris regio anterior, quae a clauicula incipit et in quartam coſtam veram finitur, exploratur; ceteras enim quod attinet, propter oſſa, muſculos, pinguedinem, diſcriminis aliquid interdum afferre ſolent. Recte autem pectus, induſio velatum ſummis digitorum apicibus, et lente et leniter admotis, in varii generis hominibus ſpiritum nunc colligentibus nunc emittentibus, percutitur. Omnes enim

enim, quas deſcripſimus regiones, ſonum non facillime transmittere; ideoque ad eum ex imo protrahendum artificio quodam opus eſſe, docetur. Iam ſi regiones pectoris memoratae, vel ſonum retineant, vel raucum crepent, vel acutiorem reddant, ſigno eſſe, morboſi quid ſubtus latitare: idque tam late patere, quam late ſonus ſupprimatur, eo profundius penetrare, quo magis regio percuſſae carnis ſonum referat, totumque cauum perreptare, ſi etiam oppoſita poſterior pars ſimiliter ſonet: vt adeo pectus dolii inſtar videri poſſet humore quodam referti, quod aeris copia imminuta, quem ſonum vacuum reddebat, nunc plane retinet. Hisce praemiſſis morbi conquiruntur, qui ſoni minus conſueti excuſſione inſidias latentes prodere ſolent.

In horum numero ponuntur acuti, chronici, et illi praecipue, qui humorum effuſionem comitantur: quod vltimum ex anatomico periculo cernitur, cum vaſcula cera tumida, pectoris obſcurum plane percuſſi ſonum efficiunt. Vt igitur primo de acutis videamus, horum vel decurrentium vel conſiſtentium ſuſpicionem ſoni diſcrimen facere ſolet, in epidemicis ante exanthematum eruptionem parum adhuc confirmatam. Oſtenditur vero ſonum inſuetum in pectoris inflammationibus ſub decurſu morbi, plerumque die quarto, materia peccante parum copioſe foras electa adeſſe, et aſſidue quidem vel pleura vel pulmonibus vel vtrisque affectis, ſputo tamen ſimul erumpente, deeſſe autem, ſi eximas *illum*, qui breui ante mortem vel ſuppurationem percipi poſſit, in pleuritide ſicca, inflammatione mediaſtini, pericardii, cordis, quae ſputo prorſus caret. Porro morbi vehementiam et declinationem ſoni vel intentione vel remiſſione iudicari. Deinde ex ſono rauciori morbi ferociam, ex eius latiori propagine, morbi periculum, ex affectione ſiniſtri

p. 27.

late-

lateris partis pristis et superioris thoracis, plus d
criminis portendi. Periclitari denique aegrot
sono a parte posteriore silente, in vitae periculu
adduci, omni lateris regione illo destituta, mo
implicari, sterno nihil prorsus sonante, vel regio
cordis raucum crepante.

p. 40. Altera pars diligenter notat sonum praeter
turalem in morbis chronicis, qui a materia visc
inuadente, opprimente, et destruente proficisc
tur, et visceribus lenta tabe consumtis manife
tur, latissime autem illa patet. Nam occulta, qu
viscera thoracis inuadit pernicies, a parentibus p
pagatur, ab animi affectionibus veluti a nostal
contrahitur, et a periculosioribus quorundam o
ficum artibus pectori molliori noxiis imitatur.
insuper quorundam morborum exitiosa labes esse
let, quae viscera, quod effectu patet, exedat, s
id tribuas humoribus sensim sensimque deficien
bus, siue morbis acutis sinistre compressis. Q
enim, vt scriptoris argumento rem vlterius pro
mus, saepius occurrere solet, quum vt morbi ch
nici cibo potuque inducantur, vtque ab acutar
affectionum seminibus relictis, thoracis viscer
lento hoste opprimantur?

p. 52. In tertia parte, quomodo sonus humores
thoracis cauitatibus effusos indicet, exponitur,
eo obscurior esse consueuit, quo magis egressi hum
res exudant. Ne autem nimium sono in mor
patefaciendis tribuere Noster videatur, ex eor
numero eximit, ad quorum reconditam naturam
dicandam nos nihil sono iuuari, in hoc sunt tus
quae abdominis visceribus laborantibus, prop
neruorum coniunctionem, excitantur, phthi
asthmata ab irritabilitate neruorum pectoris pr
cta, tusses cum materiae sebaceae cretaceae indu
tae proiectione coniunctas, immo et calli, scir

vo

vomicae humorum egreſſiones, anguſtioribus adhuc cancellis incluſae.

Hac via ita ſtrata, vt eam, qui ingredi cupiant, p. 60.
ne vllo quidem impedimento maiori offendantur, ſed contra eius commoditate alliciantur, experimentis bene inſtitutis, omnia illuſtrantur. Apparuit itaque manifeſto, hoc ſoni ex pectoris percuſſione datum ſignum, non fallax fuiſſe ex cadauerum inciſione, in quibus pulmonum ſcirrhus, reſolutio in vomicam ichoroſam, vomica purulenta clauſa et aperta, in pleura, pulmonibus, mediaſtino, pericardio incluſa, empyema, hydrops pericardii ſanguinis in cauum pectoris pericardiique proruptio, et cordis denique aneuryſma deprehenſum fuit. Ac primo quidem ſcirrho pulmones indurari docemur, ſi ſono regionis malum fouentis rauco vel omnino caeco, comes additur tuſſis rarior, cum nullo, vel tantum viſcido crudo pauco ſputo, ſi motum et ſermonem diuturniorem, anhelitus, languor, faucium aſperitas, pulſus feſtinatio, aberratio, reſpirationis et loquelae interceptio ſequitur, et ſi, functionibus naturalibus animalibus et vitalibus, quando hae quidem turbatae non fuerint, ſaluis, venas ſub lingua ad tempora iugalaque affectorum laterum ſitas, inflatas magis, et oppreſſum latus inter aeris collectionem parum motum cernas. Finibus huius ſcriptionis impediti, vt obſeruationes de vomicis, a ſcriptore in ichoroſas et purulentas, quarum illae pulmonibus tantum, hae et aliis thoracis viſceribus infeſtae ſunt, diuiſas, ſtrictim attingere, reliquas omittere cogimur, operae pretium facturi nobis viſi, ſi illas, quae ad pericardii hydropem pertinent, pluribus explicemus.

Vomica, ſcirrhus, in ichorem diffluunt, ſi huius, p. 69.
ſuſpicione apparente, aegroti languent, fatiſcunt, arteriis interea celeri, inaequali, contracto magis pulſu

pulſu micantibus, quieſcentes aegre ſpiritum h
riunt, frons gelido ſudore ſoluitur, oculi pall
venae genarum liuent, linguae affecti lateris p
plumbi colorem refert, latus oppreſſum, ſi ſcirr
late regnat, motu penitus caret, quicquid tuſſi ſ
eiicitur, coenoſum eſt, et tum appetitus deficit,
terdum quoque vrina rubeſcit.

p. 72. Alia eſt facies vomicae purulentae clauſae, t
enim ſicca crebrior eſt, et ſaepius tam violent
fauces exaſperentur, vagae horripilationes in c
rem genarum, labiorum, praecipue lateris vo
cam recipientis, transeunt, cibo ſumto laſſitu
membra tenet, reſpirationis eo tempore tanqu
in anguſtias compulſae, feſtinatio quaedam obſe
tur, pulſus eſt frequentia, contractio, durit
inconſtantia, tumore autem vomicae tam lo
progreſſo, vt percuſſione cognoſci poſſet, cibi
in alimentum mutantur, ſed in pus conuertun
hinc vomicae incrementum, neceſſitas in opp
ſum latus decumbendi, vltimo, facies, manus,
des, latus oedemate inflantur, vrina paucior tu
ta ſedimentum habet furfuraceum, et ſublimis
leſtaque reſpiratio penitus intercipitur. Vomi
purulentam in aſperam arteriam aperiri ſuſpicari
bemus, ex tuſſi, modo album, modo flauum
ceum viride, nunc coenoſum, nunc ſuberuen
ſputum eiiciente. Si latus percuſſione explorat
tuſſi excitata, ſtrepitu remugit, ſi ſputum, cum
groti leuamine ſuppreſſum, a repetito febris imp
mouetur, ſi lateris vomica tumidi ſonus, ante p
reiectionem carnis pereuſſae ſimilis, nunc eo l
rius profluente, obtunditur, ſi inter haec fe
procurrit, ſudores profluunt, pus reiectum foe
ſi per refectiones a cibis languoribus eripitur
vrina ſpumas agit, corpus tabe extenuatur, et v
eneruatas diarrhoea colliquatiua ſoluit.

Pericardium aquis exundare ex cadaverum in- p. 86.
sione magis, quam ex signorum deprehensione, nobis patere existimamus. Interest itaque, vt haec diligentius colligamus. Ponuntur quidem a scriptore nostro praeter ea, quae conueniunt in pectoris hydropem, cuius generis sunt, molesta respiratio, intercepta tussis, pulsus durior inconstantior, pectus excruciantes anxietates, eius a cibis profectae oppressiones, flatuum concursio, abdominis tumor, extremorum membrorum frigus, palpebrarum tumor, genarum pallidus liuidus color, perulgilium praecipue, in caeco, quem cordis regio crepat sono, in tumore, in quem scrobiculus cordis pertinacius resistens impellitur, in improuisa sedentium somni obreptione, in repentina propter capitis antrorsum delapsi pondus, expergefactione, in animi defectionibus, pulsus inconstantiam relinquentibus, paullo ante mortem vero in colli tumore, oculorum colore rubicundiori, quae vel apoplexia subita, vel lypothymia lenta magis intentatur.

## VI.

SAM. CHRISTIANI HOLMANNI, Log. Met. et Theol. Nat. P. P. O. Reg. Scient. Soc. Londin. ac nuper etiam Gotting. Membri, Commentationum in Reg. Scient. Societate inde ab A. MDCCLVI. recensitarum Sylloge. Cum tabb. aeneis. Gottingae A. MDCCLXII. Apud Abrah. Vandenhoek Viduam. 4. 1 Alph. 3 pl. 2 tabb.

Septem haec sylloge comprehendit dissertationes multo studio elucubratas, quas Cl. Auctor in Regia Societate Gottingensi recitauit. Eas vero, vt in

in praefatione lectorem docet, seorsim in hu
lumine edendi, tam ob impeditam dudum
mentariorum illius Societatis editionem, quam
sibi in ea manere non placuit, consilium cepit

Prima est *de terrae motibus, inprimis nuper*
*siponensi*, recitata d. 7 Febr. 1756. Postqu
Cl. praecipua phaenomena, quae terrae motu
no 1755 Vlyssiponae tam funestum, comitata
e variis scriptis collecta enarrauit; in caussa
motus inquirit, et, hoc dum agit, receptam
p. 14. a plerisque sententiam confirmat, vim elastic
ris, cauernis subterraneis inclusi, et per in
ibi subito vapores expansi, proximam esse tre
terrae caussam. Et videtur sane generalis
p. 16. caussa omnibus phaenomenis explicandis suf
si ponamus, tam sub terrae continentis supe
quam sub maris fundo in maiori minoriue pro
tate passim dari cryptas cauernasque, maiores
resque, partim solitarias, partim inter se co
nicantes, partim siccas, partim aquam contin
et subterraneum quoddam quasi fulgur, in
earum ortum, per ceteras, simili materia i
mabili magis minusue refertas, subito prop
Sic enim intelligemus, posse aliis in locis terr
perficiem, et quae illi insistant, duntaxat
miscere, aliis vero in locis hiatus terrae ac fi
effici, ex quibus vel ignis et flamma erumpat
aqua magna violentia eructetur, posse alicubi
p. 21. oppida, montes hauriri, alibi stagna, lacus
mina intumescere repente, et mox iterum, ce
pressione, quae subterraneam aquam expresse
ripas suas redire. Quibus disputatis, quaesti
mouet, an forsan excogitari possit aliquid,
exitioso isti malo medelam afferat, vel illud
p. 25. minuat. Non solum autem contendit V. Cl.

poſſe, vt foſſorum artibus eis in locis, quibus terra frequentius vel fortius tremat, putei vel cuniculi eo vsque agantur, donec ad cryptas iſtas peruentum ſit, quae fomitem mali lateribus ſuis nondum ecluſis adhuc complexae fuerint; ſed et ſibi perſuaſiſſimum habet, tales puteos magno magnarum regionum bono ductum iri, quum hac data porta vapores nociferi, et fulmina ſubterranea, ſine magna ona erupturi, et circumiacentia loca terrae motus aut rarius aut minus vehementer ſenſura ſint, quemadmodum de regionibus circa Aetnam Veſeuumque centibus conſtat, eas metu ac periculo liberari, mulac in eorum viſceribus incluſa ignis aerisque is alicubi exitum inuenerit.

*Secunda* diſſertatio *) *quaedam paralipomena de terae motu* exhibet. Occaſionem Auctor a terrae mo-, quem d. 18 Februarii anni 1756 diuerſi Germaniae incolae, et inter hos etiam Gottingenſes nſerant, ſumſit, ea, quae in priori diſputatione ta erant, vlterius confirmandi et eis hoc adiendi, quod, ſicut in animali corpore cordis motu mi arterioſo ſyſtemati pulſus ſingulis momentis primuntur, ita fieri poſſit, vt, vaporum ſubterneorum incenſorum exploſione vehementiſſima, ncuſſis et ſublatis fornicibus canalium ſubterraeorum, aquis fluentibus plenorum, pulſus quidam riantur et fluctuationes, quibus impoſitum ſolum ritetur. p. 27. p. 31.

*Tertia* commentatio *fallacias quasdam experi*ti *Florentini circa aquae incondenſabilitatem* indi**). Conſtat, Florentinae Academiae (*del Ci*mento) Sodales globum cauum tenuem argenteum, aquae p. 35.

*) Lecta d. 6 Mart. 1756.
**) L. d. 2 Octobris 1756.

aquae omnino plenum, et bene clauſum, malli
contudiſſe, vt experirentur, an aqua conden
queat, et ſic ipſis viſam eſſe aquam per omnes
genti poros tranſiiſſe, inſtar hydragyri per pelle
in qua comprimitur, proſilientis. Hoc experim
tum haud ita pridem paullo aliter captum eſt a q
busdam phyſicis Londinenſibus, nempe ope glo
collo inſtructi, quod cochleam feminam habet,
qua cochlea mas tam arcte conuerti poteſt, vt nil
aquae, qua globus eſt impletus, inter vtriusq
cochleae helices elabi queat. Cuiusmodi globu
cupreum cum toto eius apparatu vbi Cl. MOL
MANNUS Londino acceperat, experimentum pl
vna vice repetiuit. Quod dum ageret, nonnull
huius experimenti fallacias vſu edoctus eſt, quas h
candide exponit, et quae non ſatis cautos facile de
pere poſſunt. Earum praecipua, et quae, cum ipſ
Florentinos, tum etiam MUSSCHENBROEKIU
videtur fefelliſſe, haec eſt, quod nonnunquam aq
per omnes poros metalli exprimi et ſuperficiem
p. 52. roris inſtar contegere videri poſſit, cum ſcilicet g
bus ex loco frigido in calidiorem defertur; licet
uera aqua non per poros metalli, ſed per rimu
aliquot, in eo hinc inde aquae preſſione factas, exe
id quod prudens atque induſtrius Noſter natu
ſpeculator, cum globi ſuperficiem, ſicco lint
probe abſterſam, oculo, lente optica armato, p
luſtraret, intellexit. Neque aliter ſe eam rem
bere, per experimenta plura, quae deinceps ſim
ter cum globis ex ſtanno plumboue arte fuſoria
ratis, et torno attenuatis, nec non cum globo
duobus hemiſphaeriis argenteis, malleatione fal
catis, compoſito, cepit, certior redditus eſt.

p. 58. *Quarta* commentatio phyſiologica eſt, et a
*luſtrandum reſpirationis mechaniſmum et vſum ſymb*
q

quandam exhibet *). Deſcriptis thorace, pulmonibus, ceterisque reſpirationis organis, indicat V. C. quid ſe impulerit, vt poſt tot doctiſſimorum hominum de hoc argumento diſputationes ac controuerſias ad idem denuo conſiderandum et illuſtrandum animum adiiceret. Scilicet in explicando reſpira- p. 68.
tionis negotio nondum expedita eſſe videtur ardua illa quaeſtio, quidnam illud rei ſit, quod muſculis intercoſtalibus, tanquam organis mere paſſiuis, et ab arbitrio noſtro partim pendentibus, ordinatiſſimos illos motus, nobis etiam non cogitantibus, et profundo ſaepe ſomno obrutis, ita quaſi imperet, aut potius imprimat, vt coſtae alternis vicibus adeo conſtanter et imperturbate eant et redeant, inprimis vbi corporis ſitu diaphragmatis et abdominis motus impeditur, et contra coſtas ac muſculos illos maximam partem quieſcere faciat, vbi praeſens corporis ſitus thoracis per ſeptum transuerſum dilatationem faciliorem reddiderit. Quum haec quaeſtio ſolui non poſſe videatur, ſi, quod hactenus eſt creditum, thoracis dilatatio aeris in pulmones ingreſſum, et thoracis coarctatio aeris ex pulmonibus egreſſum, tanquam cauſſa effectum, praecedat, neceſſe eſt; alia via ac ratione hanc inſpirationis et exſpira- p. 75.
tionis reciprocationem explicare Auctor Cl. tentat. Principium ſumit notum et haud dubium, ſi aeris, dato ſpatio incluſi, portio per vim ſuam elaſticam, a calore auctam, exitum ex illo ſpatio ſibi parauerit, reſiduam ibi portionem minori elaſticitate polere. Cui principio conſequens eſt, poſtquam aeris in pulmonum bronchiis cellulisque, ſanguinis affluxu et refluxu admodum calefacti, pars magna, per tracheam in auram externam erupit, reſiduae in pulmonibus partis vim elaſticam adeo poſſe eſſe immutatam, vt aeris externi, os naresque obſidentis,



*) Lecta d. 2 Sept. 1758.

contrariae preſſioni reſiſtere amplius nequeat. Hin
aer externus per tracheam in pulmones compreſſc
irruet, ac vi ſua elaſtica, per calorem valde intenſ
eos expandere, ideoque, quum hi fundo et later
bus thoracis vbique contigui ſint, cauitatem thor
cis ampliare annitetur. Plus minusue autem m
bilia vel flexibilia ſunt et pulmonum partes, thorac
latera (coſtae nempe ac ſternum), et fundus eius ſe
diaphragma. Itaque haec vel omnia vel nonnul
pro diuerſo corporis ſitu aeris in pulmones ingre
p. 78. vi elaſtica mouebuntur, quantum ſatis et quema
modum neceſſe eſt ad ampliandam thoracis cauit
tem, reſtituendumque aequilibrium inter aerem e
ternum, eumque, qui pulmones explet. Quam th
p. 84. racis dilatationem Auctor et alia ratione ab aere i
terno effici ſimul autumat, nempe per expanſione
et agitationem pulmonum tendendo atque irritan
neruos phrenicos ad diaphragma pertingentes, q
ſic irritati fibras diaphragmatis muſculares in eiu
modi motum concitabunt, vt ipſum explanetu
Hactenus de cauſſis inſpirationis ordinariae et nat
ralis, ex mente Cl. Auctoris. Exſpirationem por
docet effici partim vi contractili veſicularum pulm
p. 90. num, fibrarum, quae bronchiorum cartilagine
lamellas connectunt, et telae celluloſae circuml
ſae, partim elaſticitate cartilaginum et ligament
rum coſtarum, partim ſepti transuerſi in figura
ſuam naturalem ſeſe reſtituendi niſu, et viſceru
abdominis ſimili niſu, quo ſemper, excepto proi
corporis ſitu, diaphragma retro et intra cauitate
thoracis pellere conantur. Virium autem illaru
naturalium, inſpirationem et exſpirationem ore
p. 94. nariam efficientium, tam accuratum fere aequi
brium eſſe contendit, vt ſi aggregatum virium, al
ram efficientium, ab aggregato, cui altera debetu
vel tantillum ſuperetur, ceteris omnibus manen

bus, vel aer internus externo, vel hic illi cedere cogatur. Plerumque tamen, affirmat, cauſſas omnes, exſpirationem perficientes, validius agere, quam quae inſpirationem efficiant; hinc exſpirationem plerumque paullo celeriorem et fortiorem eſſe inſpiratione, et inter inſpirationem et exſpirationem minus temporis interuallum, quam inter exſpirationem et inſpirationem intereſſe, diutiusque poſſe contineri ſpiritum exſpiratione, quam inſpiratione, finita. Ceterum ex hac theoria facilius etiam, quam ex alia quauis, rationem reddi poſſe, monet, primae animalis, in lucem recens editi, vel ex matris ventre exſciſſi, inſpirationis. Et quum hoc ipſo ſua ſententia haud parum confirmetur, enarrat experimentum eo conſilio a ſe inſtitutum, vt intelligeret, an foetus in vtero iam aliquantum moueret thoracem, quaſi praeludens reſpirationi, item an, quod nonnullis videtur, compreſſio thoracis in partu neceſſario praecedere debeat animalis, partu in auram expulſi, reſpirationem. Aperuit p. 95. nempe vterum canis praegrandis grauidae, viuae, ac robuſtae, in quo aliquot caniculas viuas, bene valentes, et fere perfectas reperit; eas ſaepius quidem fortiter ſe commouere ac contorquere per tranſparentes amnii choriique tunicas vidit, ſed quotieſcunque requieſcerent, ne minimum quidem in illis aut thoracis, aut abdominis motum peculiarem, mouendiue conatum, animaduertere potuit; deinde caute inciſis membranis, quibus incluſae erant, vt liquor amnii efflueret, vidit caniculam, aeri nunc expoſitam, ſimulac aures eius ſatis denudatae eſſent, haerensque in eis forſan liquor effluxiſſet, ſine vlla cauſſa ſenſibili accedente ſtatim inſpirare coepiſſe cum clamore et eiulatu. Tandem V. Cl. de reſpirationis vſibus diſputat. Ordinariae ac mere naturalis reſpirationis, de qua ſola ha- p. 104.

ctenus egit, vſus potiores agnoſcit ſanguinis m
tum, ciborum in ventriculo digeſtionem, chyli
inteſtinis, bilisque in hepate ſecretionem, ſangu
nis per vaſa hepatis promotionem, chylique ex ſi
ciſterna in ductum thoracicum faciliorem transgr
ſum, et in hoc ductu aſcenſum, nec non odoru
perceptionem. Ad reſpirationem vero volunt
p.107. riam quod attinet, exſpirationis quidem fortio
vſus recenſet hos, vt flatus ore excitari poſſit,
quae ingrata vel incommoda nobis ſunt, ex ore e
cere, vt excrementa etiam ex infimo ventre exp
lere, vtque ſonos articulatos loquelae cauſſa f
mare queamus; inſpirationis autem paullo fort
ris vel frequentius repetitae vſus exiſtimat eſſe ae
ad ſanguinem admiſtionem, motusque ſangui
per pulmones moderationem. Namque in inſpi
tione, inquit primo facilior ſanguini aditus in v
ſanguifera pulmonalia, et per ea tranſitus parat
deinceps autem, vbi fortior fuerit, veſiculis p
monis vltra terminum modumque naturalem in
tis, vaſa ſanguifera, et ea quidem praecipue, qu
retis inſtar veſiculas illas ambeunt, comprimu
tur, et hoc ipſo ſanguinis e dextro corde affluen
motus aliquantum retardatur et temperatur; atq
hoc temporis articulo aeris quaedam particulae
ipſis pulmonum veſiculis in ipſa vaſa ſanguifera int
labentia, ſub valuulis forſan quibusdam minutiſſim
in ſanguinem ſeſe inſinuant, eique commiſcentur

p.109. In *quinta* diſſertatione *de foliorum in plantis pe
ctioribus mechaniſmo et vſu* *) agitur. Principio
HOLLMANNUS varia ad mechaniſmum folior
ſpectantia recenſet, quae et a ſe ipſo et ab aliis
dum obſeruata ſunt; ea tanquam ſatis hodie n

pr

*) Lecta d. 7 Iul. 1759.

praeterimus. Deinde ad vſus foliorum enarrandos pergit. Eum vſum, quem Cl. BONNETUS *) deteriit, vt particulas aqueas in aere diſperſas hauriant et fugant, quibus et ipſa et ceterae partes plantae nutriantur, egregrie confirmat, vias indicando, per quas particulae illae folium ingrediuntur. Sunt nempe hae viae eaedem, per quas aeris bullulae e folio erumpere cernuntur, ſi id aquae, aere purgatae, ſubmerſum, campanae antliae pneumaticae includitur, et aer ſub campana extrahitur. Inſuper et modum, quo fieri poſſit, vt particulae aqueae ex aere reſorptae folium expandant, conſeruent, nutriant, melius, quam hactenus factum eſt, declarat, dum commonet, inter fibras, quibus duplex folii reticulum conſtat, infinite multas, pulpae viridioris vtriculos vbiuis interiacere, extremisque earum apicibus adhaereſcere, et ſic hauſtas a poris folii particulas fluidas nutritias per patulas has, et communicantes inter ſe, vias facile poſſe diffundi. p. 130.

Simul ex eo, quod hodie conſtat, multo maiorem roris copiam ex terra et corporibus terreſtribus aſcendere, quam ex aere deſcendere, rationem reddit Vir doctiſſimus, cur in plerisque arborum foliis ſuperficies inferior ſuperiore aſperior ſit, et patentioribus poris vel meatibus inſtructa, et propterea abſorbendis ex aere particulis aquoſis aptior. p. 133.

Et quoniam in foliorum vtriculis ſemper multum aeris latet, ex aequilibrio inter hunc aerem, eumque, qui radicibus arboris incumbit, vel in plantae tubulis ligneis haeret, tunc ſublato, cum aer iſte per poros foliorum calore expellitur, explicat haec phaenomena ab HALESIO obſeruata, quod nempe copioſior ſucci nutritii effluxus, in arbore ſemper fiat, ſi foliis ſuis integris ornata ſit, quam ſi haec p. 134.



*) vid. Commeat. noſtr. Vol. III. p. 669.

defecerint, et de die, quam noctu, et coelo interdiu sereno, quam nubilo aut pluuio. Tandem quae-
stionem, an folia respirationi plantarum seruiant,
p. 136. attingens, suam de plantarum respiratione et tracheis sententiam sic exponit, vt quidem haud inficias eat, in quibusdam plantarum maiorum et perfectiorum generibus praeter subtilissimos illos, succo nutritio vehendo destinatos, tubulos adesse et alios tubulos illis multo ampliores, qui in hunc vsum nonnati videantur, et in ligno, etiam recenti, quercus, iuglandis, betulae, fagi albae, taxi, immo in lignis valde compactis quarundam arborum exoticarum nudis saepe oculis cerni queant; attamen in his plantarum generibus, in quibus ne minimam quidem eiusmodi tubulorum diuersitatem obseruare licet, tracheas proprie sic dictas neget, omnesque harum plantarum tubulos, si plantae recentes et virides sint, succo tantum nutritio repletos esse, nullumque aerem, nisi qui ei succo intermistus sit, admittere contendat, etsi eosdem, succo suo priuatos, aerem non solum facile admittere, sed et eundem cum aliis fluidis quibuscunque transmittere, concedat.

In *sexta* commentatione*) *congelationis naturalis, et artificialis, memorabiliora quaedam phaenomena* recensentur. Omnium, quae in aquarum congelatione occurrunt, phaenomenorum rationem vltimam in arctissima cohaesione earum particularum, quae ante congelationem facillime inter se moueri poterant, quaerendam esse recte affirmat Cl. Auctor. Etsi vero huius cohaesionis caussa nos omnino lateat, tamen quum per eandem et situm particularum aquae mutuum mirifice mutari, ex aquae gela-

*) Lecta d. 1 Dec. 1759.

gelaſcentis dilatatione et opacitate facile euincatur,
non ſine veriſimilitudine ſumi poſſe putat, exiguas p. 141.
aquae particulas eſſe oblongas, teretes, et quaſi
anguillaris formae, easque, ex parallelo ſitu, quem,
donec aqua fluida ſit, habeant, in poſitiones ad ſe
inuicem obliquas dimoueri, incipiente congelatione;
quanquam eas angulum LX graduum ſemper inter
ſe inuicem efficere Cl. DE MAIRAN non concedat.
Quibus de cauſſa generali congelationis praemiſſis,
phaenomenorum aliquot ſingularium mentionem
fecit Cl. Auctor. Primo memorabile eſt, interdum p. 143.
maſſam aqueam totam ſubito in glaciem conuerti,
ſimulac ea in locum paullo calidiorem transferatur,
vel manu calida cingatur (vel potius, vt iam Cl.
DE MAIRAN recte annotaſſe videtur, ſimulac tan-
tillum commoueatur). Glacies haec ab initio mol-
lior eſt, ad adipis ſuilli inſtar, et paullo poſt indureſcit,
ſi frigori expoſita manet. Requiritur autem ad
hoc phaenomenon, vt maſſa haud magna aquea hie-
me aeri frigidiori ſic exponatur, vt ea ſucceſſiue ae-
quabilem frigoris gradum induat. Vtrum ſtatim
ab initio glacies iſta maius iam ſpatium occupet,
quam aqua, ex qua facta eſt, an ſucceſſiue indu-
reſcendo dilatetur, Auctor quidem reperire non-
dum potuit; ſed poſterius tamen ipſi probabilius
videtur. Hoc autem phaenomeno obſeruato, gran- p. 146.
dinem imitari ipſi licuit, aquam tunc, cum ſuper-
ficies eius lamellam glacialem oſtendere coepit, ſi-
phone aequie frigido hauriendo, et ex ſiphonis an-
guſto tubulo in aerem ſic expellendo, vt guttae
aqueae per magnam altitudinem cadere poſſint; nam-
que inter cadendum in grandinem magis minusue
duram abeunt. Aliud phaenomenon notatu dignum p. 148.
eſt, quod frigoris gradus, quorum aqua gelaſcere,
vel nix ſponte liqueſcere incipit, ſemper ſit idem;
idque V. C. multis experimentis denuo confirmauit,

quum illud adhuc a nonnullis in dubium voca
maduertiſſet. Haud minus memorabile, qu
frequens in noſtro climate, phaenomenon
tuunt figurae in feneſtris noſtrorum concl
tempore hiemali e congelatis ibi vaporibus
p.151. Eas a ſalium ſubtiliſſimorum, variis corporum
ſertim animalium, exhalationibus admixtoru
terminatis, quas ſemper affectant, figuris
p.155. oriri, Auctor ſtatuit. Salibus etiam, et prae
ſalis ammoniaci particulis, in aere volitantibus
parum probabiliter attribuit ortum figurae h
p.163. nae niuis. Porro de grandinis, quae aeſtate
mum decidit, geneſi, in qua multa ſunt adm
ne digna, eruditas coniecturas proponit. S
nem congelationes artificiales paucis attingit,
gulares nonnullas de virtute ſalium refrigerar
p.168. ſeruationes indicat; ſed modum, quo ſalia in
rem illum frigoris gradum niui et contiguis
ribus conciliant, neque ſe ipſum inuenire,
eum, quem alii commenti ſunt, ſe intellige
huc potuiſſe ingenue profitetur.

*Septima* diſſertatio exhibet *ſupplementa qu
ad commentationem de corporum marinorum, alio
peregrinorum, in terra continente origine.* Vbi
quae hic commemoratur, commentatione ad
res noſtros retulimus *), diximus, Cl. HOLL
NUM hanc fouere ſententiam, quod in iis loc
rae continentis, in quibus magna corporum
norum petrefactorum copia reperitur, olim f
maris fuerit, eamque ſententiam ipſum egregi
naſſe. Iam huic ſententiae plus adhuc robo
dit. Nam primo obſeruat, certam nunc eſſ
nuum Ammonis vulgo ſic dictorum ex teſtis n

*) Vid. Commentar. noſtr. Vol. IV. p. 197. ſeqq

originem, poſtquam Cl. FANUS PLANCUS talis p.176.
figurae teſtas in littore maris Ariminenſis detexit;
licet haud diſſimulet Cl. HOLLMANNUS, minimam
tantum earum teſtarum partem, quas ille pro cor-
nibus Ammonis venditat, hoc nomen mereri, et inter p.179.
has, quae illud mereantur, nullam, quae non admodum
exigua ſit, adhuc eſſe repertam. Dein refert, proxi-
me Gottingam nuper inuentum eſſe lapidum figura-
torum genus, quod innumeris cochleis marinis tum
aliis, tum etiam cornibus Ammonis variae magnitu-
dinis quaſi fartum ſit, adeo vt vel ex primo horum lapi- p.182.
dum obtutu nemo non iudicare debeat, fieri non
potuiſſe, vt qualicunque inundatione tanta copia
marinarum cochlearum in iſtum anguſtum locum
congeſta ſit. Aliud argumentum ſententiae ſuae
Cl. Auctori praebent corpora marina in vertice mon-
tis prope oppidum *Mundam* nupere eruta, inter p.186.
quae notabilis maxime eſt gloſſopetra vtrinque ſer-
rata, eximiae magnitudinis, cum radicibus ſuis fere
integris. Quum ſatis hodie conſtet, haec petre-
facta eſſe dentes carchariae, et quum huius gloſſo-
petrae intuitus cuilibet perſuadeat, eam ex viuo
potius monſtri corpore excidiſſe, quam ex ſemipu-
trido decerptam eſſe: negari vix poteſt, montem
iſtum tunc temporis, cum bellua illa ſuper eo nata-
uerit, ad magnam profunditatem aquis marinis te-
ctum fuiſſe. Vltimum argumentum petit ab ooli- p.190.
this, quorum magni montium tractus pleni ſunt, et
qui, quum talis lapillus e grano arenae, ſtratis ſuper
ſtrata materiae lapideae ſucceſſiue inuoluto, oriatur,
indicio ſunt, loca, vbi effodiuntur, per longum
tempus aquis ſubmerſa olim fuiſſe.

VII. Diſſi-

VII.

Difficultates circa modernorum ſyſtema de
ſibilitate et irritabilitate humani corpori
medico propoſitae ab ANTONIO DE H
S. C. A. Maieſtatis Conſiliario et Arch
nec non medicinae in alma et antiqui
vniuerſitate Vindobonenſe Profeſſore p
rio. Viennae Auſtriae, ſumptibus
manni Ioſephi Krüchten, 1761. 8 mai. p

Clariſſ. DE HAEN, cum ei multa irritabilita
tegendae cauſſa, pericula ab Ill. HALI
inſtituta minus probarentur, nec, quae aſſumt
hinc deriuari poſſe viderentur, huius libelli co
bendi conſilium cepit, vt veri inueniendi et p
la meliora impoſterum inſtituendi facultatem
daret. In prologo igitur, non ſolum latin
quam obſcuritas rerum recuſaret, neglectae v
rogat, ſed etiam fatetur, ſe experimentorum
rum integram fidem praeſtare non poſſe,
aliorum correctionem libenter expectare.
vtrum clariora attulerit, an ſpem nobis ali
Cl. HALLERI defendendi reliquerit, cognoſc

Libellus conſtat duabus partibus, quarum
octo, altera duas continet *difficultates* ab ipſo ob
p. 1. *Pars* 1) *de ſenſibilitate. Difficultas prima: te
dicuntur inſenſibiles, tendo v. g. Achillis irritatu
ditur, vellicatur, ſcalpello cauſticisque, pro par
ſcinditur, abſcinditur totus, absque eo, quod in
lor naſcatur, imo non dantur vulnera, quae citiu
liusque curentur.* Haec diſputatio varia co
Primum, plura pericula HALLERUM in anim
quam in hominibus inſtituiſſe, eaque quod p
poſſit Cl. RADNICZKY experimentis, leui

fundamentis initi: deinde HALLERUM reprehendendum esse, qui rem neget a viris in arte medendi claris et ab ipso BOERHAAVIO allatam, eosdemque in constituenda significatione vocis τῦ νευρῦ, τῦ συνδέσμυ et τενόντος, erroris arguat, et praeterea mutet naturam paronychiae, cum dolorem ab illa ortum non aponeurosibus tendinibusque, sed neruis solum tribuat. Pugnat vero Noster, in paronychia dolorem esse aponeurosium neque suspicioni laesionis neruorum locum esse, quippe quae grauiora semper symptomata iuncta habeat, ideoque HALLERUM parum paronychiae naturam perspexisse, cum tendines doloris expertos esse contendat. Affert quoque, vt rem confirmet, verba GERARDI L. B. VAN SWIETEN (T. I. p. 139. 140) quibus pateat, dolorem et periculum in paronychia in primis a tendinibus atque aponeurosibus repetendum esse. Etenim quin nerui tendinesque resecti dolorem nullum afferant experimenti HALLERIANI fide minime dubitatur, sed quaeritur, an neruus dissectus et dolore carens etiam insensilis sit? quod negatur, sicuti etiam similis de tendine integre absciso conclusio. Aliud autem eiusdem experimentum, quo tendines sensum non recipere demonstratur, obseruatione Cl. PETITI (ab. Acad. Reg. Sc. Par. An. 1728 relata) impugnatur, qua tendinis achillis alia parte integra manente, alia vero abscisa dolorem grauiorem secutum esse, apparuit: cuius suspicionem minime in neruum conuenire, cum haec obseruatio eiusmodi sit, vt tendinem et suae naturae indole doluisse cogatur. Iam grauiori, de quo nunc videamus, argumento Noster ad sensibilitatem neruorum probandam vtitur, tendinem achillis atque pedis articulos, neruos ideoque dolorem recipere: id quod etiam negat HALLERUS: WINSLOWIUS ad testimonium citatur,

p. 5.

p. 9.

p. 14.

citatur, qui neruum poplitaeum ad has partes de
rere docet. Laudatur etiam PARAEUS (lib
p. 19. cap. 41) dolorem tendinum confirmans. Q
vero attinet ad HALLERI experimenta in anir
bus capta, ea, an et in homines transferri pol
contrariam obseruantibus PARAEO atque PI
TO, addubitatur obiiciturque illi periculum inf
tum in auibus quibusdam, in quibus illud fallax
posse, ipse agnouisset. De periculis in corpore
mano factis copiosius disputatur. Nam test
nium SCHLICHTINGII, IOBI VAN MEE
REN et ROBINSONII nihil valere putatur,
ille alio loco tendines laesos dolorem afferre f
tur; hi vero minime tendinum sensibilitatem, c
pe, cuius leuiorem gradum ponunt, exclu
Quae itaque restent quinque HALLERI in hor
bus capta pericula, ex quibus tendinum insei
litatem deriuet, iisdem sexcenta grauissimorum
dicorum PARAEI, HILDANI, PETITI, B
MAAVII, SWIETENII, GARENGEOT
SCHLICHTINGII opponi posse. Porro hanc
nionem insensibilitatis tendinum vitio laborare
hino manifesto apparere, quod, vt et aliae p
sensibiles sensu destituantur, interdum accidat
luti peritonaeum, cutis, musculi abdominal
p. 25. hydrope atque grauiditate; nerui et cutis in
ventosa, manus in vulnere fragmentis vitri qui
iam acubus sine doloris sensu ex illa protracti
cerebrum, cui octo dierum spatio cultellus inh
p. 31. fet. Illud quoque periculum, ex quo HALLI
insensibilitatem tendinum apparere, iudicat,
propter haemorrhagiae periculum, oleum ther
thinae affusum cutem quidem, sed tendines mi
laesisset; in dubium vocare annititur N
dum pugnat hoc oleum dolores mulcere
tius quam excitare, nec fieri facile potuiss

HALLERUS viderit, vtrum eodem plane momento temporis cutis, an tendines afficerentur, neque etiam tendinum probari indolentiam ex maiori cutis dolore. In extremo huius capitis colligitur, HALLERUM in *Elem. Phyſ.* (pag. 414) tendinibus plus tribuiſſe, cum fibras tendineas a valuularum aortae muſculis ſeparatas robur et contrahendi vim habere affirmet. p. 35.

*Difficultas II. Dura ac pia membranae ſunt inſenſibiles.* Ex recentioribus medicis ſunt, qui in has membranas, propter fibrarum carnearum defectum, ſenſibilitatem non cadere, eo adducti variis experimentis, putent. Scriptor autem noſter cum ex dolore capitis a variis harum membranarum vitiis orto, tum ex periculis captis in homine antri HIGMORI carie, et ſiniſtrae dextraeque potiſſimum partis capitis dolore afflicto, in quo meningum arteriae aneuryſmate atque venae varice affectae erant, perſpici poſſe contendit, et eſſe aliquam harum membranarum ſenſibilitatem. neque durae matris ſectionem innoxiam, cum veteres medici eam multum timuerint, nec de ea niſi in ſummo periculo cogitarint. p. 37. p. 40.

*Difficultas III. Etiam membrana laterum; pleura dicta, indolens eſt.* Paullo acrius ſcriptor noſter invehitur in HALLERUM, quod etiam pleurae ſenſibilitatem, propter textum illius celluloſum denegat. Ipſe quidem contrarium cogi poſſe cenſet ex pleuritide, cuius ſedem HALLERUS falſo in neruis et in muſculis intercoſtalibus ponat: neque enim in ea ratione, quam HALLERUS afferat, quod dolor inter aerem hauriendum a ferocia minime remittat, quamuis pleura eo tempore relaxata, quemquam acquieſcere poſſe, ſed ex cadauerum ſectione veritatem eruendam eſſe, ideoque teſtimonium CAELII p. 42.

AURE-

AURELIANI, WILLISII, DIEMERBROEKII VERII et PROSPERI MARTIANI affert, quo firmatur, in vera pleuritide re ipſa affectas pleuras.

p. 49. *Difficultas IV. Eſt quoque indolens peritonæ* Obiectio, quam in hoc capite inuenimus, eſ verſus HALLERI periculum, tum in viro celeber STORCH, cui abdomen aquarum euocandarum c pertundebatur, tum in brutis captum, quo pro tonaei inſenſibilitate vſus eſt. Ducitur autem fectionis argumentum ex multis periculis ſcrip noſtri et Viri Cl. C. H. VELSE qui in iu prae abdominis dolore mortuo peritonaeum a parte, qua dolor ſaeuiiſſet, gangraena corruptum

p. 51. *Difficultas V. Ligamenta, articulorumque c lae non dolent.* Exiguum ſtimuli ſenſum, tamen aliquem ſenſum, in ſuperioribus iam poſitum ſed denuo affert Noſter, vt doceat, obſeruatio PETITI atque alias ipſius HALLERI harum tium inſenſibilitatem minime probare. Mi potius, HALLERUM opinionis ſuae ſtabilendae c podagrae ſedem in alias partes, vt cutem atque uos, transferre. Hanc enim vtique eſſe in arti et multos alios et ſe ipſum obſervaſſe in homi arthritide vexatorum articulis calce concretis. E rientiam etiam in ſui ipſius pede ſe habuiſſe.

p. 58. *Difficultas VI. Senſu quoque et oſſa carent, dullaque eorum et perioſtium et periçranium.* Et quoque partes ſtimulum non percipere HALL eſt opinio, quod neruos, a quibus ſenſibilitas ficiſcitur, non habeant, et quod idem ex CHE DENII atque CASTELLI experimentis fide di intelligi poſſit. Sed etiam huius opinionis adu rium ſcriptor noſter ſe profitetur. Primo enim rioſtium non ita a neruis neque cultello neque ratorio expediri poſſe, vt non vtroque modo d

ori

oritur; deinde in his, qui fuo veneno affecti ſunt, dolorem in oſſa atque medullam ſæuire. Teſtes inſuper grauiſſimos laudat ALEX. BENEDICTUM, IAN SWIETEN, NUCKIUM, CLOPTON HAVERS, SOMETUM, PETITUM, in has partes doloris ſenſum cadere, magno conſenſu affirmantes. Iudicio HALLERI etiam medulla oſſium, quippe quae caret neruis et textum habet celluloſum, ſenſum non habet, ſed Noſter mirabitur, cum experimentis res nondum confirmata ſit, rem nouam obtrudi, cum conſtet libello DEVENTERI de oſſium morbis, medullam ſummae eſſe ſenſibilem, atque teſtimonium adſit DU VERNEYI. p. 65.

*Difficultas VII. Cor ſenſibile eſt: pulmones inſenſibiles, inſenſibiles et renes et ſplen et hepar.* Summam opinionis HALLERI labefactare ill. DE HAEN annititur, partes neruis inſtructas eſſe ſenſibiles, iis vero deſtitutas inſenſibiles. Oſtendit enim, primum VESALIUM, JOVIOL, MERSAM et COLUMBUM obſeruaſſe, varias cordis affectiones grauiores dolore ſatiſſe; deinde HALLERUM, qui propria circa cordis ſenſibilitatem pericula non depiſſet, cordi ſenſibilitatem nunc maiorem nunc minorem tribuere, immo ſaepius incertum haerere. De pulmonum vero dolore dubitationem ſuperesſe non poſſe, cum et neque peripneumonia eo vnquam careat, et tuſſis, quae non ſemper a voluntate pendeat, ſed ab acrioribus, aeris impuritatibus, immo teſte BOERHAAVIO etiam a vapore aceti calentis excitetur, ſenſibilitatis ſuſpicionem faciat. Lienem ſimiliter dolorem recipere, ex militis ſectione ſplenis dolore atque ſuppuratione extincti manifeſtum eſſe, idemque HIPPOCRATIS teſtimonio (Aph. 43 ſect. 6) atque ARETAEI (libr. I. de C. et S. Chron. cap. 14) probari, nec renum quoque ſenſibilitatem, propter cal- p. 68. p. 75. p. 81.

culum et inflammationem ſummum dolorem ſuſpiciendum, negari poſſe.

p. 86. *Difficultas VIII. Membrana celluloſa et panniculus adipoſus ſenſu carent.* Quae partes textum habent celluloſum et adipem, ſenſibilitate carent, nam hoc fundamenti loco poſuit HALLERUS, ideo maxime, quod neruis carent, et quia pinguedo ſine doloris metu, ſi nimia eſt, perforatur. Sed et haec ab Auctore in dubium vocantur, nam docet, ſubſtantiam celluloſam pinguedine repletam dolorem reiicere, quia nerui quaſi ſuffocentur; BOERHAAVIUM multum de inflammatione ſubſtantiae celluloſae timere; atque tumorum exſectione ita quidem inſtituta, vt cutis dolor haud imponere potuerit, hoc planum fieri.

p. 95. *Pars altera de irritabilitate. Difficultas I. circa arteriarum venarumque irritabilitatem.* Irritabilitatis atque ſenſibilitatis mentione facta oſtenditur, HALLERUM inter vtramque diſcrimen ponere, ita vt hanc neruis ſubſtantiae medullaris, cuti cerebro tribuat, illam vero in fibris carneis, propter ſtimulum illatum in contractione verſantibus, ponat, eundemque ab vtraque ſeparare et elaſticitatem, quippe fortiorem longe, et contractilitatem, in interiori fibrarum fabricatione haerentem, atque errare ſenſibilitatem et irritabilitatem ex venis arteriisque exterminantem. Ne-

p. 98. que tamen hoc vltimum experimentis factis ducetur ſed locis HALLERI allatis, quorum repugnantia obiicitur.

p. 104. *Difficultas II. Circa cordis irritabilitatem et attributam, eidem alternam cordis actionem.* Vltima haec difficultas mota quaeſtionem habet, an, id quod HALLERUS ſtatuit, cor propter naturam carneam et indolem neruorum multorum eorundemque magis nudorum, ſummam recipiat, a ſanguine venoſo laceſſitum, irritabilitatem. De

hac

aere longe aliter videtur Scriptori noſtro. Muſculo- p. 107.
nim, ſi eorum motus diutius duraret, defatigari, ac
aleſcere, paralyſi animo etiam gangraena tangi; cur
amen neutrum experiri; neceſſe igitur eſſe, aliud
uid cauſſae ſubeſſe, cur cor indefeſſum moueatur.
Reliquis argumentis, quaſi minus ponderis iis acceſſe-
um eſſet, dilatis, monet, HALLERUM de vitali
a materialis animi ſubſtantiae aſſumta ſuſpicione, eius
oco quodam arrepto (in quo Elem. Phyſ. pag. 496
et 497 oſtenditur) motum vitalem in aqua ſubmerſa
is reſuſcitari poſſe. Iam ſequitur diiudicatio expe- p. 117.
imentorum Hallerianorum, oſtenditur enim nec au-
iculam nec ventriculum poſteriorem citius ſanguine
riuari, anterioribus, nec auriculam anteriorem, vl-
imum motum exercere, anteriori ventriculo quo-
ue vacuo reddito. Deinde experimenta in brutis p. 120.
ipta in homines non cadere, nam et auriculas et
entriculos ſanguinem continere, ideoque aliunde,
am a ſanguine venoſo, cordis motum pendere.
orro lacebras cordis valvulas aortae arteriae pul-
onalis impedire, quo minus omnem ſanguinis vim
icere ventriculi poſint, ceſſibus HARVEIO,
EMPIO, RIOLANO, BARTHOLINO, ideo ab p. 125.
ALLERO neglectis, vt ſuam opinionem ſtabilire
oſſet. Ruere igitur fundamentum irritabilitatis
ordis euacuatione quam propter cordis pallorem in
yſtole obſeruatum HALLERUS ſtabiliuit, falſo aſſu-
mta. Ordine ſequuntur reliqua experimenta: atquem
illud: cor quidem vbique irritabile eſſe, haec obii-
untur, hanc irritationem non eſſe contractionis cau-
m quia, illa praeſente, haec intermittat. Aorta vero
pta ventriculi ſiniſtri motu interea continuato, nonq
pparere ſanguinem in ventriculo contentum eſſe
uſſam motus, ſed neceſſe eſſe aliam latere cauſſam,
ionis. Pugnatur igitur contractionem cordis efficien-
bus cauſſis praeſentibus, ſicuti calculis, lapillis, p. 131.

corporibus durioribus aliis, vermibus, non co
nuam contractionem, sed etiam relaxationem loc
habere, atque vel hinc manifestum esse, alios for
p. 142. contractionis et relaxationis patere. Hi iam
genter quaeruntur, atque cum in muco fibrar
quod vesicae experimento constat atque ex defe
irritabilitatis partium muco instructarum patet,
p. 150. des non lateat, concluditur multam irritabilitatis
spicionem in neruos conuenire, cum eorum alii
magis ad motum, alii vero magis ad sensum facti

VIII.

HENR. NEPOM. CRANTZ, S. C. A. Maiest
Consiliarii, Institutionum Med. et Materiae
dicae Vindobonensis Professoris, Pub.
Acad. Imp. Nat. curios. et Societat. Bot
Florent. Sodalis Solutiones difficultatum
cordis irritabilitatem, cum figuris ae
Viennae Austriae, impensis Ioan. Pauli K
MDCCLXI. 8. pl. 5.

Quam irritabilitatis materia in HALLER
lisque praecipue medicis, ad indagand
ad inuestigandum incendit cupiditatem, cum
omnes iam conflet, hoc loco commemorare
mus, sed tantum huius libelli eleganter dilig
que conscripti occasione perlegendi data, de
bilitatis natura, quid clarum cogitari, atque c
stabiliri possit, indicare. Diuiditur libellus i
partes, quarum prior ipsum *systema irrita*
*cordis* exponit. Cor, cum viuimus, perpetu
p. 8. que defatigatione mouetur, exenteratum i
impositum nouo stimulo exerceetur, ex an
interioribus protractum luctatur, in pect

piſce diuiſum linteisque abſterſum agitatur: haec
ad coniecturam apta eſſe putantur, latere aliquid in
corde, quod peculiarem virtutem arguat. Quae p. 9.
magis adhuc augetur, aliorum grauiſſimorum viro-
rum teſtimoniis praetermiſſis, WEPFERI, PEYERI,
STENONIS periculis, ex quibus conſtare viſum
eſt, flatu in venam cauam ductumque thoracicum
immiſſo, cor non ſolum ad conſtrictionem ſollici-
tatum, ſed etiam deficiens, ad motum compulſum
fuiſſe. Hoc vero, quod cordi peculiaris atque egre-
giae indolis inſitum eſſe deprehenditur principium,
et Noſter et antiquiores medici complexi ſunt irri-
tabilitatis nomine, quae tamen ab illa muſculo-
rum, neutiquam a neruis profecta, multum diuer-
ſa eſt. Oſtenditur enim cordis motum, propter p. 11.
peculiarem, qua illud contextum ſit, fabricationem,
ab aliis, ac illum muſculorum cauſſis repetendum
eſſe. Nam in corde ſenſum ſtimuli acutiorem in- p. 15.
habitare; cordis motum absque magna virium iactura
ſpirituumque vitae affluente copia contingere; nec
illud voluntatis imperium agnoſcere, muſculorum
contra motum a voluntatis nutu pendere, longius-
que productum, et fontes fluidi neruorum exhaurire
et vires frangere. Hanc vnam vero irritabilitatem,
a ſpiritibus vitalibus excuſſam, cordi mouendo non
ſufficere, ſed ſanguinis, in venis iter facientis, ſtimu-
lum in auxilium quoque trahi, quod vtrumque
probatur. Nam venae cauae vtriusque neruorum-
que via clauſa, cor quieſcere, vbi autem in ſyncope
affectis vel aqua ſubmerſis flatu et excitantibus via
expedita fuerit, reſuſcitari: laudantur huius irrita-
bilitatis cordis teſtes locupletiſſimi ZIMMER-
MANN, GEDER, BROWNE, LANGRISH, HAL-
LER, WHYTT, eam calore foueri, frigore extin-
gui, feruida aqua deſtrui affirmantes. Si, quod p. 20.
docetur, motus cordis in irritabilitatis praeſidio,

atque in ſpirituum neruorum ſanguinisque venarum ſtimulo poſiti, cauſſae clarius cognoſcantur, naturae motus muſculorum voluntatis nutui obtemperantium perſpiciendae, multum ſpei oſtenditur quoniam et irritabilitatem et ſtimulum a fluido in neruis contento habeant. Quin etiam tenebras motus muſculorum vitalium rationem obſcurantes hac irritabilitatis face admota diſpelli poſſe: cum manifeſto appareat, nec ſanguinis ſtimulo, nec voluntatis imperio quidquam agi, inſtigari quidem ſpiritus animales, ſed inſcio animo, moueri muſculos hoſce perpetuo, ſed absque virium iactura: adiecta quoque eſt coniectura, ſtimulum forte, quod in muſculis meſochondriacis clarius quam in intercoſtalibus appareat, ab aere ſubiectari. Atque in hi conquieſcit. Noſtri indagatio, refutatio autem obiectionum, quibus irritabilitatis patroni grauius premuntur, paullo longius procurrit. Surrexit enim hinc inde ab aliquo tempore Cl. ANT. DE HAEN ex aduerſariorum numero ſatis frequenti, quatuor argumentis irritabilitatis virtutem dubiam *), eiusque patronum Hl. HALLERUM ſuſpectum reddere aggreſſus eſt. Obiecit ſe huic Cl. CRANTZIUS ingenio doctrinaque ſpectatus, non exigua horum argumentorum diſſoluendorum ſpe. Aduertamus itaque animum atque cognoſcamus, aequumne honeſtumque defenſionis argumentum Cl. CRANTZIUS ſibi ſumſerit. Accuſat Cl. HAENIUS HALLERUM probatae tendinis Achillis inſenſibilitatis, atque experimentorum in brutis captorum in homines
p. 24. translationis factae. Ad haec reſpondetur, recte inſtitutis periculis fidem detrahi non poſſe, ex iisque etſi in brutis inſtituta fuiſſent, multum vtilitatis in corpus humanum redundare. Quo referenda eſſent vul

*) vid. ſupra, pag. 82. ſeqq.

vulnera ad vtramque thoracis cauitatem penetrantia; nam ex vulneribus eani inflictis, nisi orificium vulnerum aperturam glottidis aequaret, periculum vitae abesse, apparuisse. Deinde opportunitate in corpore humano pericula capiendi non oblata, minime brutorum cadauera contemnenda esse. Quis enim HALLERI ad incubatum obseruationes spectantes pro foetus incremento expiscando, quis alias in animalibus venenorum naturae indagandae gratia factas, parui facturus esset? Parum secura in brutis pericula capta esse eo putat Ill. Aduersarius, quod HALLERUS aues earundemque species quasdam tam insensibiles deprehendisset, vt eas ad tendinum insensibilitatem demonstrandam ad testimonium citare noluisset, quodque earum discrimen maioris longe inter illas et homines suspicionem faceret. Sed docet Cl. CRANTZ sensum verborum HALLERI mutatum fuisse: eum de coruo atque de cornice memorare, quod tendo Achillis sensu in vtrisque caruisset, et cum, quod iam aliunde perspectum fuisset, hoc auium genus vulnerum exiguum doloris sensum perciperet, se huic periculo idem non adiunxisse. Porro tendinem Achillis in auibus memoratis aeque ac in hominibus eiusdem naturae, et discrimen obseruatum non verbosa sed anatomica demonstratione probandum esse. Quae reliqua contra irritabilitatem allata sunt, ea singula bene repellantur, atque ad finem adiicitur, animalia, se inuicem discrepantia, omnino ratione insensibilitatis tendinum copulari posse, atque in eorum, qui pericula cepissent, iudicio, vtrum ea, quae de animalia cadunt, humanum corpus recipiat, an reiiciat, acquiescendum esse.

*Pars altera* complectitur *solutiones difficultatum quas contra systema cordis irritabilitatis proposuerant*

*Cel.* LE CAT *et* DE HAEN. *Arg.* I. *de nou*
*mouet Cl.* LE CAT *ſi demum ipſius eſt. Reflexi*
*ſur l'irritabilité Hallerienne. Iournal encyclopedi*
p. 31. *Aouſt.* 1757. *Cl.* LE CAT pugnat irritabilitatis
mine illam peculiarem cordis facultatem non
comprehendi, aptiusque illo ſenſibilitatis defin
Longe alia videntur Noſtro. Nam oſtendit opti
hanc cordis virtutem irritabilitatem dici, maxi
cum ita iam antiquis placuiſſet, improprie ſenſi
tatem, nihil enim nec in vitalium nec in volunta
rum muſculorum motu ſenſus percipi, nec, c
quod ex definitione Cl. LE CAT efficiatur, o
bus partibus mouendis praeſit ſenſuque careat
cile intelligi, cuius naturae ſit, cogi potius, cum
mulo eam irritari aſſumatur, vt illud, quod in
de muſculisque ſtimulo illato incitatur, vel di
ſum quid ſit ab hac ſenſibilitate, vel vt ſenſibi
inſenſilis ſtimulo perpetuo laceſſita, locum hal
Quoque manifeſtum eſſe, quod cor caeteris mu
lis minus ſenſu afficiatur, eorundem vero mot
lente, alacriter ad actiones in ſeros annos cont
perducendas conſurgere: porro ſenſum plar
corpore emigrare in epilepſia conuulſis, etſi o
muſculos tanquam fluctus agitari cernas. Sequi
p. 35. terea noua, immo inaudita, ex illa Cl. LE CAT a
ſenſitiua, nihil enim praeter eius dilacerationer
exponitur relictum eſſe, quam vt vna cum rati
a qua ſegernitur, in corpore humano fingatur.
enim cogi poſſe: ſi ſentiat anima, et ſenſitiuar
et ſenſibilitatem attribui poſſe; ſin minus, ma
appellari: deinde ſi ſentiat, hunc aſſequi ſe
vel ſui, vel ſtimuli conſcientis, et iam non app
quomodo ab animo rationali diſcrepet? Sin
ſenſus neutra ratione acquiratur, hanc animar
ſitiuam ne cogitando quidem fingi vnquam po

*Arg. II. Irritabilitas eſt qualitas occulta.* ibid. p. 134. Mirum ſane Cl. CRANTZIO videtur, Cl. LE CAT, cum ſenſibilitatis voce, quippe longe obſcuriori irritabilitatis, vtatur, irritabilitatem occultam qualitatem appellare, quae ſine cuiuis ſuſpicione cogitari non poſſit, quomodo enim iure irritabilitas occulta qualitas ſit, non apparere. Ideoque breuis in his Noſter eſt. p. 136.

*Arg. III. Irritabilitas incomprehenſibilis eſt, rationi repugnans, ipſi contradictoria expreſſioni, quae eum exprimit.* ibid. p. 133. Eiusmodi ratiocinio vtitur Cl. LE CAT, irritabilitas eſt iram ſuſpiciendi facultas, ira eſt vero paſſio, ſenſus, igitur haec cordis occulta virtus ſenſatio eſſe videtur. Verumne ſit, iam exſimili, quod Noſter obiecit, elucebit. Qui attractionem ponit, aſſumit quoque facultatem attractricem in mutuos cum aliis amplexus ruendi, amatricem, ſed amor, paſſio, inter ſenſus referuntur, ergo attractio ſequitur, ſit ſenſatio ſenſibilitas. Haec contra Cl. LE CAT, Nunc Ill. DE HAEN argumenta perluſtrantur.

*Arg. I. §. I. Occaleſcentia nervorum. Omnis* p. 38. *muſculus eſt per ſe irritabilis: at per nervos irritabilior,* docente HALLERO. *Ideo omnis muſculus agit, quod cauſſa irritans ad illum applicatur, hinc et dum cor a tenuiſſimo ſanguine irritatur, ſe contrahit. Ideo cor ceteris muſculis irritabilitatem eſt habitum maiorem, quia nullis muſculis creditur nervos adeo nudo ſtimulo expoſitos eſſe, quam cordis. Sed numquis non attendat huc ipſa cauſſa, cor ceteris muſculis citius ad motum inceptum redditi, prae maturiore nudorum nervorum occalleſcentia?* DE HAEN p. 106. *difficultatum.* Hoc argumentum eſt ita comparatum, vt non contra irritabilitatem, ſed contra eiusdem cauſſas valeat, quae cum neque Noſter, neque HALLERUS perfecte indagari vnquam poſſe affirmarunt, eius vis cadere videtur, quod autem nerui nudi calli obnoxii haerent,

p. 41. negatur, quia neque nerui aſperae arteriae, ab ac iniuriis, nec oculorum, ab irritatione perpet nec inteſtinorum, ab humoribus acrioribus, ſim quid timent. Eſſe autem cordis irritabilitatem neruis, non ſuam eſſe opinionem, Cl. GRANTZI docet.

p. 42. *Arg.* II. §. II. *Etiam iam expoſito.* Sanguin arte concitatum poſſe aquis ſubmerſos in vitam uocare, eſt quidem HALLERI opinio, ſed ita li tata, vt hoc non contigat, ſi anima ex corporis micilio exceſſerit, conſtat; igitur ne minimam q dem probati materialiſmi, qui obtruditur, relict eſſe, ſed magnam ſuſpicionem irritabilitatis a ſ guine excuſſae, nam hoc Cl. Aduerſarius con dit, vt ipſae quoque cordis actioni multum lu adſpergere videatur.

p. 44. Conuertit ſe nunc Noſter ad Arg. III. §. Primum quidem eſt contra probatam cordis ſini primi morientis dextraeque auriculae vltimae ſu uiuentis opinionem. Haec vero firmatur GA MI, VESALII, HARVEI, BOERHAAVII, SW TENII, SENACI, HALLERI auctoritate, hanc gem firmiſſimam ſtabilientium, quae vel ideo quo labefactari non poſſe videtur, quod ſanguinis itin ſancitur, quod ita flectitur, vt ſanguis venar primo in ventriculo ſiniſtro, poſtea in auricula ſtra, deinde in ventriculo dextro, vltimo in a cula dextra quieſcat. Quamquam igitur conſtant ma ſit, irritabilitatis radicitus euellendae cauſſa DE HAEN aliam ſubrogat: copioſius praeterea monſtratur, ſanguinem poſt mortem in ventric relictum minime ſtimuli cauſſam eſſe, vim enim,

p. 49. ſanguis impellatur, ſtimulum acuere, ideoque, q eſt apud SWIETENIUM, mortem timeri, ſi ſan nis itineri moras nectantur, vel ſi eius vires fringantur. Nec ſi per morborum vim euacu

ventriculorum impediatur, hoc ideo in ſecunda valetudine continget. Sequens ſyllogiſmus demonſtrativus diligentius examinatur. *Etenim irritabilitas auricularum et ventriculorum, a ſanguine venoſo, vt irritante cauſſa, irritatur; cor ideo contrahit ſe et ſanguine non amplius praeſente irritatio quieſcit. Ergo cor deſinit ſe contrahere, inque naturalem redigitur ſtatum, id eſt, cor fit non contractum, donec noua illa irritans cauſſa accedens illud denuo in contractionem cieat.* Oſtenditur, hanc concluſionem non recte ex antecedentibus ductam eſſe. Cur enim ex interioribus thoracis protractum, hac cauſſa motus abſente, adhuc ad contrahendum ſe incitari, deinde et neruos in corde mouendo plurimum poſſe. Quod ad minorem proportionem attinet; *ſed aeterno experimento cuiſcum eſt, cordis auricularumque ſub mortem cauas ſanguinem continere;* contrarium ex iis, quae de hac re HALLERUS, BOERHAAVIUS, DRELINCURTIUS experti ſunt, concluditur, et cum in extremo vitae termino multa mutentur, haec ſi quoque darentur, nihil probare demonſtratur.

*Arg.* IV. §. IV. *De corde non in integrum ſe euacuante.* Iterum oſtenditur, multorum teſtimonia alia longe affirmare, auctoritate BARTHOLINI, HARVEII, PLEMPII non adduci poſſe Noſtrum, vt poſt ſingulas cordis contractiones in ſecunda valetudine aliquid ſanguinis relinqui credat, nec obſeruationem SENACII, in cane factam, ex ipſius Cl. Aduerſarii ſententia, in probando quidquam ponderis habere. Quod autem vere Ill. HARVEIVS cor, cum euacuatur, ſanguinem in arteriam non pellat, exiſtimet, etſi ex anatome, fabricatione cordis auricularum arteriarumque longe diuerſa, conſtent, hoc mirum videtur Noſtro. Plenas enim arterias non impedimento eſſe, nec hoc fingi poſſe, ſi, quae BOERHAAVIUS bene ſcripſit, diligenter rimentur. p. 55.

Porro

p. 60. Porro HAENIUM *corde contracto, iamiam con*
*hoeta ſeſe arteria, ſupereſſe columnam ſanguinis in*
*corde, quae a valuulis, quod trans eas in arteriam*
*proiiciatur, oblique ſecetur*, opponere quidem, ſed
argumentis nec experimentis probare, valuulas
oblique motas, ſanguinemque in cor repelle
magis ad libidinem fingi, has valuulas enim pro
indolem fibrarum carnearum, ſanguinem con
tum propellere poſſe. Nihil igitur eſſe, quod
dis integram euacuationem retardare, et qu
quam parua ſanguinis portio remaneat, irrital
tatem tollere poſſit. Errorem autem grauio
ex opinione, cor a ſanguine remanente irritat
perpetuo contrahi, minus vero extendi poſſe, fu
pi, quod etiam SENACUS docuerit. Quaeri e
primo poſſe, an haec exigua ſanguinis portio,
corde relicta, valeat illud conſtanter conſtring
deinde probandum eſſe, quod cor, antequam
guis venarum in eius atria intrauerit, ad contrah
p. 65. dum neceſſario ſtimulari debeat. Ad reliqua, q
Cl. HALLERO vitio dantur, haec reſponderi
HALLERUM non ex cordis expalleſcentia eius
cuationem deriuaſſe; quomodo autem pericardii
cinitate cor contingatur, vt irritatio excitari po
dum demonſtraſſe. Et ea quoque, quae irrit
litatem irritant, offendunt Cl. HAENIUM. Ete
ſanguinem non irritabilitatem ſtimulare ex eo ne
quod eo abſente cor nec contrahatur, nec rel
tur. Sed experimentum obducitur in corde
p. 75. guillae captum, ex quo haec difficultas ſoluitur. Q
ad impedimenta attinet cordi a morbis obiecta, H
LERUM iam alibi eorum mentionem feciſſe, oſte
tur, acerbiſſimi enim quoque, qui percipiatur, dolo
fomitem, inducias dare, imo eius atrociam eo
tigari ſaepius, vt conſtitiſſe videatur.

IX.

IX.

ALBERTI V. HALLER ad Viri Illuſtris ANTONII DE HAEN difficultates Apologia (*ſine loco* * *et anno*) 8. pl. 2.

Quod HALLERO proprium eſt humanitatis ac modeſtiae ſtudium, id perſpicitur ex hac ipſius defenſione, quam ita inſtituit, vt non ab adverſario reprehenſus, ſed ab amico monitus eſſe videatur. Quamquam enim illi acerbiſſimum erat ANTONIVM DE HAEN ex veteri amico aduerſarium ſuum eſſe factum: tamen hic eum dolor negligendae ab altero amicitiae, cuius ipſe memoriam et libenter ſeruat et frequenter teſtatur, vt ad ſe defendendum, ſic ad alterum honorifice tractandum tanto magis excitabit, defenſio enim iis eſt ornata, quae dignamur honeſtam commendare ſolent. Reſpondetur igitur ab HALLERO ad omnes et ſingulas, quarum ſummam quandam fecit, grauioris momenti obiectiones, pari et diligentia et humanitate, vt mirantis magis ſpeciem praebeat, quam indignantis; quod ANTONIUS DE HAEN veritatis patronus videri volens, non perfectis omnibus ſcriptis ad hiſtoriam irritabilitatis pertinentibus, eadem impugnet, quae iam alii fruſtra impugnaſſent, quod- p. 9.
que idem ſuis *mitiſſimis* vsque experimentis aliena vana eſſe coarguat. Horum poſterius autem euidenter probat commemorans experimentum HAL-

*) Lauſannae. Ibidem quoque eadem epiſtola eodem anno (1761) prodiit, quam germanice reddidit praefatione eaque adiecta C. M. HIRZEL: ſub inditio: *Herrn* ALBRECHT V. HALLER *Vertheidigung gegen dickinwürfe, welche* ANT. V. HAEN *wider die Lehre von der Reizbarkeit und Empfindlichkeit der Theile des menſchlichen Leibes vorgetragen. Aus dem Lateiniſchen überſetzt. Zürch* 8.

p. 23 poſſe adeptum in plenam captam fieri poſſe, vt v
labbret, quod dubitare difficillimum eſſet. Q
RORENIUS dit, venas ab HALLERO quibusdam
lnis ſcriptorum ſuorum irritabiles eſſe, tr
docet HALLERUS, venas cavas, quo loco in a
culos conſtant, propter fibras carneas vtique i
tabiles eſſe, reliquas irritabiles nec eſſe, nequ
ſo, ſcriptas fuiſſe in vllo libro annis 1752, 17
p. 24. 1757, 1758, 1760 emiſſo. De callo autem
dis cordis nervis parum timendum eſſe, quia et
vis interstitiorum aeque nulla vero, callus obduca
ne quia ſanguis in corde isdem humectandis inſer
p. 25. Poſtremo illam ſuſpicionem admiſſi et probati
materialiſmi vanam et initiam eſſe declarat.
Appendici loco adiecta eſt dubitationum
rundam ſolutio. Quia cor ſanguine penitus pu
tum non eſt, dubia redditur irritabilitas a peri
dio exoritur, et quia ſtimulus perpetuus prae
.01 .q eſt, ſequitur, cor irritatum nullo vnquam tem
quietum eſſe. Sed reſpondet HALLERUS
irritationi ſolae vitae neque fieri neque inſti
omnino quemquam modi obiectionem non eſſe eas,
poſſent experimentorum captorum fidei devo
p. 26. quibus conſtet in canis atque in pullis et ipſis
quae hominibus, maximeque in infantibus int
.11 .q ſis, cor omnino ex parte expalluiſſe. Auriculas
quidem cordis grandes pulſu deſtitui, non vt
ſtiſſet ſimpliciter, ſed ipſe monuiſſet,
reſtrictione aliqua intelligendum eſſe eos, quo
ſpiratione cruoris non ideo penitus exhauriri
quoque probari, eius autem morbis irritabilit
p. 27. q ſanguine excuſſam non tolli, cum ſimiles in
norum vtique vitiaffectiones animae irritabili
ipſorum infringant. Porro non extenuas, q
cor obnoxium eſſe iniuriis in cenſum venire,
tus lateralis propter parietem internum,

d irritabilitatem aptum, nec obiectionibus de glu-
ine hypotheſin inuoluentibus locum eſſe. In fine
ibelli monet HALLERUS ANT. DE HAEN, vt p. 28.
duerſari ſibi deſinat, vt ſalutis aegrotorum non
immemor, anatomen ſibi relinquat, vtque iis, quae
oculorum ſenſus manifeſtaſſet, impoſterum fidem
adiungat.

## X.

ANTONII DE HAEN Vindiciae difficultatum circa modernorum ſyſtema de ſenſibilitate et irritabilitate humani corporis contra Viri Perilluſtris atque Clariſſimi ALBERTI V. HALLER, ad eiusdem difficultates Apologiam. Viennae Auſtriae ſumptibus Herm. Ioſ. Kruchten. 1762. in 8. pl. 16.

Qua Cl. HALLERUS erga Cl. HAENIUM in
ſua defenſione vſus eſt humanitate, eadem et
hum in Cl. HALLERUM vſurum, atque adeo de
ac lite omnino tollenda cogitaturum eſſe, perſua-
ſimum nobis erat. At longe aliter res accidit.
uod eo magis doluimus, quo acerbior haec apo-
gine HALLERIANAE refutatio, non ſolum ipſi
defenſori, ſed etiam lectori videri debet. Verſa-
ur autem haec refutatio in ſingulis paragraphis,
rimum ipſa verba referuntur, caſtigandis. Nos
ero legitimam eorum interpretationem aequo le-
oris iudicio integram relinquimus, omiſſisque
ue acrius et durius dicta videntur, quibus praeci-
ue rebus haec erudita lis contineatur, recepto
ore paucis indicabimus.

Grauius fert Cl. HAENAUS, quod a Cl. HAL- p. 21.
LERO, deſerti inſitarum varolarum patrocinii, pro-

batae a calido regimine morbi miliaris deriuatio
assumtaeque eiusdem cum morbis carceris simil
dinis accusatur, pugnatque, se neutrum extre
rum statuisse, et ad suum libellum *Refutatio*
*l'inoculation*, a nemine adhuc responsum esse.
eo autem, quod varia de irritabilitatis materia sci
non legisse accusetur, vehementer sibi HALLERI
gratulari debere, cum iis lectis, maximus grauiss
p. 34. rum obiectionum cumulus accessurus fuisset. De
probare aggreditur, se vagis experimentis minim
dem adiunxisse. Agmen ducunt duodecim obiecti
aduersus HALLERUM allatae. Ea earum summ
p. 44. Contendit, quos Cl. HALLERUS neget, quinti
neruos duram matrem petentes, a Cl. WIN
VIO et HEISTERO visos fuisse. Tantum ab
vt Cl. MOLINELLI aliique duram matrem
carentem deprehenderint, vt potius inuenerin
omnia. HALLERUM male R. Patris TOSSI
auctoritatem praetendere, affirmantis, secundu
perimenta apud Italos capta, tendinem cellulo
lectum fuisse. Neque illud porro verum esse,
Cl. VANNELLI symptomata serpentium in c
vlcerum, laesionibus durae matris tribuerit
que quod, quam Cl. HALLERUS assumat, peri
insensibilitatem, ex eiusdem scriptis innotescat
quod denique Cl. HALLERI aduersarii parum
fuerint in neruis a partibus, irritationis peri
subeuntibus, separandis. Multam operam Cl.
LERUS dederat in sua apologia, vt argument
tra peritonaei, durae matris, ossiumque mem
rum insensibilitatem prolata, debilitaret.
lorum nunc Noster magnum pondus esse asi
iisque harum partium sensibilitatem manifes
p. 53. ceri contendit, e. g. paracenteseos experin
p. 60. a Cl. RADNITZKY in canibus institutis per
p. 78. magnis capitis doloribus, fracto cranio, in

ſubertis, et quatuor hominum cadaueribus oſſium ſenſibilitatem probantibus. Copioſior eſt praeterea in refellendo eo, quod tantum aliorum auctoritate vſus fuiſſet in eiusmodi rebus, quae oculorum teſtimonium poſtulent. Primo enim auctoritatem virorum a ſe probatam, apud omnes maximam eſſe, deinde ſe ipſum pericula capiſſe, nec his contraria ſe apud alios inueniſſe. Mittimus hoc loco illud, quod a Cl. HAENIO ſcholae Belgicae aſſenſus Cl. HALLERO detrahatur. Negatur plane a Cl. HALLERO, praeceptores ipſius recte laudari: quorum laudi eo ſeruiat, vt eam deinceps magis imminuat, id quod maxime Cl. ALBINI exemplo pateat, a quo Cl. HALLERUM, quamquam id neget, multa didiciſſe. Immo Cl. HALLERUM ingratum eſſe diſcipulum, BOERHAAVII praeceptis falſa im- p.100.
miſcentem. Quid itaque miremur, ſi etiam Cl. HALLERUS ipſe falſa docere atque ſcribere accuſetur?

Sequitur nunc quaſi altera huius libelli pars, p.111
qua omnis Cl. HALLERI defenſio reiicitur. Cl. HALLERUS enim, vbi ſuſpicetur, chirurgum loco tendinis neruum arripuiſſe, atque hinc in errorem ſenſibilitatis tendinum incidiſſe, effugium quaerere arguitur. Iam vbi oſtendit Cl. HALLERUS, Cl. HAENIUM experimentis ſuis, aliorum iudicio comprobatis, omnem fidem derogare, *mirus* ipſi videtur. Sed haec leuiter attigiſſe ſufficiat. Subſiſtamus in iis, quae ad ſenſibilitatis et inſenſibilitatis laudem attinent. Negat pertinaciter Cl. HAENIUS, p.119.
et propter experimentorum inſtitutorum fidem, et propter neruorum ſentiendi ineptitudinem, cor ſentire, Cl. HALLERO quamuis longe aliter exiſtimante. Negat etiam, tendines ſenſu priuari, quod Cl. HALLERUS maxime pugnet, ſeque eius rei pericula, a Cl. HALLERO deſiderata, multa in medium protu- p.133.

 liſſe.

p.143. liſſe. Contrarium etiam de cerebro Cl. Adue
rius affirmat, et exiſtimat, Cl. HALLERUM ci
aſſumtum robur valvularum cordis, a ſenſibilit
longe diſcrepans, ſibi in phyſiologiae eleme
contradicere. Porro oſtendit, ſe recte dolor
pleuriticum in ipſa pleura quaerere, quam Cl. H
LERUS in muſculis intercoſtalibus ſuſpicetur,
que eam ob cauſſam male ab eodem reprehe
p.156. Ligamenta neruis inſtructa eſſe oſtendit, et co
Cl. HALLERUM, WINSLOVII auctoritatem
fert, nec veteres medicos ligamentorum inſenſi
tatem aſſumſiſſe, multorum teſtimoniis docet,
podagram, qua Cl. HALLERUS laborauerit, id
p.161. bare. Quod vero attinet ad articulorum vuln
quae inflammatione, dolore et gangraena, e
p.171. perioſtium, quod HALLERO ſenſu vacare vide
de iis breuitati ſtudentes taceamus. De inſ
bilitate medullae, minime a Cl. HALLERO
bata, obiicit ei Noſter, ſententiam ipſius nega
medullae neruos, obſcuram eſſe non poſſe, c
p.183. autem aperte hepar et renes inſenſibiles pro
ciet, cum vtraque viſcera absque dolore ab vl
exeſa viderit, eo nihil probari, nam eadem
viſcera affecta doluiſſe, teſtari alios multos;
niculum vero adipoſum a dolore immunem,
ſibi nec aliis videri, hunc enim celluloſamque n
branam vaſculis abundare, ideoque et neruis,
inflammationem et dolorem ſaepius contrahi.
p.197. Rurſus ad pleurae inſenſibilitatem a Cl. H
LERO acceptam Noſter rediens, nec de ea
HALLERO ſatis conſtare poſſe exiſtimat, cum
affirmet, niſi aliis partibus vulneratis neminem
eam accedere commode poſſe. Vtrum venae
gaudeant nec ne, Cl. HALLERUS ſententiam
a ſe non obſcure explicatam fuiſſe putat,
oſtenderit, plerasque venas, excepta ext

e

earum parte, quae ad auriculas cordis pertinent, neruis carere. Ad haec autem Noſter ſic. HALLERUM vsque ad annum 1756 omnino de venarum natura irritabili, dubitaſſe excepta ea illarum parte, quae cum corde coniuncta eſſet, anno autem 1757 venae cauae, tum ad pectus adſcendentis, tum ad hepar deſcendentis, ſenſum tribuiſſe. Cordis ſenſibilitatem a nudis neruis minime repetendam eſſe ſtatuit Cl. HARNIUS; alioquin enim poſſe facile occalleſcere; obiicit Cl. HALLERUS; neruis nudis inteſtinorum parum a callo timendum eſſe. Quid ad haec Noſter? Difficultates, inquit, difficultatibus cumulat HALLERUS. Sed nos omnem de ſenſibilitate, expalleſcentia et de affectionibus cordis controuerſiam praetermittentes, cum quisque contraria Noſtrum prolaturum eſſe expectare poſſet, de extrema huius libelli parte adhuc notamus, Cl. HAENIUM ad ſingula Cl. HALLERI verba ita reſpondere, vt omnia in malam potius, quam in bonam partem accepiſſe videatur. p. 209. p. 247.

## XI.

De foraminibus oſſium caluariae eorumque vſu. Diſſertatio prima. Auctore IOANNE GODOFREDO LANCKIO. D. Med. Anatomiae et Chirurgiae P. P. O. Defenſore *Ioa. Caſp. Hoermann.* Lipſiae. 1762. pl. 9½. Tab. aen. II.

Plenam foraminum caluariae et earum partium, quae per illa tranſeunt, hiſtoriam explicaturus Cl. Auctor, primo huius tractationis ſpecimine, cuius reliquam partem per praematuram optimi viri mortem nobis ereptam eſſe dolemus, de iis tantum

p. 49. De canalibus igitur ossium verticalium cap
secundo exponens, primo de *canalibus ossium vert*
*lium superioribus orbiculatis*, haud procul a *fut*
*recta*, sic enim sagittalem dicit, conspicuis a
Eam vero in hac re praestanda seruat normam, vt
mum, de quo potissimum quaeritur, explicet, dei
loco, figura et directione, tandemque de
mero eorum foraminum dicat, additis nomini
diuersis, quae illis ab Auctoribus tribuuntur. Ca
les au[illegible] nominat ob longius eorum per ossa br
matis iter, verticales non quod in summo fere
tice sint, sed ob ossa, in quibus cernuntur, supe
res vero et posteriores, vt distinguat ab aliis ossi
bregmatis foraminibus. Vt vero eo melius loc
vbi deprehenduntur, definiret, in quatuor pa
forma aliquantum a se diuersas futuram, cui adiac
distinxit, et ad latus tertiae partis ea sita esse
cuit. Variare tamen saepe eum locum negari
potest, siquidem nunc altiori nunc humiliori
posita deprehendantur, aut persaepe omnino de
p. 56. Amplitudo quoque ipsa horum foraminum max
differt, attamen plerumque aditu satis amplo oc
patent. Conici sunt canales ab externa parte
pliores, ab interna augustiores. Pro varia ca
riae crassitie et viae, quam tenent, diuersitate,
ea saepe obliqua aut flexuosa sit, nunc breuio
nunc longiores deprehenduntur, semper tamen
tundum et orbiculatum lumen obtinent. Dup
si adsunt, horum foraminum est numerus, nunq
vnicus in vno tantum latere deprehenditur. H
p. 60. a Cl. TRANCKIO expositis, nomina horum fora
minum sequuntur ex variis Auctoribus maximo nu
ro collecta.
p. 62. Tandem ad vsum, quem ea in recenti cada
praestant, et ad partes, quas transmittunt, acce
Plerique ex scriptoribus, qui de hisce canalibus

runt, eos venis tandem pernios esse volunt; attamen illorum alii per eos venam ex interioribus ad exteriora capitis, alii ab exterioribus ad interiora, alii duplicis generis venas transire autumant. Accedit vero Noster eorum sententiae, qui venas hasce ad emissaria SANTORINI referunt. Cum autem hi canales non solum venas sed et arterias transmittant, de his etiam suas observationes Cl. Auctor proponit. Transeunt nimirum eos arteriolae ex occipitalibus et temporalibus ita natae, vt ex pluribus radicibus, venae portarum instar, vnus oriatur truncus, qui hosce perreptus canales, tandem in duram matrem in multos iterum ramos diuiditur, cum reliquis durae matris arteriis communicantes. p. 68.

Finea *verticalis* huius, sic enim eam vocat, *arteriae* subtiliter profecto describuntur, et communicatio cum vicinis arteriis indicatur, num vero eorum ramuli vltimi, vt Noster autumat, in ipsum sinum sanguinem effundant, num potius, quod magis probabile nobis esse videtur, in membranas tantum sinus distribuantur, vix definire audemus. Vena saepe in vnico tantum latere adest, nonnunquam deest, et emissarii nomen omnino meretur. In fine tandem quosdam canales ossium verticalium rariores Cl. Auctor adducit, per quos ad ipsam osseam caluariae substantiam vasa penetrant. Adiectae binae tabulae, propositas de vasis canales hosce transeuntis obseruationes, clariores reddunt. p. 75.

## XII.

De ratione venas corporis humani anguſtiores, inprimis cutaneas oſtendendi, proluſionem auſpiciis ordinariae profeſſionis oratione aditiali ad II Oct. CIↃIↃCCLXII rite capiendis praemiſit D. IOANNES GODOFREDUS IANOKIUS P. P. O. pl. 2½. Tab. aen. I.

In hocce libello nouam Cl. Auctor encheireſin tradit, venas corporis humani anguſtiores, inprimis vero cutaneas oſtendendi. Protinus ſub initio
p. 5. dolet ignorantiam totius illius doctrinae, quae de venis agit, praecipue vero methodum illam vulgarem venas per ipſas venas replendi accuſat, cum non ſolum anguli retrogradi, ſed et valuulae rem ita difficilem reddant, vt raro ſuccedat iniectio, venulaeque tenues in cadauere vacuae difficulter re-
p. 9. periantur, aut ſiphonem admittant. Haec et alia Auctorem impulerunt alium modum excogitandi, nempe venas directa per arterias cera replere. Nec ſpes eum poſt varia tentamina fefellit. Non ſolum enim in venas cutaneas materia penetrauit, ſed et ipſae eae adeo cera repletae erant, vt, pulpoſa inde cutis fieret, qualem detractam a femore et brachio exſiccatam conſeruauit. In variis corporis locis, brachio, capite, femore, venis cutaneis abdominis, dorſi, pedis volae, etc. diuerſo tamen ſucceſſu experimenta ſua inſtituit, et vt oſtenderet lectoribus, quam bene ei ſucceſſerint, figuram ſculptam addidit, quae venas in cute pedis iniectas exhibet. Du-
p. 16. plici materia ad iniiciendum vtebatur, tenuiore altera, altera craſſiore. Illa ex oleo pinguedinis humanae et cinnabari, haec ex cinnabari cum oleo terebinthinae bene trito ſebo veruecino albo puroque et pauxilla cera alba erat. Priorem tepidam pedetentim

tentim lentiſſimeque infundebat in arteriam, tum cute erubeſcente craſſiorem addebat ita, vt primo lentiſſime immitteret, deinde maiori vi vrgeret, vsque dum materia ad ipſos venarum cutanearum truncos rediret. His omnibus cautionem addit, quod antea per octo horas emolliri debeant illa corpora aqua tepida, in eaque tam diu retineri, vsque dum omnia perfecta ſint. In fine libelli quas- p. 17.
dam de variis venis cutaneis obſeruationes annectit, attentione omnino dignas.

## XIII.

Vſus Opii ſalubris et noxius in morborum medela, ſolidis et certis principiis ſuperſtructus a D. BALTHASARE LUDOVICO TRALLES, Medico Vratisl. atque Academ. Caeſar. Nat. Cur. Adiuncto. Sectio quarta et vltima. Vratislauiae, ſumptibus Ioannis Erneſti Meyeri, 1762. 4. Alph. 1. pl. 13.

Tandem nobis contigit, vltimam vtilis iſtius de opio conſcripti operis ſectionem cum Lectoribus noſtris communicare, quae ex octo capitibus componitur. Primo de vſu opii in phthiſi pulmonali et hydrope, ſecundo in morbis mentis, melancholia et mania, tertio in morbis mulierum menſtruatarum et grauidarum, quarto in morbis parturientium et puerperarum, quinto in morbis infantum et ſexto in morbis ſenum agitur; ſeptimo autem vſus opii topicus conſideratur, octauo demum opium venenorum antidotum inſimulque opio reneno paranda medela proponitur.

Cum phthiſeos ortus varius ſit, eaque vel a ca- p. 6.
tarrho, vel a tuberculis, vel ab vlcere proueniat primo

primo ſtatim quaeritur, quidnam in phthiſi a catarrho de opio ſperandum? Eundem certe, quem in tuſſi catarrhali habet opium, et in hoc caſu vſum expectandum eſſe, Noſter ſcribit, ſollicite tamen innuit, opium pulchre quidem in catarrho a materia acri tenui pendente prodeſſe, non aeque, vbi lenta et copioſa pituita pulmo obrutus eſt; interim tamen et in priori caſu omnem medelam non ſoli opio committendam, nec alias ſumme neceſſarias reuulſiones negligendas eſſe, praecipit. Si phthiſis a tuberculis prouenit, opium, cum ea motu corporis et equitatione ſoluenda ſint, vſum habet nullum, niſi forte nocturno paregorico tuſſim nimis importunam compeſcere e re viſum fuerit. In vlceroſa demum phthiſi, quae vel a vomica maiore vel a pluribus paruulis vomicis et vlceribus prouenit, medelam non adfert opium, licet non negandum, id ipſum conſolidationis, remediis detergentibus et digeſtiuis obtinendae, felicem ſucceſſum multum promouere poſſe. Quiete enim parti affectae per opium conciliata, motuque tuſſiculoſo ſedato, laudabiles humores, ad ſanandum vlcus neceſſarii, adueni poſſunt. Verum hanc conſolidationem non opium efficit, ſed ſymptoma tantum vrgens, curationem impediens, ad tempus leuat, ideoque per accidens iuuat, indeque parum boni opium tunc
p. 20. promittere, coniiciendum eſt. Eadem etiam ſpes, quam alii vrgentium tantum et moleſtiſſimorum ſymptomatum reſpectu fouent, de opio concipienda eſt. Ita opium nec febrem cohibet, cum cauſſam eius, pus nimirum huiusque acrimoniam minime extinguat, imo potius febris veſpertina et nocturna opio manifeſte intenſior facta viſa fuit. Neque boni quid praeſtare ſolet opium in phthiſi, ſi tuſſis vrget. Prouenit enim ea vel a pure, quod per ſtagnationem et moram acre factum in bronchiorum exeſo-

rum

rum cauitates deponitur, vel a chylo, qui aduectus per pulmones labefactatos libere tranſire neſcius, copia et viſciditate ſua irritationem neruoſorum vi, lorum producit. Cum vero opium nec in chyli viſciditatem, nec in puris copiam et acrimoniam agat, ideoque cauſſas tuſſis intactas relinquat, et ſolum tantum motum ad tempus inhibeat, fieri inde ſolet, vt opplotioni pulmonum, dyſpnoeae, anxietati et ſuffocationis metui anſa ſuppeditetur, et aucta per moram puris acrimonia, ceſſante opii actione fortior poſtea redeat tuſſis. Atque cum ſuffocatio et miſer iſte ſtatus opio certo procuretur, iſtud proinde, quo adultior phthiſis eſt, eo cautius adhibendum, licet adultiora et grauiora in dies incommoda id poſtulare videantur. Nec vllum quoque iuuamen ab opio expectari poteſt, ſi colliquatiuus phthiſicos excruciat ſudor; ſiquidem opium humores rarefacit et colliqueſcit, et ſudorem certo inde augere valet. Aſt aliter ſe gerit opium, ſi putrida et colliquatiua adeſt diarrhoea: tunc enim victu congruo et opio, quo nihil magis aluum inhibere aptum eſſe ſolet, aegris conſulendum eſt: hac tamen cautione, vt opium, cum adſtringentia et anodyna ob pectoris conditiones valde inſecura ſint, et expectoratio et reſpiratio difficilior reddatur, clyſmatis forma applicetur. Sic Noſter optimo cum ſucceſſu decoctum corticis peruuiani ſaturatiſſimum cum lacte praeparatum ad quinque vel ſex vncias cum duobus opii granis ano infundi iuſſit. p. 33.

In hydrope opium vſum habet nullum; licet a nonnullis ob vim, qua ſudores prouocat, laudatum fuerit: verum remediis antihydropicis adnumerari non poteſt, ſiquidem nec laxitatem ſolidorum, nec vim vitae nimis debilem, nec vaſorum compreſſionem, nec rupturam, nec obſtructionem, nec laticis ſeroſi lentorem tollit. Et ſi etiam hydropicis p. 39.

[illegible] bono cum ſucceſſu ſudorem mo[illegible]
[illegible] fuerit, ſudoribus tamen nimium tribuend[illegible]
[illegible] eſt, tuncque opium in hydrope quidem anaſa[illegible]
[illegible] vero in aſcite proderit.

In melancholia opium iuuare tantum poteſt, [illegible]
cauſa mere idealis eſt, aut ataxia ſpirituum ne[illegible]
rumque facilis mobilitas ſubeſt; ſin vero corpu[illegible]
mul aegrotat, parum ſolatii ab opio in aegro[illegible]
dundat, imo potius ad lenienda tantum ſympto[illegible]
aliquid facit, quo in caſu et magnas inſimul cau[illegible]
nes vſus eiusdem poſtulat. Quid? quod in p[illegible]
adeo caſu magna cum cautione opium melanc[illegible]
cis praebendum eſt, et alia potius remedia eli[illegible]
da, ſi quando animus excitandus, aut anxietas leua[illegible]
aut ſomnus inuitandus eſt.

p. 59. In mania opium non adeo laudandum, vti a n[illegible]
nullis factum fuit; ſique valet, non niſi magna c[illegible]
cautione porrigendum eſt. Non raro enim mani[illegible]
intendit, ſiquidem conſtat, et in ſanis adeo hom[illegible]
bus ab opio produci delirium. Nunquam etiam[illegible]
quietem conciliandam et ſomnum inducendum [illegible]
niacis porrigendum opium, ſiquidem inter ſom[illegible]
turbulenta dormientis ab opio, et inter ſomnia [illegible]
bulenta vigilantis maniaci ſumma datur affini[illegible]
hincque ſomnia maniaci, ſi etiam dormiat ab o[illegible]
multo magis tetra et turbulenta forent, ſique [illegible]
gilat inter phantaſmata, ad ſaniora ratiocinia [illegible]
tranſit, ſed ſopore diſcuſſo aeque ac ante furi[illegible]
inſanit, vel, ſi etiam quietior factus fuerit, in [illegible]
petuam tamen et immedicabilem fatuitatem pr[illegible]
bitur, recurrentibus tamen et per interualla fu[illegible]
ſis deliriis. Praeterea, cum maniaci debilitate c[illegible]
bri et alui ſiccitate laborent, opium autem ſem[illegible]
cerebri debilitatem poſt ſe relinquat et aluum ſic[illegible]
ſicciorem reddat, ob has ideo cauſſas id ſane [illegible]
niacis exhiberi nequit. At vero hactenus de m[illegible]

ſine reſpectu habito ad ſpecialem eius faciem Noſter egit, nunc vero diuerſas maniae ſpecies inque iis eidem opii vſum conſiderat. In mania itaque a praegreſſa melancholia, cum huius curatio in ſolutione et eliminatione ſpiſſi et atrabilarii ſanguinis conſiſtat, opium non conuenire et ſine eo paucis et euporiſtis remediis, v. g. ſero lactis, aqua et fructibus horaeis dictum morbum curari poſſe, Noſter conſiderate monet. p. 73.

Sed aliter ſe habet opium in mania ab ira nitione: cum enim pharmacum hoc cardiaca vi polleat et humores expandat, iuſtum ab eo tonum reſtitui et delirii ſolutionem fieri poſſe, expectandum eſt, dummodo id obſeruetur, vt modicae eiusdem exhibeantur doſes, ſiquidem et maiores augere ſolent delirium. Sin vero contrarius ſtatus, mania nimirum plethorica, obſeruetur, opium certe, hunc ſtatum augens et ſpecifica ſua vi humores ad caput congerens, propinare non licet; nec etiam exhibendum, ſi ſpermatis orgaſmus et occultus amor et vterinus furor occaſionem dederit maniae. Atque ex omnibus his coniicere nunc licet, maniam ſanabilem feliciter abſque opio curari poſſe. Inter omnes tamen maniae ſpecies nulla magis opium ferit, quam illa, quae nullo, fluidis et ſolidis inhaerente, vitio a validis tantum animi affectionibus, ira et ſubitaneo terrore inducitur. Ita in mania, quae foeminis hyſtericis et puerperis poſt praegreſſam iram aut terrorem grauiorem ſuperuenit, optime opium datur, quod et tunc ſaepe lochia ſuppreſſa reſtituit; interim tamen et venaeſectio et laxantia et alia remedia, quae ſanguinis aeſtum compeſcunt, negligenda non ſunt. Opium autem hic propinatur eo fine, vt affectus animi, qui tanquam ſtimulus nerui inhaerens conſiderari debet, conſopiatur, quo ſtimulum hunc non ſentiant nerui. Praeterea et eum vſum habet opium, quod animum pacare ſomnum- p. 74.

ſomnumque prouocare ſoleat, hincque felic
aerumnarum et curarum obliuionem inducat, ſim
que motus corporis anomalos, ab animo male a
cto pendentes, coerceat. In genere demum
tandum, opium in omni mania neruoſa, vt Noſ
loqui amat, id eſt, quando homo ob conſenſum
mis viuidum cum aliis partibus delirat, qui in n
uis obtinet, dum dolor alicuius partis adeſt,
animi affectus totum neruoſum ſyſtema perturb
conducere omnino.

p. 88. Ad menſes prouocandos multum quidem
cit opium, minime tamen cum aloe, myr
aliisque emmenagogis ſpecificis comparandum,
quidem ventriculum ſimul et inteſtina debilitat,
mentorum coctionem peſſundat et aluum retard
ideoque ad cacochymiam et cacheriam, ad qu
ducit menſium ſuppreſſio, viam facilitat. Hinc
curanda menſium ſuppreſſione, opium non ad
bere, magis conducit. Verum, quando difficul
et parcius fluunt menſtrua et cum grauibus dol
bus erumpunt, pulcherrime ſe gerit opium. C
enim menſium dolorificorum curatio in attenuar
ſanguine eoque meabili reddendo, inque ſtricturar
et ſpaſmorum relaxatione procuranda conſiſ
opium ſane antiſpaſmodicorum ſummum, ad
uocandos eos et reſtituendos multum praeſta
plusque proderit, quam emmenagoga ſola et a
que opii combinatione exhibita.

p. 93. Altioris indaginis quaeſtio eſt, num opium g
uidis conueniat. In genere quidem, ſine habito
ſpectu ad morbum ſingularem, grauiditas iſtud re
dium fert, ſiquidem per ſe plethoram auget et m
ſes mouet. Praeterea et intuitu foetus idem iſ
non conducit, cum infantibus multoque magis
tibus tenerrimis et immaturis ob aetatem tenell
minus proficuum imo damnoſum ſaepe remedi

eſſe ſoleat. Sed dantur morbi grauidarum, qui ſine opio tolli vix poſſunt, quiue hinc vſum eiusdem vrgent. Ita nauſea et vomitus, a ſolo motuum vitio et inordinato liquidi neruei motu poſt conceptionem pendentes, opium ferunt, nec ita, ſi eadem ſymptomata a ſanguine menſtruo retento, ad ventriculum regurgitante, neruosque hinc premente et irritante proueniunt, quo in caſu opium, calefaciens ſanguinemque expandens, ſtatum iſtum peiorem reddit. Alius morbus, grauidis interdum accidens, diarrhoea eſt, quae, ſi a ſordibus collectis, aut naturae beneficio ſanguinis quiſquiliis ad inteſtina delatis, prouenit, ſibi permittenda nec praepoſtere inhibenda eſt. Sin vero aluus multum et diu fluxerit, et poſt recrementa, quae ſanitati obfuerunt, ſatis eliminata, laudabiles humores euacuantur et digeſtio aegrius ſuccedit, aut alimenta indigeſta excernuntur, hinoque periculum ſubeſt, ne foetus nutritio pereat, de ſiſtendo iſto fluxu medicus cogitare ſtatim debet. Si porro tormina, foetum ex vtero facile eiicientia, vrgent, vel demum ſi moleſtiſſimus teneſmus, qui abortire facit, accedit, diarrhoea cohibenda eſt, hincque huic ſcopo optime ſatisfaciens opium, aliis remediis oleoſis et mucilaginoſis inprimis nequaquam intermiſſis, prōpinandum eſt. Si tuſſis vrget, haecque, praeter cauſſas communes, ſanguinem plethoricum, bronchiales cellulas irritantem, cauſſam habet, eaque venaeſectione, mannatis, diaeta molliſſima et emulſionibus oleoſis praemiſſis, minime ceſſat, nullum remedium ſupereſt, quam opium. In reliquis autem grauidarum morbis, vt appetitu deprauato, animi deliquiis, odontalgia, cephalalgia etc. quorum ortum in plethora ſola Noſter quaerit, opium nihil valet, nec tantillum leuare poteſt. Miſſis his vltimo loco abortum, a nonnullis morbis praegreſſis, ſed a propriis

cauſſis prouenientem Noſſer conſiderat, vſun opii in eo perpendit. Nunquam iſtud reme locum inuenit, quando placenta ab vtero ſe quando vero dolores in lumbis et oſſe ſacro v pubem vergentes, extremorum frigus ventri tormina adſunt, nec vllus adhuc ſanguis ſeſe r feſtat, aut ſanguinis fluxus parcus et placidus e ginae oſtiolis tantum erumpit, et vteri orifi exacte clauſum eſt, poſt venaeſectionem admin tam opium ſummae vtilitatis eſſe ſolet; immo uenit adeo absque venaeſectione, nocitura p quando ſola motuum anomalia in mobilioribu hyſtericis, leui ſaepe de cauſſa inducta obſer vel terror, neque tamen ira, abortum minatur.

p. 107. In doloribus ad partum ſpuriis, orificium conſtringentibus, quando a ſordibus inteſtin prouenient, clyſmate praemiſſo, opium opti medicinam dat, eandemque etiam largitur, ſi do iſti a ſanguine, in vaſis meſaraicis et meſoc turgente, dependent, quo in caſu tamen vena ſella obſtetricia iam conſtitutae ſecanda eſt. enim opium relaxans orificium laxat foetumqu lit. Optime etiam opium dolores coercet, qu partum excruciant, quiue inprimis a relictis g ſanguinis in vtero aut lacerae placentae partil inde conſtrictis vteri fibris muſculisque abdo libus dependent. Caute tamen ſemper iſtud bendum, et ab eo abſtinendum, quando febris ingruit, nec vnquam opium dandum, niſi g grauiores et motus ſolidorum anomali id po iidemque aliis remediis haud coerceri ſe pat Nunquam etiam obliuiſci debet medicus, opi ſtemati neruorum delicatiori aduerſum eſſe, vnquam locum hic habere, niſi graue malu uius poſt ſe trahens, ſolo tamen opio abig adſuerit. Caeterum lochiorum ſuppreſſio nu

inde metuenda, potius fluxus eorum expectandus eſt, ſiquidem opium, motum humorum cieus ſtri-
cturasque tollens, lochia ſuppreſſa reſtituit. Mi-
rum autem videbitur, opium, licet lochia pellat,
iisdem tamen, ſi nimia fuerint, ſub certis condi-
tionibus optime mederi. In eo nimirum caſu, vbi
grumi ſanguinis, concrementa polypoſa, portiones
lacerae placentae vterum irritant et contractionem
minutiſſimorum oſculorum impediunt, aut quando
ſecundinarum extractio incauta et dolorosa laeſio-
nem vaſculis intulit, ſummae vtilitatis opium eſſe
ſolet. Quando autem lochiorum fluxus nimius a
nimio impetu ſanguinis ad vteri vaſa propulſi depen-
det, aut aliquid in vteri cauo praeſens eſt, quod vaſa
eius nimium dilatat, quodque impedit, quo minus
iſte ad ſtatum naturalem accedere poſſit, vel etiam
quando incredibilis copia ſanguinis deperdita eſt,
opium propinari non poteſt. In diarrhoea tandem
puerperarum, lochiorum ſucceſſum ordinarie mu-
ante, hinc que multa cum circumſpectione tracta-
la, opium, obſeruatis quibusdam cautionibus, Na-
ler ſuadet. Quando nimirum eadem ex vitio quo-
lam diaetae commiſſo, frigore admiſſo, aut potu
ermentante, aut victu incongruo, aut terrore etc.
oborta deprehenditur, opium optime conuenit, quod,
i nihil ingeſſit puerpera, ſordes accumulans, ſed
ngus tantum externum aut terror, humores verſus
nteriora vrgens, diarrhoeam produxit, intus ſta-
im propinari poteſt, in diarrhoea autem a victu
ncongruo aut potu blanda laxantia et clyſmata prius
ſurpanda ſunt, ſique tunc aluinae excretiones neu-
quam remiſerint, opio demum eae pacari poſſunt.
ic autem lochiorum fluxus ſaepe reſtituitur et diar-
hoea ceſſat.

Progredimur ad morbos infantum, quibus opium p. 130.
alde nociuum et nullum remedium eſſe, multi Au-

ſtores affirmant. His etiam Noſter fere ſuffra
non dubitat, ſiquidem ob cerebri et totius ner
ſyſtematis compagem molliorem opium eminen
res effectus edere, certo perſuaſum habet, id
que remedium, ſi medela vlla ratione aliis phar
cis impetrari poſſit, apud infantes prorſus ab
ſuadet. Interim tamen, ſi quando morbi eo vi
increſcunt, vt opium abſolute poſtulare videan
mortisque periculum alias ſubſit, atque morbi
lo pharmaco quam opio declinari ſe patiantur,
ceps iſtud remedium et tentandum eſſe, No
aſſerit, et SYDENHAMI exemplo excitatus
tribus potiſſimum morbis, vomitu nimirum et
iectione enormi, vehementi dolore et inſigr
ſpirituum animalium ataxia, vſum eiusdem c
mendat. In vomitu quidem non niſi idiopath
remediis quibuscunque incaſſum tentatis, pa
guttulas laudani liquidi cum fructu propinaſſe
fert. Pari quoque ratione opio in diarrhoea ab
do, coagulato lacte, viſcidaque ſaburra prod
vſus eſt; id vero obſeruandum eſſe praecipit, v
racida abſorbentia, rhabarbarina, clyſmata de
centia, topica aliaque prius propinentur, hi
adhibitis tum demum opium exhibeatur, ſi
ctiones numeroſiſſimae, vires penitus exhaurie
vrgeant et mors inde metuenda ſit. Et tormin
fantum, diarrhoeam non raro comitantia, a
caſeoſo et acida acrimonia prognata, opium
ſtulant, ſi vehementia ſunt, et febres, inflamm
nes. conuulſiones aut mortem accelerant.
tandum vero, ſemper in iis antacida terrea,
ſummi hic vſus ſunt, largiori copia propinanda
oleumque amygdalarum dulcium aut gelatinar
nu cerui ouorumque vitellos exhibendos, hisqu
hibitis, ſpaſmorum ſaeuitia perdurante, tander
nutam doſin laudani liquidi porrigendam eſſe.
uendum autem eſt, ne nimis cito ad hoc ac

medicus, huicque ſoli fidat, ſed ſemper, ac ſi id non datum eſſet, in exhibendis abſorbentibus, demulcentibus, clyſmatibusque pergat. In dentitione difficili, ſi diarrhoea nimia eſt, et ſumma debilitas et conuulſiones inde metuendae ſunt, opium prudenter et circumſpecte cum abſorbentibus exhibitum conducit. Quod ad infantum conuulſiones ſpectat, opium, ſi eaedem a ſaburra acida et viſcida prouenium, certiſſime nocet, cum eam non corrigat, eandemque potius, aluum ſiſtendo, in inteſtinis diutius morari faciat. Iuuat vero, ſi a frequentibus nimis alui deiectionibus dependent, vel ſi a dentitione difficili, febre inflammatoria nondum ſtipata, proueniunt. Sique demum nutricum aut matrum terror infantum conuulſionis cauſſam ſiſtit, opium lactanti circumſpecte exhibitum optime conducere, Noſter autumat. In tuſſi tandem conuulſiua, a cruditatibus ventriculi producta, opium nocere, immo et in ea tuſſis conuulſiuae ſpecie, quae manifeſta viſcidi muci reiectione non ſtipatur, ſed tenuiſſima acrimonia bronchiis impacta, neruoſos villos irritat, rarius opium requiri, nec, niſi ſumma motuum violentia aliis remediis id interponi vellet, conuenire, Cl. Auctor aſſerit.

Senibus in genere conſideratis, ad apoplexiam prae aliis procliuibus, opium, congeſtiones ad caput excitans, non prodeſt, ſiquidem eos ad apoplexiam diſponit: eandem quoque ob rationem in haemorrhagia narium, quae ſenibus interdum accidit, quaeque congeſtiones ad caput notat, idem remedium non conuenit, iisdemque raro, et circumſpecte exhibendum eſt, ſi de vigiliis moleſtis conquerantur. In tuſſi ſenum habituali opium abeſſe debere, in catarrhali vero tranſitoria, aliis non cicuranda, ſi nimis affixerit ac ſpeciales aegri circumſtantiae non contradixerint, opiatum ſe exhibuiſſe, ab vſu tamen p. 160.

men diutius continuando ſemper alienum fuiſſe, Noſter perhibet. Nephriticis demum et calculoſis ſenibus dirisque veſicae ſpaſmis afflictis vnicum ſaepe auopio ſperandum leuamen, a largioribus tamen et nimis repetitis doſibus religioſe cauendum eſſe, monet.

p. 169. Haec de vſu opii interno: quod ad externum attinet, eum aut nullum eſſe, aut valde paruum, aut non tantum, vt putatur, Cl. Auctor exiſtimat. Difficulter enim pro varietate morbi eiusque gradus tam et pro varietate loci, ſiue cute tecti ſiue minus, demum et pro ratione incertae quantitatis elementi volatilis, quod ex maſſa opii ſe proripiens corpori inſinuatur, determinari poſſe quantitatem opii, topice vſurpandi, docet. Immo potius dictum remedium pro natiua ſua indole vt pharmacum acre irritans et calefaciens actarum, idque eo magis, quo maiori copia applicetur, quo diutius parti adhaereſcat quoue pars haec ſit tenerior et ſenſibilior, neruosque pene nudos actioni exponat, obſeruandum eſſe, oſtendit, opiumque, externe applicatum, vim anodynae e diametro contrariam, id eſt, ſumme irritantem poſſidere, experientiis confirmat. Sique etiam opium, externe applicatum, dolores mitiget, iſtud ſane eos aliter, quam ſenſum inhibendo et interdum ipſa ſua acrimonia mitigare, Noſter putat, ſimul tamen haec ipſa eosdem etiam non raro mirifice exacerbare monet. Inprimis autem vſum opii in clyſmate damnat, mortemque in inteſtino recto inprimis dyſenterici producere, aſſerit. Non enim ſanguini motum opio cohiberi, potius eum incitari, copioſius irritatione alliti, inflammationem augeri eamque ad necroſin diſponi, arbitratur.

p. 220. Vltima ſectione opium nunc conſideratur tam quam venenorum antidotum, pro quo a permulti per longam annorum ſeriem habitum fuit. Attamen opium vix inter antidota vera collocari poſſe

Noſte

Noſter oſtendit, nec vllum venenum ab eo debellari, ſed ſpaſmodicos tantum motus, a veneno excitatos, ſopiri. Non negat itaque, dictum remedium, quoties ſpaſmi et dolores a veneno naſcuntur, prodeſſe poſſe, inconſiderate tamen datum, minime vllum vſum habere, nec vnquam boni quidquam praeſtare, ſi quando opium, vt facere ſolet, eliminationi veneni et motibus, ad eliminationem neceſſariis, reluctetur. Aſt vbi altius inhaereat corpori acre venenum, et ſpaſmi et conuulſiones non in aliquibus viſceribus, ſed in toto iam corpore dominentur, opium concedendum eſſe, ſimul tamen cum lacte et oleo exhibendum putat.

Vltimo loco exponit Cl. Auctor, quibus antido- p. 229.
tis pugnandum ſit, quando ipſum opium vt venenum agit. Conſtat enim, opium, ſi vel taedio vitae, vel imperitorum medentium culpa, vel infelici errore largiori in doſi ingeratur, periculoſiſſima inducere ſymptomata, imo ipſam poſt ſe trahere mortem. Hinc, niſi peſſimus rerum ſtatus adſit, omnibus remediis ſuperior, illico occurrendum eſt. Primo itaque vomitoria exhibere ſuadet Noſter, quo excutiatur in ventriculo haerens opium; cumque etiam in ventriculo hoſpitans opium venenum effluuiis ſuis non ſolum neruis communicetur, ſed et delatum ad maſſam ſanguinis, hanc ipſam admodum turgere faciat, et pulſum plenum celeremque cieat, commode etiam et non ſine fructu venaeſectionem adminiſtrari, innuit. Interdum quoque purgantia antiphlogiſtica eligenda eſſe, eaque pariter ac venaeſectionem tum demum locum habere, quamdiu pulſus vigeat et fortiſſimus ac celerrimus ſit, minime tamen, vbi tardus et debilis ac exilis reddatur, autumat. Cum autem ob difficultatem deglutitionis ſaepe nihil ingeri poſſit, clyſmata ſtimulantia adhi-

benda, eandemque ob rationem varia acria re
dia veſicatoria, epiſpaſtica idque genus alia exte
corporis partibus applicanda eſſe, innuit. Pra
liquis tamen inter praeſtantiſſima opii alexiteria,
da inueniri, hisque nihil efficacius agere, ideo
ſi fieri poſſit, eadem ingerenda eſſe. Noſter mo
reliqua autem paſſim laudata antidota, vt vin
balnea et remedia volatilia, aut nihil iuuare, aut
niſeſte noxia eſſe, hinc nunquam vſurpanda,
tratur.

XIV.

Verhandelingen uitgegeeven door de Hollan
Maatſchappye der Weetenſchappen te H
lem. Vyfde deel. Te Haarlem, by I. Bo
1760. 1. Alph. 21. pl. tabb. aen. 7.

h. e.

Commentarii Societatis Scientiarum Harlem
ſis Pars V. etc.

p. 1. Diſſertatio *de calce* Auctore I. S. DE CRU
NACH. Ex lapidibus calcareis, nimis lo
tempore aeri expoſitis, poſtquam ſal et ſulphur
ſerunt, calx haud ſatis tenax coquetur; pariter
aut nimis, aut non ſatis diu cocta, ad exſtruen
moles apta non eſt. Porro efficiendum eſt, vt
bene cocta, cum aquae purae neque inſuffici
neque abundante copia temperetur; vtue ſic b
cocta, bene temperata et in fodinis aſſeruata
nae iuſta quantitate et qualitate miſceatur. C
recte praeparata reſpiciendum eſt ad ſaxa et lat
e quibus ſtructura ſit. Hi enim nunc plus nunc
nus aquae imbibunt; adeoque calx pro facultat

P

porositate laterum, aut plus aut minus aquae continere debet. Si lateres et calx nimis humida compinguntur in structuram, petrefactio siue exsiccatio nimis tarde contingit, et opus nimis lente solidescit. Sal enim cum nimia humorum copia intra p. 17.
poros diuisum, in floscellis egreditur, et murus non prius consistere et continere incipit, quam lata humorum quantitas per poros calcis et lapidum exhalauerit. Quo in loco Auctor rectissime obseruat, id quod etiam nostris in regionibus magno cum aedificiorum damno exploratum saepissime est, muris nullam soliditatem ideo conciliari, quod, quum lenti sint ab humore, feruente opere humiditates non satis effluere patiuntur, quapropter soliditatis virtutem prorsus amittunt. Vsus calcis de saxo cocta, ad moles in aqua exstruendas singularis est; sed tum calci vel caementum, vel, vt in Italia aliisque in locis obtinet, pulvis puteanus admiscetur, quod, quomodo fiat, ab Vitruuio II. 6. dilucide est enarratum. Deficiente lapide calcario, ex conchis p. 23.
earumque testis calx excoquitur, de quo Auctor potissimum verba facit, cum quod ingens concharum copia in litteribus Belgicae, exiguis sumtibus, legitur, tum quod in struendis supra tegram aedificiis et muris, qui minoris moli sunt, omnino vtilis est. Huius praeparationem, atque cum arena et caemento mixtionem Auctor breuibus declarat, neque satis temperare potest, quin eius asperitate parietes cuniculos, atque satis infirmos fieri putet. Hinc in Belgicanis testaceis cum pulvere ex lateribus lapidibus atque aqua maxima, loco fluuiatili, praeparatur. Sunt, qui calci de saxis testaceam praeferunt, pluribus tamen partibus abest, vt assentiatur Auctor, vt potius huius laudes de virtutem illi primas iure meritoque partes deferat. Interim vsus calcis de testis per totum Belgium maximus est, eamque sumtus

sunt minores; innumeri homines, qui legen
conchis operam impendunt, inde vitae sustinand
certissima quaerunt praesidia; pecunia non ad ex
ras absportatur regiones; agrorum eorum fertilit
possessores ex eius venditione summa insigne
ciunt, et perplurimos operarios in torfi fodinis
cupatos alunt. In fine Auctor magnopere suad
vt aedificia publica, ingentis molis quae sunt, te
pla, e. g. aedes societatis, immunitoria, pont
et structa in mari opera, canalia, moenia et m
nimenta, sigillatim omnia ex calce de saxis
struantur.

p. 35. 2) *Explicatio parabolae Matthaei* IX, 16. *Ad*
PERM. VENEMA, ex latino in Belgicum huc tra
lata sermonem.

p. 69. 3) *Ad Doctissimum* VENEMAM SCHWENI
*de inoculatione variolarum* N. N. GUENZ epist
Auctor, qui physicus Baronide Bredonsis meret,
SCHWENKIUM tres casus perscribit, quos sibi
riolas implantanti fors atque fortuna obtulit.
mus in iuuene 17 annorum egit conspicuus; ex
ius vulnere, facta insitione, ingens puris copia
tra octiduum profluebat, febricula interea tem
ris non cessante; ex quo concludit Auctor, futu
fuisse vt variolae iuueni huic naturaliter contigi
admodum malignae et purulentae, quarum ma
per insitionem ex corpore propemodum ed
p. 80. fuit. Secundus casus praestantiam insitionis o
dit, siquidem iuuenis, cui infestae erant vari
neque vocem, neque respirationem, neque de
tionem vllo modo haberet impeditas, neque
ptomate quodam antepiti in periculum esset
ctus. Tertius casus primo similis est; nam
virgo 15 annorum mensium praesumo pro

copioſo puro exterinſecus per exulceratum vulnus emiſſo, ſanata fuit.

4) *Solutio trium problematum ex arte munienda de-* p. 97.
*functorum; per* W. YPEY.

5) *Potentia naturae ſemper ad conſeruationem ſui* p. 112.
*ditum, confirmata per ſingularem arboris in ſuo trunco radicationem, Auctore* I. F. DRYFHOUT. Erat Hagae Comitum tilia annoſa, centum amplius annorum, tamen iuuenititer virescens et ligno foliisque manifeſta iuuentutis prodens indicia. Iſta arbor procellarum vi deiecta ſingulare praebuit ſpectaculum; quippe actis in ligno trunci adulto et putrido radicibus, inde per plures annos nutrimentum ceperant rami, phoenicis inſtar ſuis ex cineribus reuiuiſcentes. Truncus erat intus cauus et ſuperne in duo diuiſus brachia caua, ex quorum vno ad fundum vsque radix carnoſa procurrebat, incipiens a callo ſiue corpore calloſo, quod forte ex imputato ibidem ramo ortum ducebat. Similis radix ex calloſa materia orta per truncum deſcendebat, et alias circum ſe, quin immo ex ſe natas radices habebat perplures, adeo vt intus in trunco totum quaſi radicum ſyſtema appareret, viriditati et vegetationi arboris proficuum. Truncus cauus illum ſupra fundum, vbi fiſſuram ſurſum egerat, paſſim inter radio materia terreſtri, humo ſimili, repletus erat, in qua radices verſus fundum tenuiores conſtiebant. An vero iſtud radicum ſyſtema in terram alte deſitum eſſet, id, licet maxime ſit verisimile, affirmare Auctor non audet, quum truncum non vſi per partes eradicari vidit. Poſt illa Auctor de ſimili in aliis arboribus radicatione ſollicitus, ſalicem tandem inuenit, haud procul ab Haga Comitum, cuius modo radices intus egerem, ſed in p. 121.

tilia,

tilia, vlmo, quercu, fago, quarum vtra ducente
nas examinauit, nunquam eiusmodi quid obſerua
uit. Duas quidem alnos ſimiliter intus radicata
reperiit, atqueinutilis talem radicationem haud in
frequentem eſſe ex intento ſuis rebus hortulano au
diuit, qui annoſiſſimam tiliam intus plenam radici
bus craſſis Hagae Comitum exſtirpauerat. Ad hae
illuſtranda Auctor varios ſalicis ramos aqua
et terrae humidae indidit, quos intra breue tempu
radices agere expertus eſt; id, quod vtplurimum ac
cidit, quando ſalicum frondes ad fluuiorum ripa
vbi laete creſcunt, in terram infiguntur. Sub f
rem tractationis de partibus radicum conſiſtentibu
cuioſius differitur, ad rem adcommodantur pra
ſentem, et ipſa in ligno radicatio nouis comprobu
tur experimentis.

p.158. 6) *Obſeruationes ſuper numero mortuorum ann*
1756, 1757 et 1758, *quibus vltimis duobus, vari*
*lae Hagae Comitum late graſſabantur*; Auctore TH
MA SCHWENKE. Cl. Auctor primo loco oſte
dit, eos, qui variolis ex inſitione correpti ſunt, ii
dem non ſecunda vice tentari; et BOERHAAV
effato prophylaxin inſitiuam tutam certamque e
commonſtrat. Deinceps ex indicibus mortuoru
menſtruis, qui Hagae Comitum ſunt, tum inſiti
nis praeſtantiam, tum ipſum variolarum morbu
tam peſtiferum, quam antiquis temporibus, hod
exculta arte et experientia, decet non eſſe.

p.168. 7) *Curatio notabilis fiſtulae ex adipe renum ort*
*per* G. TEN HAAFF. Quem Auctor deſcribit
ſum, notatu digniſſimus eſt. A. 1764 d. 5 Iun.
mina Noſtrum conueniebat, de malo conqueſ
quod tribus inde annis perpeſſa eſſet. Exigu
admodum erat plane ſupra femur foramen, ex q

qu

quotidie nunc plus nunc minus, aquae ſanguine tinctae, ſaepe purulentae, exſtillabat. Femina cauſſam mali rogata fuiſſe ſibi, reſpondit, ante aliquot annos, in loco affecto exiguum quoddam tuberculum, ex quo magna ſubinde humorum vis propullulauit; fuiſſe ſibi iam antea circa lumbos moleſtum apoſtema, quod celebris quidam chirurgus ſcalpello diſſectum aliquamdiu tractauerat, et penitus conſanatum dixerat. Vlcere igitur probe examinato, oſculum eius Auctor Noſter tam anguſtum vidit, vt vix modulum ſtyli immitti, internam autem cauitatem aliquanto ampliorem ad nouem vsque pollices commode immergi pateretur, donec circa renem dextrum in materia celluloſa deſineret. Hinc ex praecedente abſceſſu ortam eſſe fiſtulam ſuſpicabatur. Vlcus enim in cute ſolummodo ſanatum cauſſam praebuit, vt materia incarcerata in renum vsque adipem ſeſe penetrauerit. Feminae, an fiſtula ſanari poſſet? roganti, per inciſionem poſſe reſpondet; in quam demum conſentit, teſtimonijs ILLINI et VINKII ſic fiſtulam itidem explorantium confirmata. Fiſtula cultelli ſubtilis ope ſubito ab Auctore reſecta, ſanguinis profluuium ſpongiis, carptis linteis, et impoſitis ſubinde emplaſtris cohibuit, vlteriorem autem vulneris indagationem, ne femina nimio dolore afficeretur, in opportunius tempus diſtulit. Religatis triduo poſt faſciis, fiſtula, quanta erat, oculis obuia, tanquam canalis ab orificio ad fundum vsque, digiti habens capacitatem, apparebat; prope orificio inferne multo anguſtior quam ſuperne. Callum, quo interna cauitas obducta erat, Auctor a tunicâ celluloſa degenerata, hinc a vaſorum circa os fiſtulae, apicibus ſtriarum inſar complicatis et arctiſſime inter ſe connexis, vt quaſi cutem duriorem efficerent, deriuat. In imo fiſtulae fundo reperiebatur ſaccuſus fiſtuloſus, carcino-

cinomatis inſtar, profunditate pollicis: id, quod ſatis commonſtrabat, fiſtulae ſedem in renum adi-
p. 183. contineri. Poſt illa, Auctor operam dedit, vt vi-
nus, vnguenti ope digeſtiui, ſuppurationem con-
traheret, quo facto, fiſtulae cauitatem propius in-
ſpexit. Materia calloſa internis parietibus firmiter adhaereſcebat, immiſſo autem in imum ſaccum fiſtuloſum digito, corpus renis dextri contingi, atque ſatis animaduerti poterat, ipſum renem pure aut vlcere aliquo nondum infectum eſſe. Attamen exigua deprehendebatur ſacci cauitas, ſuperne quadantenus elaſtica, ac ſi tenuis ſuper eam chorda eſſet tenſa. Tunicae calloſae ſeparatio nouo prorſus modo, nempe per eius ſcarificationem, inſtituebatur, eis praecipue in locis, vbi craſſiſſima videbatur. Inſuper varia adhibebantur erodentia et mundificantia, quibus cauitas totius fiſtulae replebatur. Quod autem ad ſaccum fiſtuloſum in fundo attinet, ad eius ſanationem chorda ſupra eum tenſa diſcindebatur, vt ingreſſus haberetur. Suſpicatus quidem Auctor erat, hanc chordam forte neruum lumborum eſſe, neque deceptum ſeſe vidit, quum aegrota, dum diſcindebatur, ingentem dolorem a crure vsque ad plantam pedis perciperet. Sequebatur titillatio, mox ingratum frigus et apathia, praeſertim in coxendice, cum dolore leniore; quae ſymptomata aliquot diebus poſt prorſus ceſſarunt. Vlcere vlterius conſiderato, et aliquoties examinato, quum eius fundum Noſter penitus haberet cognitum, neque quidquam ſanationi obſtare intelligeret, eam hoc modo expediuit. Loco digeſtiuorum et balſamicorum, quorum in curandis fiſtulis ingens vſus eſt Auctor, adhibuit aquam phagadaenicam; qua quidem vlcus ſaepe lauatum et linteamentis tectum, extrinſecus lab is eius ad ſe inuicem vnitis, emplaſtris conſtringentibus et deligatione retentiua tractatum,

breui

breui tempore ſanatum eſt. E quibus Auctor varia corollaria ſuper fiſtularum curatione deducit, et in fine addit, nephrotomiam adeo difficilem non eſſe, modo neque temere neque ſine praecedente abſceſſus in rene iam exiſtentis indicio, inſtituatur.

8) *Gangraenoſa vtereſcentia in capite membri virilis per ligaturam huius partis curata per* I. GRASHUIS. p. 198.

Vir 24 annorum phimoſi laborans de malo in capite penis conqueſtus, obſeruauerat aliquando in loco affecto puſtulam, globuli inſtar, enaſci, quam ab chirurgo quodam reſectam, anno poſt nouae excipiebant, eo ipſo quidem loco exereſcentes, et homini metum facientes haud vanam. Itaque, quo rectius natura mali aeſtimari poſſet, Cl. GRASHUIS praeputium diſcindere et glandem retegere decreuit. Quod cum effeciſſet, atque cum exercitatiſſimo chirurgo TEN HORRHOF die poſt caput penis nudum examinaſſet, totum puſtulis oppletum malignis, vix aliter quam per ligaturam, quin totum mox infecterent penem, cohibendis apparuit. Suſcepta igitur eſt ligatura, ad quam aegrotus prae reliquis remediis pronus videbatur: immiſſo in vretram cathetere, caput penis paulo infra locum affectum fubligauit; eo quidem die aegrotus dolorem ſatis grauem, nec tamen modicum ſenſit. Ligatura ſecundo tertio atque quarto die magis magisque aſtringebatur, quinto demum capitulum prorſus vbi erat putrefactum reſecabatur, ſine vllo eius rei ſenſu, et aegrotus paulo poſt ſanitati feliciter reſtituebatur.

9) *Deſcriptio inſtrumenti noui ad ſuffulciendum vterum*, per THOM. SCHWENKE. p. 206.

Ad vterum ſuffulciendum varia excogitata hactenus ſunt ſubſidia, annuli corei aut ex ſubere confecti, patellae atque huius generis alia, quae, licet ſatis apte conſtruuntur, plera-

pleraque tamen minus commoda habentur; et, quod mirum est, eiusmodi annulus de vagina aliquando materia lapidea incrustatus, Hagae Comitum edu ctus est. Auctor his remouendis difficultati bus aliud inuenit instrumentum, quod facile in va ginam immitti, contineri ibidem, et pro lubitu ex trahi posset. Constat ex cylindro argenteo cauo longitudine vaginae; intus habetur cochlea, qu intorta, quatuor elateres ei affixi superne capitibu suis fabrotundis sic cocunt, vt instrumentum sati commode in vaginam inferri possit. Eo immisso si cochlea rursus extorquetur, elateres hiascunt, e apicibus suis ope fili sericei, cera obducti, cra ticulam formant, cui vteri collum innititur. In fra cochleae applicatus est annulus, per quem duci tur fasciola, qua alicubi alligata instrumentum ser uatur retineturque, si qua forte e vagina inopinat elaberetur. Est Hagae Comitum argentifex, su arte insignis, KRIMPELMANNUS, qui inter ali complura instrumenta chirurgica, id quoque, cu ius descriptionem delineauimus, secundum Auctc ris nostri praescriptum conficit.

p. 212. 10) C. CHAIS *de origine inoculationis variolaru* ex gallico in belgicum sermonem versa tractatio. Si spicatus diu Auctor fuerat, Arabes, vt sexto po C. N. seculo primi super variolis scripserunt, si primo forte omnium de earundem insitione cog tasse. Namque communis est opinio, variolaru insertionem nostro aeuo, anno scil. 1713, inuei tam, aut saltem ex Turcia aduenam, per omnei Europam late diuulgatam esse. Contra eam sente tiam pugnat tum vetustissima Vallesiae variolas per fr ctionem communicandi consuetudo; tum insitio v riolarum ipsa inter Sinenses visitata, qui quidem ten pus et modum inuentionis aeque ignorant. Tande

leg

legatus Tripolitanus in aula regis Magnae Britanniae palam profeſſus eſt, inoculationem variolarum partim regno Tripolitano, partim Tunetano et Algerienſi, in communi vſu et eſſe et antiquitus fuiſſe. Eam rem, vt clariorem Auctor faceret, ad virum aliquem publica dignitate conſpicuum, ab aliquot inde annis Algiriae reſidentem, nonnullas hac de re quaeſtiones mitti curauit; ex cuius demum reſponſione intellexit, communicationem variolarum, frictionis ope, Algiriae admodum vſitatam eſſe, et Arabibus gloriam inuentionis communi ore tribui. Eodem p. 219.
fere tempore Auctor ad tres alios amicos in India commorantes, huius rei cauſſa, ſcripſit, quorum vnus ex Patna, qui locus 90 milliaria circiter a Bengalia diſtat, d. 7 Ianuar. 1758, ipſi in hanc ſententiam reſpondit: ſe ex medico Bengalenſi audiiſſe originem communicationis variolarum obſcuram quidem, vſum autem frequentiſſimum, eumque duplicem eſſe, alterum per inſitionem, id eſt, per cutis inciſionem et immiſſam materiam variolarum purulentam: alterum per potum qua nempe materia variolarum ſaccharo aut alii ſucco grati ſaporis miſcetur, et hauſtus inſtar ſumitur. Poſteriori modo idem effectus, praeſtantia tamen ſua priore inferior habetur. Ex quibus antiquitas implantationis variolarum ſatis demonſtratur, nouumque argumentum de eius vtilitate ducitur.

11) *Obſeruatio Cometae anno* 1759 *apparentis,* p. 225.
*Lugduni Batauorum per* IO. LULOFS *inſtituta.*

12) *Geometrica diſquiſitio de nonnullis polygonorum affectionibus regularium; auctore* I. F. HENNERT; ex gallico in Belgicum verſa. p. 237.

p.258. 13) D. KLINKENBERGII *de logarithmis f*
*nuum, tangentium et ſecantium, diſſertatio breuis; cu*
*tabula adiecta, cuius ope logarithmi in partibus minu*
*primi milleſimis atque denis millenis haberi poſſunt.*

p.311. 14) *Super tendinum, praeſertim Achillis, diſruption*
*obſeruatio* I. VAN DER HAAR. Quamquam P
REUS, PETITUS, KULMUS, VLHOORNIUS
MONROUS *maior*, atque WARNERUS varia d
tendine Achillis obſeruata prodiderunt; tame
Auctor, cui duplex iſtius diſruptionis caſus ol
uenit, nonnulla expertus eſt, quorum viri m
morati nullam mentionem fecerunt. Vir trigi
ta amplius annorum foſſam tranſiliens inſolitu
quid in tendine paulo ſupra talum, quem trahe
ſibi viſus eſt, ſentit. Domum reuerſus, talo mo
intumeſcente, omne robur pedi deeſſe, ſeque gr
du ire ſuſpenſo prorſus non poſſe, vidit. Adiit N
ſtrum, qui narratione hac audita, rupturam tenc
nis Achillis contigiſſe, ſtatim arbitratus, viſo et e
minato pede rem ſic ſe habere intellexit. Eteni
quum digitos pedis verſus tibiam flecteret, pollice
manus inter partes tendinis ruptas extrinſecus,
per cute ſana, interponere poterat; et quum talu
rurſus ad ſuram reduceret, partes diſruptas ar
ſeſe contingere deprehendit. Affectum locum
quo VLHOORNIUS in notis ad Heiſterianae c
rurgiae verſionem praeſcripſit, modo faſciis per
ſeptimanas obligauit, quibus praeterlapſis ten
tam pulchre concreuit, vt quo eſſet ruptus loco,
comperi poſſet. Sic ſanatus homo, quum iam
tea iſtiusmodi rupturam, vt crederet, vix potuit
duci, in platea ambulans, ſaepiusque pedem ſi
plodens, partim nacti roboris indicium, partim ſu
de non diſrupto antea tendine opinionis document
edere voluit. Vndecimo poſt ſanationem die

ga

gatus ſaltauit, effecitque, vt tendo eo ipſo, quo ante, loco rurſus rumperet. De veritate rei per experientiam certior factus, ab Auctore petiit, vt fractum tendinem faſciis colligaret, et in priſtinum integritatis ſtatum reduceret. Igitur tendo, ſeptem aut octo ſeptimanarum ſpatio ligamentis vinctus, tandem penitus coaluit. In eorum numero, p. 320.
qui rupturam tendinis Achillis, de qua locuti ſumus, inſtiarentur, fuit quoque medicus quidam, qui poſtea eodem affectus malo, Noſtrum adiit, illius ea de re ſententiam rogaturus. Namque grauem dolorem quum non ſentiret, neque res ſibi aliter molеſta eſſet, quamſi defigens pedem, puncto, vbi talus ſubſiſteret non reperto, digitos ſuperne et talum inferne collocare cogeretur; v. c. ſi in lectum deſcenderet, cubitum iturus. Quoniam tamen a quinque inde ſeptimanis rupturam perpeſſus, non ingraueſcere, ſed mitiori continuo ſenſu ipſum afficere experiretur, nihil pro ea curanda moliri conſtituit. Exactis nouem menſibus Auctor rurſus cum ipſo collocutus, et rupturam de nouo contemplatus, inferiorem tendinis partem calci affixam paululum contractam, auctam, et oſſeae excreſcentiae inſtar prominentem deprehendit. Ceterum pes multo plus roboris durante hoc tempore contraxerat, adeo, vt digitis pedum inſiſtere et ſaltare commode homo poſſet. Ex his Auctor non- p. 321.
nulla conſectaria elicit, quorum praecipua ſunt: tendinem Achillis ruptum, faſciis non colligatum, ſed ſibi relictum, et continuo motu concitatum, tandem rurſus accreſcere et robur priſtinum recuperare; tendinem hunc ruptum, poſt ſex ſeptimanas ſanatum, rurſus rumpere, rurſusque ſanari poſſe. Qua occaſione ſimul quaerit, qui fiat, vt tendines, veriſimiliter neruorum et vaſorum ſanguiferorum expertes qui ſunt, creſcant, alantur, et

rupti rurſus coaleſcant. Vtrumque ſucco nut
titio tribuit ex ventre muſculorum carnoſo in ten
nem defluente: quamquam experientia non ſatis e
ctum eſſe arbitratur, eundem ſuccum ad concreſce
tiam et ſanationem tendinis aliquid facere. Prob
bile ipſi videtur, tendinem Achillis mediante ter
coire: dum nempe partes tendinis auulſae partil
circumſitis vniuntur, iisque acreſcunt. Poſtrer
animaduerſiones quasdam de curatione tendinis ru
ſubiungit, et eam, quae per faſcias et ligamenta
reliquis omnibus remediis praeferendam ducit.

p. 334. 15) *Commentarius de trepanatione ad ſanan*
*exulcerationem et cariem tibiae*, Auct. I. VAND
HAAR. Auctor initio enarrat hiſtoriam trepana
nis a ſe ſuſceptae, quam breuibus tangere nc
liceat. Dimachus annorum vndeuiginti, dolor
obtuſum continuum ſuperne in tibia pedis dextri
tiens, chirurgum legionis ſuae adiit, qui ipſi va
remediis fruſtra opem ferre ſtuduit; quippe t
cum tunicis ſuis ſenſim ſenſimque intumeſcent
malo propter inciſionem a chirurgo factam in
ingraueſcente, anno poſt in Auctoris conſpectum
latus eſt, qui tibiam, a media eius parte ad g
vsque vehementi exoſtoſi et intumeſcentia infec
deprehendit. Cauſſam eius rei dimachus prod
quod lapſu equi proſtratus plus vna vice in hoc
ceciderit; quae Auctori ſatis fuit, vnde ad ti
contuſionem, medullae concuſſionem et tunica
eius ab interna oſſis ſubſtantia ſeparationem cor
deret. Igitur, poſtquam exoſtoſin diu multum
cum experientiſſimo AON contemplatus erat,
brationem tandem, vt vnicum in hoc caſu ſubſid
p. 339. ſuſcepit. Factis per terebram tribus foramin
medullam in medio tibiae ſanam et integram,
verſus ſuperiorem eius partem corruptam et

tus absumtam inuenit. Quin immo obseruauit ibidem aliquod ossis fragmentum, liberum quidem, per foramina tamen iam facta nondum educendum. Quare triduo post tibiam in superiore parte quartum perforauit, et forcipis ope osticulum duorum pollicum longitudine, vnius latitudine, extraxit. Quamquam malum summa diligentia et cautione esset tractatum, tamen sanari tam cito non potuit, quoniam post aliquot menses rursus aliquod fragmentum in tibiae interna cauitate latescens educendum fuit; quo facto foramina coierunt, excepto anteriore, quod exiguae instar fistulae, quotidie guttulas puris quasdam emittentis, patuit eo quidem tempore, quum aegrotus ex nosocomio, in quod receptus erat, discederet. Alterum praeterea similem casum Auctor enarrat, eique subdit, causam cariei internam satis notam omnibus, at et externam non aeque omnibus innotescere. Quapropter fit, vt multi causas mali externas qui ignorant, internam causam subesse arbitrati, media adhibeant inania, et externam operationem haud magni aestiment. Immo constat, medullam ossium per concussiones correptam, citra laesionem externam, successu temporis in osse cariem efficere posse; quando nempe interna medullae integumenta ab interiore ossis cauitate separata, motum medullae sistunt et lymphae profluuium efficiunt. E quibus medullae ipsius inflammatio, suppuratio, tandem exostosis et caries internae tibiae superficiei procul dubio oriuntur. Quam ob rem Auctor nonnullas huic tractationi animaduersiones subiunxit. p. 344.

16) *Diatribe dynamica de motu duorum, in vacuo et in medio resistente, corporum, quorum vnum ad lineam curuam descendit, et alterum, quod ab isto ope fili trahitur, secundum curuam ascendit. Auctore* I. S. p. 354.

JENNERT.



17) *Con-*

p. 405. 17) *Continuatio obſeruationum* *) *ſuper orbita cometae, haud ita pridem expectati, poſtea a.* 1759 *viſi, et anno* 1682 *iam in coelo conſpecti; per* IOANNEM SCHIM.

p. 414. 18) *Vagina* (vteri) *extrinſecus penitus occluſa, reſecta et ſanata per* P. SANNIE. Virgo, annorum fere 26, diu dolorem in abdomine perpeſſa, corpus intumeſcere et vuluam ipſam vehementer expandi ſentiens, malo, quod metuebat, ſalutem quaerere apud Cl. SANNIE decreuit. Hanc vt conſpexit, et locum affectum oculis obiit, os vaginae externum clauſum reperiit membrana coloris coerulei, aliquibus in locis ſubinde atri, glabra et nulla putredine correpta. Membrana ab anteriore ad poſteriorem partem ſex longa, et ab vno labiorum ad alterum propemodum tres lata erat pollices, antrorſum pollicem cum ſemiſſe extra labia ſubrotunde prominens. Manu abdomini impoſita, veſicam aqua repletam ideoque corpus grauidarum inſtar valde propendens Noſter obſeruat. Ceterum abdomen vehementer tenſum et tumidum apparebat vsque ad vmbilicum, vaginae autem tanta erat expanſio, vt eam ab vtero ſeparatam crederet. Hinc Cl SANNIE optimum factu iudicauit, vaginam per membranae ſectionem recludere, id quod ſumma cum circumſpectione et remediis neceſſariis ſubinde adhibitis, momento quidem citius et ſine vllo fere virginis dolore praeſtitit. Tum magna ſanguinis vis ex vagina profluxit, quae per ſeptem, et quod excurrit, annos ibidem fuerat detenta. Vulnus poſtea peſſariis et faſciis tractatum poſt breue tempus ſanatum fuit, et aegrota ad laetam redacta valetudinem, menſium conſecuta fluxum, matrimonium deinceps iniit, et lae-

*) vid. Vol. III. horum Comment. p. 490.

laetam enixa ſobolem, dum Auctor haec ſcriberet, adhuc in viuis fuit. Monitum ſubiungit, de non negligenda in recens natis-infantibus vaginae patefactione, et de remouendo, ſi quod forte tum obſeruatur, impedimento.

19) *Experientia medica de vtili et noxio opii vſu*, p. 437. *Auctore* IOBO BAXTER. In hoc ſchediaſmate enarrantur tantum morbi, in quibus opii vſus nunc ſalutaris, nunc nocuus fuit, cuius narrationis filum, in fine ſcriptionis ab Auctore pauciſſimis delineatum ſequi nobis liceat. Vtilitatem opii experientia comprobauit in variolis infantum, in diarrhoea et dyſenteria, corpore antea praeparato, et ab acredine ſua liberato; porro in morbo ileo, in colica pictonum, in nephritide, in diuerſis ſpaſmorum ſpeciebus, in catarrhis, praeſertim ſi bronchiae a pituita quadam tenaci obſeſſae ſunt, et tuſſis fere continua, nocturno inprimis tempore inualuit: vnde tum pilulae anticatarrhales DEKKERI magnopere laudantur; porro ante operationem quandam grauem chirurgicam ad corroborandum corpus, et ſuſcitandos ſpiritus animales: hino etiam in debilitate ſpirituum inſignem vſum praeſtat; porro in variis mulierum morbis praeſertim grauidarum, vtpote in moliminibus ſpuriis, in doloribus ante et poſt partum, in lochiorum fluxu nimio. At vero vſus opii nocet primo omnibus corporibus plethoricis; porro nocet in febribus acutis, quae venaeſectione tractari ſolent, vt in phrenitide, in pleuritide et peripneumonia, angina et in reliquis; porro in diarrhoea et dyſenteria, quando corpus materia maligna et prauis humoribus nondum vacuatum eſt; in nonnullis ſanguineorum hominum ſpaſmis, vt arthritide, podagra, in ſingultu et poſt chirurgicam operationem.

p. 455. 20) *Tractatio, de primis; quae nos ad iuris na turae cognitionem ducunt, principiis, Auct.* ABRAH PERRENOT.

p. 537. 21) *Obſeruationes ſuper vtilitate repetitae trepana tionis; accedunt animaduerſiones quaedam, contuſione caluariae et extrauaſatum ſub illa ſanguinem ſpectante Auct.* IACOBO VAN-HIL. Iuuenis, 17 annos natus, e arbore altiſſima decidens, exiguum quidem vulnu ſed contuſionem admodum grauem dextri oſſis br gmatis ex eo lapſu recepit; et in plenaria animi d ſectione, perpetuis agitatus conuulſionibus, rho cho et ſopore ſepultus iecit Quarto die poſt noſocomium ordinarium illatus, quum inter temporis venaeſectio facta, et cutis in loco lae paululum eſſet inciſa, Auctoris curae traditus e Is quidem inprimis opus eſſe duxit, externa int gumenta, cutem et pericranium vlterius incide et totum fere cranium, quantum fieri potuit, nudare. Tum calvariam digito contingens, p res vno tumores atque inaequalitates deprehenc Quorum vnum iuxta futuram ſagittalem ad coro lem vsque excurrentem et pericranium a cranio pr ſus ſeparatum vidit, vt digitum inter vtrumque int ſerere poſſet: quod indicium, licet interdum fallax, ſolet fracturam cranii ibidem contigiſſe. Seque die Auctor reperit fracturam cranii in dicto bregmatis, a futura lambdoidea ad ſagittalem que ex vna parte, et pone os temporum ex alt parte procurrentem. Non diu cunctatus No primam perforationem inſtituit prope fractur vnius fere pollicis interuallo a futura; ex qua quid ſanguinis ſupra duram matrem latitantis ſtatim p fluxit, mox maiori copia, quum dura mater gito leniter comprimeretur. Aegrotus ſentire lulum et audire incepit. Die ſequente trepan

nem repetere Noſter coactus fuit, partim vt ſanguini, intra cranium et duram matrem forte contento, exitum conciliaret, partim vt depreſſum verſus ſagittalem futuram, quam longa erat, os bregmatis eleuaret, et in ſitum naturalem reponeret. Repetiit igitur in ipſa futura ſagittali, in qua terebram applicauit, perforationem, facto que foramine rurſus aliquid ſanguinis effluxit. p. 546. Sed ſcopum Auctor nondum aſſecutus erat, ſiquidem apud animum conſtituerat, os bregmatis paululum depreſſum et futura excuſſum eleuare, et futuram in ſtatum naturalem reducere. Etenim eleuatorio ſubter cranium applicato, et dura matre leniter compreſſa, ingens ſanguinis quidem copia propullulauit, et aegrotus reſpirare, ſentire, loqui et lactis aliquid ſumere coepit. At breui poſt in priſtinum relapſus ſtertorem, aucta in ſimul febre, metum Auctori attulit, ne meninges ſanguine adhuc eſſent obtuſae, qui, ſi adeſſet, per ſiniſtrum os bregmatis, prope futuram, educi poſſe videbatur, quum ſuper ſiniſtro oculo magna ecchymoſis appareret, qualis in dextro oſſe locoque laeſionis non obſeruabatur. His atque aliis de cauſſis perforationem octauo poſt lapſum die tertium repetiit, et quidem in oſſe bregmatis ſiniſtro, adeoque in loco laeſionis oppoſito, prope futuram ſagittalem. Qua feliciter facta, ſanguis multo copioſior quam ante ex duobus foraminibus profluxit. Dura mater ſemel atque iterum leniter comprimebatur, vt ſanguis ſupra meninges collectus penitus egrederetur. Foramina perterebrata non, vt ſolent, orbiculis ſtanneis, quippe quibus dura mater nigredine fuit affecta, occluſit; ſed orbiculos, ex ebore craſſitie cranii confectos, foraminibus adaptatos probeque politos, adhibuit: facta tandem rite deligatione res proſpere ſucceſſit. p. 549. Hoc exemplo Auctor demonſtratum fuit, non ſemper contingere debuiſſe

cranii aut futurae fracturam, ſi ſanguis ſubter calua riam, vel in iſto latere, in quo contuſio facta eſt, ve in oppoſito deliteſcens adſit. Inde concludit, locum quo continetur ſanguis, et quo fieri debet pertere bratio, admodum difficulter detegi poſſe, et ſaepiſſi me terebram non in loco laeſionis, ſed in parte pla ne oppoſita applicandam eſſe. Id, quod diuerſis caſibus oſtendit, quarum enarratione, breuitati gratia, in praeſens ſuperſedere lubet.

p.567. 22. 23) Poſtremum locum occupat diſſertatio-
p.579. num biga, *de optima, breuiſſima, tutiſſia et parum ſumtuoſa aggeres ruptos occupandi et aquam arcendi ratione;* quarum prior, auctore BARENTIO GOUDRIAAN a Societate Scient. Belgica praemio eſt ornata: huic iuncta eſt altera IOANNIS PIERLINCKII de eodem argumento diſſertatio. Vtraque inſignis vtilitatis cum ſit, neque tamen propter ſchemata ichnographica addita, in breuem ſummam contrahi intelligibili modo poſſit, liceat nobis cuiuslibet argumentum et expoſitionis rationem binis ſaltem verbis proponere. GOUDRIAANI ſcriptum duplices conſiderat aggeres, partim illos, qui in littore maris, ad cohibendas vndas exaeſtuantes, partim eos, qui iuxta fluuiorum ripas exſtruuntur. Is poſtremus modus rurſus duplex eſt; namque aggeres a fluminum ripis aut diſtant, et terram haben. praeiacentem, aut non diſtant. In iſto caſu, rupto per aquarum vim aggere, ducendus nouus eſt agger rotundus verſus fluuii ripam in terra praeiacente prominens et rupturam antrorſum occludens. Struitur agger, ſi lapides, terra, limus, ſtramina fixis palis coaceruantur, et vndis cohibendis opponuntur. In hoc caſu, nouum opus poſt aggerem, verſus terram continentem inferiorem exſtruitur ſimili, quo ante modo, figura nempe ſubrotunda, ex lapidibus, terra,

terra, ſtuppa, ſtramine, et fixis palis tergeminis, quorum ope ruptura retrorſum, ſiue a tergo, occluditur, et aquae vis irruentis arcetur. PIERLINGIUS in ſua tractatione conſiderat ea tantum chomata, eos aggeres, qui ad fluminis ripam, qua longe eſt, exſtruuntur, et terram nunc habent praecipitem, nunc ea deſtituti proxime, quam fieri poteſt, ad oram fluuii eriguntur.

44) Obſeruationes meteorologicae Suanoburgenſes annorum 1745-1759.

## XV.

Agriculturae fundamenta chemica, *Akerbrukets Chemiska Grunder*, Praeſide IOANNE GOTSCHALK WALLERIO, publice ventilanda exhibet *Guſtauus Adolphus Gyllenburg*, Comes. Vpſaliae 1761. 4. 1 Alph. 17½ pl.

Cum recte exiſtimet Cl. Auctor, culturam agrorum atque rem metallicam inter praecipua rei publicae fulcra referri poſſe; eaque ceteris mechanicis artibus vel ideo praeponenda eſſe, quod ſocietatis humanae commoda ac vtilitates plurimum quantum augent; in iis excolendis et perficiendis allaborare ſibi turpe neutiquam duxit. Omnem potius ſuam in rebus chemicis cognitionem, quam ſolidam ſatis ac vberrimam eſſe multis iam editis ſpecimínibus demonſtrauit, eo direxit, vt non ſolum in conficiendis pharmacis, iisque in varias medicamentum formas mutandis laboraret, ſed id quoque efficeret, vt, quantam in oeconomicis rebus praeſtet vtilitatem chemia, dilucide appareat. Verſatur ea, quae

quae oeconomiae inſeruit chemiae pars, vel circa *r*
*rurales* vel circa *res domeſticas*, hinc duo ejus en
ſcuntur capita, quorum illud in hac diſſertatione pe
tractandum ſumſit Cl. Auctor: et ita pertractau
omnino vt cuiusuis intelligentis plauſum mereatu
cum quaelibet accurate ac docte diſputata inueniat
tur. Cuilibet paginae adiunctus eſt textus ſuetic
conſcriptus, vt eo maior ſit huius tam vtilis libel
in patria ſua vtilitas. Abſoluitur tota tractatio oct
decim capitibus, quorum ſummam breuiſſime a
ducere operae pretium erit.

P. 7. Primum caput agit *de principio vegetabilium*. D
teguntur vegetabilium principia a chemico vel ſin
ignis auxilio, vel mediante ignis vi educuntur. Sin
igne prodeunt *olea vnctuoſa; ſalia eſſentialia; ſuc
mucilaginoſi, gummoſi, ſaponacei; reſinae, aereu
aliquod, ſpirituoſum*, quae quamquam non omni
ſimul cuiuis plantae inſunt, nullum tamen reperie
vegetabile quod non quasdam harum partium cor
ſtitutiuarum contineat. Ignis chemicus, ſub vari
gradu applicatus, ex iis *aquam; ſalia* vel *acida* vel *a
calina* vel *oleoſa*, vtplurimum fixa; *olea* tam *eſſentiali*
quam *empyreumatica; terram* aut *vitreſcibilem* a
*abſorbentem* vel et *calcaream* extorquet. Aquoſa
plantarum partes conueniunt cum aqua ſimpli
communi; ſapidae tamen interdum ſunt et odor
ferae a ſalium miſcela; et tantum non ſemper v
cum oleoſis vegetabilium gluten efformant: co
ſua vel maiori vel minori in qualibet planta varia
P. 10. Terra vitreſcens in farinaceis nutrientibus; abſo
bens in aromaticis medicinalibus; calcarea in dur
ribus lignis v. c. adeſt et vel putrefactione vel in
neratione obtinetur. Efficiunt hae terrarum diu
ſae ſpecies, quarum nullam in regno minerali inu
nies, omnem plantarum ſoliditatem ac conſiſte
tian

nam. Salia, quae ignis elicit, num vegetabilibus vere insint, an sint potius a vi ignis producta, dubium omnino est: illa vero, quae sine igne obtinentur, essentialia dicta, varium vsum praestant in vegetabilibus; multumque indole ac natura discrepant. In aliis enim acidum explicitum ac euolutum, in aliis occultum deprehenditur, vtrumque tamen ab isto mineralis regni acido differt. Interdum media haec salia sunt, neque tamen ab omnibus plantis in crystallorum forma obtineri possunt, vel ob olei nimiam abundantiam, vel ob aquae defectum. Olea vegetabilium essentialia, expressa, et empyreumatica componuntur ex materia inflammabili et terrestri mediante acido cum aqua combinatis. Mucilaginosum ac gummosum maxime sibi similia sunt, dentioris tantum consistentiae est gummosum ob minorem aquae copiam: vtraque in minerali regno non inueniuntur. Saponacea naturalia in aqua et vini spiritu solubilia ex nonnullis vegetabilibus obtinentur. Resinosae partes vel liquidae sunt et *balsamia* dicuntur, vel duriores, vti *resinae*, vel extensiles et tenaciores vti *cerae*; vel fragiliores vti *camphora*; vel butyraceae. Componuntur ex olei cum sale acido connubio. Aereum in plantis principium vel elasticum est vel ligatum, quod demum sub vegetabilis destructione per ignem et calorem separatur, et vel efferuescendo vel fermentationem excitando sese manifestat. Spirituosum, in qualibet fere plantarum specie diuersum, duplicis generis esse Noster asserit, vel enim grato vel ingrato odore pollet. Augetur vel imminuitur in plantis pro culturae differentia, multoque subtilius est eo, quod per fermentationem ex plantarum partibus obtinetur, et commode a BOERHAAVIO *spiritus rector* dicitur. Succi plantarum reliqui, cuiuscunque demum generis sunt, ex dictis hisce prin-

p. 22.

p. 23.

principiis miſcentur, ad quae igitur in omni veg tatione reſpiciendum eſt.

p. 34. Caput ſecundum explicat *vegetationis principia genere.* Definit Cl. Auctor vegetationem per *ſ ceſſuam plantae mutationem et creſcentiam, quae per citur motu humorum, quo particulae nutrientes vel terpoſitione quadam vel appoſitione vel utroque mo plantae extenſionem et augmentum promouent. Veg tabile* dicit *corpus organicum carens vi locomotiua, p poros aut vaſa in ſuperficie ſua externa poſita materie ſui nutrimenti ac incrementi hauriens.* Principia ve getationis non tantummodo nutritionis materiem praebent, ſed et interdum actiua nutritionis planta rum formant inſtrumenta. Ex his omnibus oſten dit: vegetabilia non poſſe ex alia materia nutriri, quam quae a plantis abſorberi poſſit, atque ideo ſit tenuiſſima, liquida ac in vapores ſoluta. Quatuor inde requirit ad vegetationem praeſtandam momen ta; 1) vt materia, a qua creſcunt plantae, vel iam ſit earum ſuccis analoga, vel certe, ſi nondum ho mogenea fuerit, in talem mixtionem mutari facile poſſit; hinc quaeuis terrae minerales, bitumina, ſulphur etc. plantis nutriendis prorſus inepta ſunt. 2) vt iſta homogenea materia ſoluatur et attenuetur; quod per aquam fit, quae ſalia ſoluit, et hac ratione in lixiuium mutata tam pinguedines quam olea ſibi iungit. 3) vt ſemina habeant diſpoſitionem aliquam ſeu habilitatem ad nutrimentum ſuſcipiendum: du plex ad hanc requirit formale principium, alterum intrinſecum in ipſa ſeminum natura, tam nutritiua quam multiplicatiua, conſiſtit, alterum extrinſecum ab aëre et calore dependet. 4) vt remoueantur impedimenta, quibus haec actiua principia debilitari vel minus efficacia reddi queant.

Caput

Caput tertium *de vi ſeminum intrinſeca multiplicatiua* agit. Duplex ineſt vis vegetabilibus: alia nutritionem, alia multiplicationem ſpectat. Cum non ſolum ſemine, ſed et gemma, ramulo, folio, radice, nodo propagari vegetabile poſſit, patet vim multiplicatiuam in tota fere planta deliteſcere. Partes ſeminis ſunt, membranae inuoluentes; lobi nutritiuam materiem continentes et germen plantam futuram ſiſtens. Ipſa virtus ſeminum multiplicatiua, niſi aer, calor et humiditas proportionata acceſſerit, quieſcit. In motum vero perductam eam conſiſtere putat in fermentatione quadam, *omnemque plantarum diuerſitatem a fermento, cuicunque ſemini ſpecifico ac proprio ſub plantae efflorescentia communicato dependere aſſerit*, et experimentis commonſtrare annititur. Solet haec naturalis fermentatio promoueri ac intendi ſeminum maturitate, calore requiſito, agri debita humiditate atque pinguedine, fermento debito: imminuitur e contrario, ſeminum immaturitate, frigore, defectu fermenti, ſeminum aetate, climatis mutatione. p. 48. p. 64.

Caput quartum. *De calore vegetationem promouente.* Sine calore nullas plantas vegetare experientia docet. Eſt vero calor, qui in vegetabilia agit, vel aereus, vel ex terra adſcendit. Vterque aut in plantas ipſas aut in terram, plantas continentem, aut denique in aerem, plantas ambientem, agit. Vt autem rite agere queat, neceſſe eſt, vt iuſtus eius gradus adſit, tantus nimirum, vt corticem penetrare et ad medullam vsque ſerpere poſſit. Nocet vero calor, vel nimis vehemens fuerit, vt materia nutrimenti nimium diſſipetur, valaque exſiccentur; vel ſi prorſus deficiat, vt ſuccorum motus ceſſet ac ſupprimatur. Videtur Noſtro ipſe hic calor illud eſſe, quod a variis philoſophis ſpiritus mundi appellatum fuit. p. 72.

Caput

p. 84. Caput quintum. *De aere vegetationem promouente.* Aer ad vegetationem multum confert, siue eum *abſtracte*, siue *compoſite* conſideraueris. Abſtracte vel vt aether elaſticus, ob vim ſuam rarefacientem et condenſantem, omnem liquidorum in plantis motum, et ipſam fermentationem praeſtat. Compoſite ſiue vt atmoſphaera ſolet, ob particularum aquearum, inflammabilium, oleoſarum, ſalinarum quae partim e terra exhalant, partim in ipſo aere generantur, miſcelam tam actiue quam materialiter in vegetabilia agere. Occultus ergo vitae cibus merito appellatur, et germinationem duplici modo promouet; cum vel immediate in corpus vegetabile per vaſa inhalantia reſorbeatur, vel terrae ſeſe inſinuans eandem fecundet. Variant vero aeris conditiones *climate; loci altitudinis ratione ſupra lineam horizontalem aquae marinae; ratione diſtantiae ab aqua marina, aliisue aquis, vel a ſyluis ac terra inculta; ratione indolis fundi vel ipſius terrae; ratione mutationum et circumſtantiarum accidentalium.*

p. 110. Caput ſextum. *De aqua vegetationem promouente.* Magna ſemper inter phyſicos lis fuit, vtrum aqua vt alimentum, an potius vt vehiculum alimenti, incrementum plantarum promoueat; hinc recenſet Noſter experimenta, quae tam cum terris, quam cum aquis ſolis inſtituta ſumma cum cura fuere: ex quibus omnibus inter ſe comparatis concludit, magnam partem aquae reſorptae in plantarum cellulis remanere iisque nutrimentum praebere, quamquam certum ſit, maximam aquae partem in alios vſus a plantis forberi. Agit vero aqua vel in vegetabilia ipſa materialiter quam inſtrumentaliter; vel in terram, quam porоſam reddit ac humidam, ſimulque linum, quo imbuta eſt, principium ſoluit, quo mediante aqua cum oleoſis particulis combinari pote-

Vt vero hos effectus praestare possit, opus est, vt attenuata et in vapores resoluta sit aqua, et vt calore naturali temperata in iusta copia adsit: nocet enim vario modo tam nimia aquarum abundantia, quam earum defectus.

Caput septimum. *De terra vegetationem promouente.* Terra mineralis vegetabilibus nutriendis prorsus inepta est, quicquid etiam contra monuerit Cl. DU HAMEL DU MONCEAU, sed fulcit ea tantum plantas, vt VERULAMIUS asserit. Potest tamen ob diuersam suam indolem multum ad vegetationem conferre; pro qua quidem varia natura Noster terram in *fortem* ac *debilem*, in *fertilem* ac *sterilem* distinguit. Terra fortis tam profunditate quam tenacitate sua diutius retinet pingue nutriens, aerisque iniuriis fortius resistit, quam debilis. *Fertilis terra iusta ac naturae singulorum vegetabilium conuenienti gaudet principiorum nutrientium copia et proportione: sterilis autem pauciſſimas vel nullas continet particulas nutrientes admixtas.* Vt ergo harum terrarum indoles melius cognosci ac perspici queat, singulas earum species describere tentat. p. 134.

Caput octauum. *De humo vegetationem promouente.* Humus in superficie telluris expansa, colore vt plurimum nigricante, aqua adfusa expanditur ac spongiosa redditur, exsiccata puluerulenta fit. Aquam facile vel transcolatione vel euaporatione dimittit. Elixiuiatione et destillatione eam examinauit Auctor, et licet magna vnguinosum in eadem modo ac KÜLBELIUS, inuenerit, hoc tamen ob suam crassitiem vegetabilium poros intrare posse cum Cl. LUDWIGIO nostro negat: largitur tamen ei inesse pingue quoddam, quod facile in aqua solui et in plantarum vascula suscipi queat. Salinum in p. 140.

humo latens non vnius eiusdemque naturae eſt, ſed mox alcalinae, mox mediae indolis deprehenditur. Mutatur humus pro caloris atmoſphaerici ratione ac pro humidiorum locorum vicinia diuerſimode, vt interdum diſſipato ſuo pingui principio puluis terreſtris prorſus ſterilis fiat; nunquam tamen, vt abſonè quidam contendunt, in argillam commutatur. Ad vegetarionem confert tam materialiter quam inſtrumentaliter: attrahit nempe pinguedinem ex aere eamque ſimul cum ſalino ſuo principio ſubminiſtrat plantis, cumque poroſa ſit, aerem ad germina radicesue plantarum admittit; atque denique cultura facile ſubigi et praeparari poteſt. Poterit vero, quamuis pura ſit, multis laborare incommodis vegetatique plantarum officere; nimis enim cito in ficcioribus annis ac locis ſoluta euadit; nec plantarum firmitatem, ob nimiam ſuam elaſticam vim iuuat; hyeme in cohaerentem maſſam non conglaciatur, ſed in minores moleculas, frigus hibernum ad radiculas denudatas facile admittentes, cogitur; facileque in ſterilem terram mutatur. Hinc puriſſimam humum plura in hortis, quam agris, praeſtare commoda, iuſtoptimo Noſter contra eos monet, qui nullam nihumum vegetabilem culturae plantarum aptam ceſent terrarum ſpeciem.

p.152. Caput nonum. *De argilla ad fertilitatem conti buente.* *Argilla* eſt *terra tenax, tactu pinguis, h mectata digitis adhaerens, ſpiſſa ac denſa, minutiſſim partibus conſtans.* Raro pura in telluris ſuperfic reperitur, ſed mixta ſemper vel cum humo, vel cu arena, vel cum aliis ſpeciebus terrarum. Aquam trahit, colligit ac diu retinet; igne vero, ſiue ae calido, exſiccatur et indureſcit. Per elixiuiatione nihil inde ſeparari poteſt ſalis, niſi pauxillum qupiam, quod accidentaliter ipſi immiſtum eſt. Deſ

l

lata exhibet phlegma diuerſae indolis, et exiguam ſalis volatilis copiam. Nihil vnguinoſi ſ. pinguis inde educi vlla arte poteſt, hinc gluten quoddam in ipſa deliteſcens vix adſumendum putat. Quum calore indureſcat, nec per acida fortiſſima licet applicata ſoluatur, vix ſolubilitas eius concipi mente poterit: hinc materialiter ad fertilitatem nihil confert. Inſtrumentaliter vero valdopere eam multis nominibus promouere experientia docet. Aquam enim ac pingue aereum ſuſcipit ac diu retinet; rimas atque fiſſuras agens aeri ad radices aditum concedit; admixtam humum compingit; frigus hibernum abigit; et in ſtatu eodem absque vlla ſuae naturae mutatione permanet. Nocet autem vegetationi lentore ac tenacitate nimia; duritie, quam exſiccata ſuſcipit; rimis ac fiſſuris, quae aeſtate euaporationi nimiae, hyeme frigoris ad radices acceſſui, fatent; ſimulque cultura argilloſae terrae omnium eſt difficillima: hinc in pura argilla nulla vegetatio. Prae aliis illa argillae ſpecies, quae *fermentans* appellatur (Brauſe-Erde) minus agriculturae eſt idonea, cum aqua in ea aceſcat.

Caput decimum. *De terra cretaria et calce ad fertilitatem contribuente.* Rarior occurrit cretacea ſ. calcarea terra in ſeptentrionalibus regionibus, hinc Noſtro de eius virtute ſoecundante per experientiam nihil fere conſtat. Adfert tamen quaedam ex chemica calcis diſquiſitione petita argumenta atque inde efficias coniecturas. Creta et calx auidiſſime abſorbent aquam, quae inde aliquid ſibi iungit ſalini, atque ideo apta fit pinguibus oleoſiſque particulis ſoluendis. Aqua ſuper calcem cretamue deſtillata alcalinam indolem aſſumit; licet ſicca deſtillatio ex calce nihil, e creta pauxillum ſalis volatilis eliciat. Cum acidis efferuescunt vtraque, et tum, ſi euapu- p. 164.

 rant,

rant, insipidam massam deliquescentem relinquunt. Pinguedines auide in se suscipiunt, quanquam ipsa nihil oleosi continent. Calx cum argilla et arena indurescit, coagulatur quoque, si vnguinosas gelatinosasue particulas attraxit. Vegetabilium nutritioni ergo materialiter prodesse nequit; instrumentaliter autem ipsi omnino inseruit, humidum ex aere attrahendo; calorem agrorum augendo; aquas ac pinguedines soluendo, ac accedente calore in vapores diuidendo; acidum quorundam agrorum absorbendo et immutando. Noxa, quam adfert agris terra calcarea, enascitur vel ex eo, quod nimium calorem in agris excitat; vel quod euaporationi humidi principii nimis fauet; vel quod inuolucris seminum adhaerens poros fugentes obstipat; vel quod pinguedinem agri nimium soluit ac destruit; hinc per se nunquam fertilem agrum constituit, quanquam optime conducat plantarum vegetationi, si vel iusta copia cum ceteris terrarum speciebus misceatur, vel lixiuio ex calce parato agri irrorentur. Semper tamen caute cum ea erit mercandum.

p. 176. Caput vndecimum. *De marga ad fertilitatem conferente.* *Marga* Nostro *est terra ab argillacea et calcarea quasi composita.* In eo tamen consentire cum Cl. Auctore non possumus, quod asserat, eiusmodi terrarum miscelam vix in telluris superficie reperiri, cum in nostris regionibus haud adeo raro occurrat, summam crustam agrorum constituens, quanquam in lapideam massam non concreta, sed terrestrem faciem offerens. Aquae immissa dehiscit, et sub aere, durissima licet effossa sit, in puluerem fatiscit. Nec salini nec oleosi quicquam extractione a marga obtinere potuit; nec ex particula eius destillatione subiecta aliquid prodiit. Licet cum acidis effervescat, plenarie tamen ab iis non soluitur. Pingu-

din

dines ſoluit, hinc eius teneriores ſpecies a fullonibus vſurpantur. Vtilis ergo in fecundatione agrorum eſt marga, quanquam non materialiter, cum pingue nihil, nihilque ſalis contineat; inſtrumentaliter tamen, attrahendo humidum; reſorbendo acidum; ſoluendo pingue; tollendo tenacitatem; conciliando agris arenariis nimis ſolutis conſiſtentiam ac ſoliditatem. Nocet vero agris et diuturnitate et abundantia, eum ob alcalinam indolem nimium exſiccet; pinguedinem agri celeriter exhauriat; agrum argillaceum nimis reſoluat. Quo vero plus vel minus calcareae terrae ipſi eſt immixtum, eo plura quoque vel minora inde metuenda ſunt incommoda.

Caput duodecimum, *De terra arenacea et glarioſa ad foecundationem conferente.* Glarea et arena, ſiue humidae ſiue ſiccae fuerint, nulla gaudent partium ſuarum cohaeſione, cum ex minoribus lapillulis vel puluere lapideo conſtent. Omnem eludunt menſtruorum quorumlibet vim, cum ſint eorum partes vitreſcibiles. Itaque nec materialiter nec per ſe inſtrumentaliter vegetationi profunt. Poſſunt tamen, ſi aliis terrarum ſpeciebus miſceantur eo, quod harum nimiam tenacitatem corrigunt, vti fit in argillaceis, vel nimiam poroſitatem, vti in turfis, tollunt iisque maiorem denſitatem conciliant, haud raro ſumma cum vtilitate ad agrorum emendationem adhiberi. Nec iis aſſentiendum eſſe recte monet, qui a filicum lapillulorumque in agris praeſentia vtilitatem vel ideo expectant, quoniam ſale quodam eos imbutos putant; quanquam forſan aliud in agris praeſtare commodum poſſe ipſi videantur, quod nimirum vmbra ſua a nimio calore defendant plantarum radiculas. Cum vero nimium calefaciant glarea atque arena, nimiſque ſolubiles ſint, et ob partium ſuarum duritiem nihil pingue ac p. 184.

humidum attrahant, vegetationem omnino impe diunt. Haec omnia, quae de terrarum indole nun Noſter propoſuit, tantum de ſuperiori telluris ſtrati ſeu cortice intelligi vult; monet tamen, in quaui agrorum diſquiſitione ac diiudicatione neceſſe eſſe vt ſtratorum ſubiacentium ſimul habeatur ratio.

p. 190. Caput decimum tertium. *De ſale vegetationem promouente.* Magna inde ab omni fere aeuo tribut fuit vis ac efficacia ad vegetationem promouendam ſalibus cuiusuis generis. Falluntur tamen ii, qui ti le quid ſibi perſuadent, vti Noſter multis, quas ac fert, rationibus commotus afferit. Contraria no ſolum huic opinioni ſunt KRAFTII, BONETI, AI STONII experimenta, ſed et ipſa vegetabilium ii doles, cum, pauciſſima ſi exceperis, nulla ipſis inſit mineralia ſalia. Salium inſuper mineralium indi randi ſemina vegetabilia facultas; frigiditas, quae media ſalia aquae conciliant, aliaque plura hanc d ctam hypotheſin prorſus labefactant. His peract conſiderat ſalia quaeuis acida, alcalina, media, qui foecundationi apta dicta fuerunt, eorumque effectu in corpora vegetabilia recenſet; praecipue de nit energia eo prolixius agit, quo ſpecioſius ac praecl rius de ſummo eius hac in re vſu a permultis fu diſputatum. Concludit tandem omnibus his ri penſitatis: *nullum in nutritione vegetabilium locum h bere ſalia mineralia, nullum terras minerales.*

p. 213. Caput decimum quartum. *De vi ſeminum mul plicatiua arte promouenda.* Cum igitur nunc exp fuerit, quid natura ipſa valeat in vegetatione pr ſtanda, nunc ad artis varia adminicula accedit. I ſpicit igitur primo loco ad ſemina, et in hoc cap definire tentat, an ars poſſit ſemina eo diſponere, vel citius vel laetius vegetare ac ſeſe multiplic quea

queant. Triplici modo ad hunc ſcopum pertingere allaborarunt auctores: vel *per plantationem in ſeminario huic fini deſtinato;* vel *per fecundationem immerſuam;* vel denique *fumigatione* aut *pulueris cuiusdam adſperſione.* De quibus omnibus methodis docte ſatis ac accurate exponit, rationes, cur, et modos, quomodo quaelibet inſtituatur, candide tradit, et ex veris chemiae principiis demonſtrat, vix poſſe artem quicquam praeſtare in ſeminibus ita mutandis, vt vis eorum multiplicatiua augeatur, vel certo per omne vegetationis ſtadium conſeruetur.

Caput decimum quintum. *De pinguefactione agri.* p. 252. Maiorem omnino artis vſum in agro mutando ac emendando eſſe, quam in ſeminibus perficiendis, clare docet. Intelligit ſub pinguefactionis nomine eam operationem, qua agri iis refarciuntur materiis, a quibus vegetabilia ſufficiens habere poſſunt nutrimentum. Optimae igitur ad hunc ſcopum materiae eae ſunt cenſendae, quae attenuatum et in vapores reſolutum pingue ac humidum continent. Agrorum vero pinguedines vel ex aere adducuntur, quas ſupra iam cap. V. tractauit, vel ex tribus naturae regnis petuntur. Minerales ob heterogeneam ſuam indolem, quae prorſus ab ea vegetabilium abhorrere videtur, cap. I. iam reiecit, hinc vegetabilia tantum et animalia pingue nutriens plantis ſuppeditare poſſunt. Recenſet ergo praecipuas qualitates, quas poſſidere debeat illa materia, qua vti ad pinguefactionem agrorum ruricolae poſſint, et tandem omnes huc vsque pro hoc ſcopo vſitatas examinat: fimum, vegetabilia tam recentia, vti folia pini, arborum cortices, raſpaturam lignorum cet, quam deſtructa, vt humum, turfam, fuliginem, carbonum puluerem. Controuerſiam mouet Cl. DU HAMEL DU MONCIAU, qui falſa ſua hypotheſi, qua terram verum

esse vegetabilium materiale alimentum, sibi persuadet, seductus, varia de pinguefactione protulgauit argumenta, quae Nostro plane non arrident. Tempus, quo agri opimandi sint, non adeo facile determinari potest; cum tamen necesse sit, vt ager sit siccus et aridus, fimus aequabiliter in agro dispergatur et aratro cum terra rite misceatur, autumnale tempus optimum Nostro videtur. Potest tamen et nimii fimi quantitas nocere, si ager nimis calidus aut nimis fortis fuerit. Generaliores subiungit tandem regulas, quas obseruare debent in pinguefactione instituenda agricolae, pro diuersitate agrorum.

p. 274. Caput decimum sextum. *De mixturis terrarum* Non tantum fimus admixtus agrum fertiliorem reddit, sed possumus quoque sterilitati mederi ea ratione, quod varias terrarum species sibi inuicem misceamus, quae, licet per se steriliſſimae fuerint, vegetationi tamen prodesse possint, sibi inuicem iunctae. Vt enim vegetabilia crescant, solubilis terra sit ex triplici ratione necesse est, 1) vt radices facile ac sine resistentia sese extendere possint, 2) vt aer accedere ad radices queat, 3) vt materia nutriens cuilibet radicis puncto admoueri possit. Nec tamen proficua est terra nimis soluta, quae debilis est et aeris iniuriis admodum patula. In mixtura igitur terrarum id efficiamus necesse est, vt nimis tenax terra magis solubilis, nimis soluta vero magis tenax reddatur. Pro cuiusuis ergo terrae supra descriptae indole ac natura facillimo negotio apta talis commixtio variarum specierum instituì poterit. Triplicem vero addit modum, quo perfici talis misceri soleat, alii enim terram e loco suo natali in agrum mutandum transferunt, alii eam prius fimo commiscent, alii apricatione cum superiori strato subigunt. Adfert hic loci eam auctorum disceptatio-

ne

nem, quam de virginea terra ſiue ea, quae nunquam antea culta fuit, oeconomi inſtituunt, cum alii eam fertilem alii ſterilem dicant, quilibet ſuis argumentis vti. Monet vero Noſter, nec abſolute ſterilem nec fertilem eſſe eam habendam, cum ſola eius indoles ac profunditas has qualitates determinet.

Caput decimum ſeptimum. *De aratione, ſeminatione et agri cultura.* Magnum omnino eſſe vim aeris in fecundatione agrorum producenda, ſupra iam monitum fuit, hinc in agrorum cultu ad id prae aliis reſpiciendum eſt, vt liberior aeri ad terram aditus concedatur. Eſt vero et alius arationis finis, vt nimirum euulſis graminum radiculis terra magis fiat ſoluta. Addit arationis, pro qualibet diuerſa agri ſpecie diuerſam neceſſitatem et methodum, ipſa vero mechanica inſtrumenta, quibus aratio perfici ſolet, non deſcribit. Tempus arationi maxime aptum cenſet illud, in quo maxime terra agri diuiſibilis eſt. Profunditas arationis radicum extenſioni ſit accommodata. p. 290.

Semina ob quatuor cauſas terra ſunt obtegenda 1) vt ab auibus inſectisue defendantur, 2) vt ab aeris iniuriis protegantur, 3) vt loco magis clauſo germinare poſſint, 4) vt noui, iuxta WOLFII experimenta, radices agere queant: hinc pro diuerſa ſua natura plus minus profunde ſeminanda ſunt. Quantitas ſerendorum ſeminum a macilenta pinguioris dei agri indole dependet. Tempus vel autumnale vel vernale optimum eſt. Si foliola iam protrudunt plantulae, tunc ceſſat cauſa, quae terrae ſolubilitatem requirebat; hinc in quibusdam locis ſolent tunc temporis comprimere agrum ac aequabilem reddere.

Caput decimum octauum. *De incommodis nonnullis ab agro auertendis.* Sunt ex incommodis, quae

plantarum nutritionem retardare et ſupprimere ſ
lent, praecipua *ſylua, aqua, nix, ſaxa* et *lapides*, v
*riaque animalia*, ad quae tamen remouenda ac abige
da vix aliquid chemia confert; ſed artes variae m
chanicae iis tollendis ſufficiunt: hinc in eorum d
ſcriptione breuiſſimus eſt Cl. WALLERIUS, quasda
tantum generaliores regulas commendans, quibu
hic dictus ſcopus attingi poſſit.

## XVI.

ANTONII GOUAN, M. D. Reg. Societ. Scient
Monſpel. Soc. Hortus regius Monſpelienſi
ſiſtens plantas tum indigenas, tum exoticas N
MMCC, ad genera relatas, cum nominibu
ſpecificis, ſynonymis ſelectis, nominibus
triuialibus, habitationibus indigenarum, ho
ſpitiis exoticarum, ſecundum ſexualem me
thodum digeſtas, in gratiam philiatrorum
Monſpelienſium. Lugduni, ſumpt. Fra
trum de Tournes, 1762. 8 mai. Alph. 1.
pl. ½. tab. aen. 7.

In deſcribendis Faunae Monſpeliacae animalibus, ac
ARTEDI Ichtiologia emendanda dudum occu
patus Cl. Auctor, nunc florae potiores curas tribuit,
plantasque in horto et agro Monſpelienſi cultas,
creſcentesque methodo Linnaeana diſpoſitas, euul
gauit. Non autem ſimplicem nudamque nominum
recenſionem exhibuit, nec ea tantum, quae a flori
ſtis poſtulamus, egregie praeſtitit, ſed et plurima
noua propoſuit, et ita rem herbariam illuſtrauit, lo
cupletauitque. Genera inferiora, a LINNAEO
ſtabilita, retinuit, eorumque definitiones compen
dii cauſa citauit, non vero repetit, eosdemque im
muta-

mutatas fere vbique propoſuit. In nonnullis tamen, ratione calicis inprimis, characterem primarium emendauit. Ita *Anchuſae* folium calicis vnum caeteris ſublongius; *Cerinthe* foliolum vnum calicis caeteris breuius anguſtius, alterum longius, latiusque; *Nicotianae* laciniam vnam ſaepius longiorem; *Geranio* foliola calicis duo anguſtiora tribuit. *Polemonio* filamenta duo longiora, tria breuiora; et in *Narciſſo* ſtamina tria longiora, tria breuiora; tubum notauit. An tubus huius floris ad corollam pertineat, vel nectarium ſit, dubium quidem Cl. Auctori videtur, et dum lineae ſupra petala excurrentes pari paſſu in tubum deſcendant, ad corollam potius pertinere credit. Dum vero illi characteres eſſentiales vel primarii dicti, a calice, corolla, ſtamine, piſtillo, ac fructu deſumti fuerint, reliquae autem plantae partes non omitti prorſus deberant, primario characteri ſecundarium, quidem radicatio, caulescentia, foliatio, inflorescentia et foliatio ſuppeditant, vbique adpoſuit et deſcripſit. Quibus et placentatio addi debuiſſet, aſt cum citra hanc rem ſufficientes obſeruationes nondum inſtituere potuerit Cl. Auctor, eandem ſtudio omiſit. Immo de notatis characteribus ipſe munitum adiecit, ſcripſitque: *Secundarios omnibus generis cuiusque ſpeciebus communes proferre vehementer optaſſemus, ob-ſunt plantarum plurium, cognitarum quidem, aſt in horto regio nondum hoſpitantium defectus. Characteres igitur iuxta ſpecies a nobis emendatas dirigere coactus fuimus.* Attamen praeſtantiam electorum characterum quilibet facile inueniet, et vel ex nonnullis ſpecimínibus patebit.

p. 81.
p. 83.
p. 105.
p. 338.
p. 95.
p. 163.

Canna. *Radicatio* bulbiformis carnoſa nodoſa horizontalis. *Caulescentia* culmoſa ſolida folioſa ſimplex. *Foliatio* ſimplex alterna vaginans integerrima.

p. 1.

rima. *Floreſcentia* ſubſpicata terminalis ſimplex li-
liacea. *Fulcratio* nulla.

p. 171. Salvia. *Rad.* ramoſa. *Caul.* herbacea, ramoſa,
reticulata, tetragona. *Fol.* oppoſita ſimplex, inte-
gra vel inciſa, inferior petiolata, ſuperior ſeſſilis.
*Flor.* verticillata terminalis. *Fulcr.* bracteae ad baſin
verticillorum.

p. 176. Convallaria. *Rad.* horizontalis nodoſa. *Caul.*
ſcapoſa vel folioſa. *Fol.* ſimplex integerrima, nunc
ſeſſilis radicalis, baſi anguſtata vaginans, nunc cau-
lina ſemiamplexicaulis vel petiolata, alterna aut ver-
ticillata. *Flor.* nunc terminalis racemoſa, nunc axil-
laris pedunculis vni vel multifloris. *Fulc.* bracteae
(in racemoſis) minimae (in axillaribus), nullae.

p. 412. Hieracium. *Rad.* fuſiformis vel ramoſa, inte-
gerrima vel praemorſa, perpendicularis vel hori-
zontalis ſtoloniſera. *Caul.* nunc ſcapoſa, vniflora
vel multiflora, nunc folioſa herbacea ramoſa. *Fol.*
ſimplex integerrima vel integra vel inciſa petiolata
vel ſeſſilis, radicalis vel caulina. *Flor.* pedunculata,
pedunculis vniforis multiflorisque radicalis aut
caulina. *Fulcr.* nulla.

Et in cryptogamia imprimis filicibus ac fun-
gis florum fructuumque ſitum, quem pro nota
eſſentiali generica habuerant botanici, Cl. Au-
ctor vt ſecundarium tantum aſſumſit, et hinc vbi-
que characterem primarium, tanquam incognitum
omiſit, et ſecundarium modo notauit. Ita Pteri-

p. 525. charact. fecund. *Rad.* carnoſa nodoſa horizontalis
ſtoloniſera. *Caul.* nulla. *Fol.* radicalis petiolata
frondoſa ſubtripinnata. *Flor.* epiphylla ſeſſilis: fru-
ctificationibus in lineis marginalibus. LINN. ſyſt.

p. 585. natur. 1038. *Fulcr.* nulla; et Agaricus char. ſe-
cundi. *Rad.* ſubbulboſa. *Caul.* rarius nulla; ſim-
pliciſſima nuda vel volvata: pileus terminalis ſubtus
lamel

lamellosus orbiculatus vel dimidiatus LINN. syst. nat. 1074. *Fol. - Flor. - Fulcr.* - Monuitque hac occasione obscurum et ignotum esse volvae vsum, forte fulcrum inuoluerisorme.

Generibus suas subiunxit species. Et plures in agro Monspesulano ab aliis botanicis nondum detectas, nonnullas quoque tum indigenas, tum exoticas LINNAEO ignotas, Cl. Auctor hic enumerauit. Plurimis breuem descriptionem totius plantae adposuit, omnibus vero aptissima nomina impossuit; gallica et vernacula nomina quoque notauit, synonyma a JAUHINIS, TOURNEFORTIO, MAGNOLIO, SEGUIERIO, et SAUVAGESIO desumsit; et specifica atque trivialia a LINNAEO tradita plerumque retinuit, quandoque vero mutauit. *Boerhauia, caule scandente* LINN. *Boerhauia floribus umbellatis seminibus subfiformibus truncatis, apice tuberculatis.* Et *Boerhauia caule erecto* LINN. *Boerhauia floribus paniculatis, seminibus pentagonis truncatis.* p. 1. *Gratiola* (offic.) *foliis* p. 13. *ouato-lanceolatis superne serratis, bracteis geminis linearibus, calice longioribus.* *Lycopus* (paluſtr.) *fol.* p. 15. *ouato-sessilibus, basi sinuato-pinnatifidis, superne serratis.* *Monarda* (fistulosa) *verticillis capitatis subsolitariis terminalibus, fol ouatis sessilibus.* p. 16. *Heliotropium* (Europaeum) *fol. ouatis petiolatis, caule erecto;* p. 78. et (Curassauicum) *fol. spathulatis sessilibus, dicitur.* Omnibus Teucrii speciebus, quarum quatuordecim adduxit, noua impossuit specifica nomina. p. 269.

Etiam vbi vna modo species genus constituit, specifica saepe dedit nomina. Ita *Cneorum fol. oblongis sessilibus integerrimis, pedunculis solitariis vniflo-* p. 23. *ris.* *Melothria fol. cordatis palmato-angulatis petiolatis, pedunculis axillaribus vniflo-* p. 24. *ris.* *Parnassia, fol.* p. 156. *omnibus cordatis.* *Tradescantia; bracteis umbella longioribus, pedunculis apice intrassatis,* p. 162. nominatur. Tandem et habi-

habitationes indigenarum, et hoſpitia exoticarum
aſſignauit, durationis etiam et florendi tempus ſolli
cite annotauit. Iconum tabulae accedere ſeptem
quarum quatuor ex LINNAEI horto Cliffort. mu
tuatae ea repraeſentant, quae ad radicum, fulcrorum
foliorum, et ſ. p. varium externum habitum, figu
ram et florendi modum pertinent, quae omnia i
addita explicatione dilucide et copioſe declarantur
reliquae quatuor ſiſtunt plantas. Sunt illae *Agroſti*
*ventricoſa*. *Feſtuca ciliata*. *Cardamine lunaria*; e
*Atropa humifuſa*; quarum deſcriptiones repetere nolu
mus, potius nonnullas ex omni opere commemora
mus obſeruationes, botanicis, vt certo ſperamus
p. 112. haud ingratas. Alaterno, quam inter Rhamno
inermes recenſuit LINNAEUS, ſpinas duas aequales
minimas nigras, vtrinque ad latus foliorum erectas
autumno deciduas tribuit, nomenque hinc eidem
dedit: *Rhamnus ſpinis geminis deciduis, foliis lanceolati*
p. 27. *ſerrato-ſpinoſis*. In generibus Schoeni, Cyperi e
Scirpi, foliola floralia, quae inuolucra Ill. LINNAEI
dicuntur, non pro calice communi, ſed pro genui
na fulcratione haberi debent, et bracteārum nomin
inſignienda. Idem intelligendum de generibus gra
minum, quibus LINNAEUS inuolucra, Cl. Au
p. 116. ctor vero bracteas pariter tribuit. Achyranthem, e
p. 117. Celoſiam multum affinia genera eſſe, ſolo character
capſularum, ſeu numero ſeminum diuerſa affirma
uit, et Celoſiae bracteas coloratas tres, circa cali
cem coloratum pentaphyllum, nullam autem co
p. 3. rollam attribuit. Hippuridis articuli digito com
preſſi, cum ſtrepitu diſſiliunt, eademque nota al
p. 164. equiſetis facile dignoſcitur. Pancratii germina
omnia in medio ſpathae ſeſſilia, florumque tubi lon
giſſimi, diſtinctionis notam manifeſtam praebent
p. 339. Geraniorum ſpecies a ſitu pedunculorum et folio
rum potius, quam a numero ſtaminum fertilium
ſteri-

ſteriliumue determinantur. Bufonia ſtaminibus p. 59.
duobus vel tribus, totidemque piſtillis variare ſoleti
In Aſaro Europaeo, abſoluta floreſcentia, foliorum p. 226.
petioli elongantur, pedunculi autem recuruantur nec
longiores euadunt Myoſurus floribus dodecandriis p. 161.
ludit, inſimulque Cl. Auctor hic monuit: caue ne
receptaculum elongatum pro ſpicula ſumas. Lilium p. 170.
Chalcedonicum, caule vnifloro, foliorum margine
ſubcartilagineo albicante, petalorum vnguibus val-
de piloſis, foliisque ſummis ſubuerticillatis obſerua-
uit, et in Martagone notauit, bracteas geminas ad
baſin cuiuslibet pedunculi, altera minore; eo ſem-
per ordine, vt in inferioribus floribus bractea ma-
ior ad ſiniſtram, in ſuperioribus vero ad dextram
pedicelli fuerint poſita. Liguſtrum, ſemper virens p. 6.
arbuſcula, et Borrago offic. perennis dicitur planta. p. 84.
Leonurus phoeniceus, bis flores in anno, vere et p. 286.
autumno gerit, Carduus benedictus raro, et ſpe- p. 424.
cies Campanulae omnes, excepto Speculo et Eri- p. 99.
no, nunquam ſemina matura proferunt, quod eo
magis mirum, cum Pyramidalis in hybernaculo, aliae
in frigidario conſeruentur, quae apud nos ſub dio
vegetant, et copioſe ac perfecte fructificant.

## XVII.

DAN. WILH. TRILLERI Diſſ. inaug. de morte ſubita ex nimio violarum odore oborta. Reſp. *Petr. Renſch*, Budiſſ. Luſat. Witteb. 1762. pl. 7. 4to.

Virgo nobilis, XVII annos nata, patinam violis, quas amabat maxime, recenter decerptis, refertam ſuo anguſto cubiculo inferens et poſt coenam in lectulum ſeſe reponens, clauſis feneſtris et oſtio cubi-

etiam ruſticis accidiſſe, quos fimo equino refocill
tos eſſe, et piſcatorem, poſtquam limo et alga i
tectus fuit, recreatum fuiſſe, narrat. Ad ſuaue
p. 33. lentia reuertitur: caryophyllorum odores tres e
tinxiſſe homines, ex MERCKLINO allegat, ip
que accidiſſe refert Cl. Auctor, vt Amſtelodami S
cietatis Indiae orientalis penuarium aromatis refe
tum ingrediens, effluuiis caryophyllorum et cub
harum, ſubito vertigine ſenſuumque ſtupore refe
tus ſit, et concidiſſet, niſi ſtatim in aerem puri
rem regreſſus fuiſſet. Camphoram, crocum, m
ſchum, ambram et zibethum hue refert, et int
indigenas Europae plantas plures, earumque noxa
varlis ex ſcriptoribus collectam adfert. Nociua
vim ſulphuri cuidam narcotico, vaporoſo, ſubtil
ſimo, quod praeter ſalem acrem volatilem, oleo
aromaticum, experimentis inſtitutis comprobaru
chemici, tribuit, et ſatis amplum catalogum mo
borum, ab iſtis ſulphureis narcoticis effluuiis oriu
dorum addit. Roſarum et violarum inprimis od
rem, aliis ex nimia odorum copia, aliis ex idioſy
craſia, immo ipſis ſcarabaeis quibusdam exitioſu
fuiſſe, vlterius declarat, atque ſuaueolentib
praeferre videtur grauеolentia, ſiquidem haec n
lis, a bene odoratis exortis, optime mederentu

## XVIII.

## Noua phyſico-medica.

Imperialis Scientiarum Academia *Petropolitana*
ſingulari, quo gauiſa fuit nuperrime, publicoq
honoris documento ſibi congratulandi habuit occa
nem. Auguſtiſſima enim Imperatrix, quae nu
imperii Ruſſici ſummam tenet, CATHARINA hu
nominis ſecunda, die iulii ſecundo, anni huius 17

in publicum Ill. Academiae conuentum ſeſe conferre, eique per aliquot horas intereſſe, neque ſolum varias, quae fiebant, praelectiones audire, ſed de non nullis etiam inſtrumentis nouis, experimentisque phyſicis ipſa quaeſtiones mouere haud dedignata fuit, nullumque erga Academiam clementiae ſuae pignus atque indicium ſe vmquam omiſſuram eſſe ſpopondit. Quo rarior huc vsque talis, honos fuit Academiae; poſt annum enim huius ſeculi viceſimum ſextum, quippe quo inaugurata fuit Academia, praeſente CATHARINA, huius nominis Imperatrice prima, ne vna quidem vice denuo illa fruita fuerat hac gratia; eo maiores inde fructus in rerum ſuarum omniumque litterarum augmentum redundatum iri exiſtimat ſperatque Illuſtris Academia.

Quum Regia Chirurgiae Academia *Pariſienſis* praemium conſuetum ſuperiore anno 1762 decernendi caruerit opportunitate, idem nunc duplicatum anno 1764 optime merenti ſe daturam eſſe, publice declarauit. Quaeſtio eruditorum inueſtigationi oblata manere debet eadem, quae a nobis iam ſuo tempore *) commemorata fuit: vt nimirum determinetur modus, quo aperiri abſceſſus et ex artis legibus, pro diuerſis corporis partibus, curari debeant: *Déterminer la maniere d' ouvrir les Abcès et leur traitement methodique ſuivant les differentes parties du corps.* Iis, qui ſuper hoc argumento conſcriptos iam miſerunt ad Academiam commentarios, hos nunc correctos denuo ipſi tradere licebit. Ex quatuordecim quidem diſſertationibus Academiae exhibitis illa, quae ſymbolum continebat: *Inter vtrumque tene, medio tutiſſimus ibis*; Academiae placuerat prae aliis, adeo bene tamen



*) vid. Comment. noſtr. Vol. IX. P. II. p. 344.

ex ipſius voluntate non elaborata, vt praemiu
mereri viſa fuerit.

Quae *Berolini* conſtituta eſt, Regia ſcientiarum
elegantiorum literarum Academia de ſolutionibus v
riarum, quas olim obtulerat, quaeſtionum in co
uentu, nuper die maii vltimo publice habito, decr
uit nouas ſimul proponens. Inter illas, quae ad n
pertinent, ea *de entium, quae vita fruuntur, explica
do ortu* *) prima eſt, cuius praemium ex anno 17(
relictum Cl. BONNET, Geneuenſis Senatus membi
viro docto propter animaduerſiones ipſius *ſuper c
poribus, quae organis inſtructa ſunt*, absque dubio adi
dicatura fuiſſet Ill. Academia, niſi liber iam ty
fuiſſet expreſſus auctorisque nomen cognitu
Quum ex reliquis autem diſſertationibus ipſius volu
tati ſatis fecerit nulla, praemium quoque nemini
tribui potuit.

Aliud vero praemium difficili iſti argumento
catum, *de inueſtiganda auditus theoria, illi viſus fim
habito reſpectu ad modum, quo perceptio ſoni effi ia
ex ratione interioris ſtructurae auris* **) reportauit
VRBANUS BELTZ. Med. D.

Noua quaeſtio, inſecuturo anno 1764, praeſi
hiſtorici argumenti eſt. Commemorari tamen del
a nobis, quod eodem die dicti iam anni, tricesi
nimirum primo menſis maii, quo illius quaeſtio
praemium decerni debet, aliud quinquaginta tha
rorum, qui ſolent appellari, ex voluntate ſupre
Regiorum redituum Collegii, illi dabitur, *qui op*
*m*

*) vid. Vol. VII. P. III. p. 552. et Vol. X. P. I. p. 17
**) Vid. Vol. X. P. I. p. 179.

*num fornaces ita exſtruendi modum docuerit, vt magno ligni compendio illas calefacere queamus.*

Vltima tandem, quae ab *eadem* Ill. Academia propoſita fuit, quaeſtio ex doctrina experimentali deſumta eſt, anno 1765. ad diem maii triceſimum primum dirimenda: *Nouae* ſcilicet expectantur *experientiae, ex quibus perſpicue explicari ſolideque demonſtrari poſſit modus, quo alimenta, cum ex animali, tum vegetabili regno parata, in corpore humano ſano, eiusque tum ventriculo, cum inteſtinis, mutentur, ita, vt inde clarum fiat: quaenam nimirum pars vere nutritia et in chylum mutanda ſit, quo modo haec mutatio fiat? et contra, quae partes nec digeri, neque corpori alimentum praebere poſſint.*

Regia Scientiarum Academia *Holmienſis* praemia, quae ex teſtamento Ill. Comitis DE SPARRE ſingulis annis ab illa diſtribui ſolere, olim iam commemouimus *), merentibus dare pergit. Ex vltima, quas obtulit, quaeſtionibus vna concernit *modum, quo prata muſcoſa corrigi et muſci prouentus extingui poſſit*; altera vero tum *cauſſas, cur vltimis his temporibus adeo frequens in Suecia facta fuerit arthritis, cum remedia reſpicit indaganda, quae contra iſtum morbum adhiberi queant.*

Londini nuper a Regia Scientiarum Societate in ſociorum numerum recepti fuere Viri Cl. ANDREAS ELIAS DE BÜCHNER, M. D. Imperialis Academiae Naturae Curioſorum Praeſes, Pot. Boruſſorum Regi a conſiliis intimis, in Academia Halenſi Medicinae et Phyſices Profeſſor Publ. Ord. Berolinenſis, Monſpelienſis et Florentinae Acadd. ſocius, et porro



*) Vid. Vol. IV. P. III. p. 550.

Cl. IOSEPHUS RAULIN, M. D. Pot. Galliae Regis Medicus Ordinarius, Burdigalenſis et Rothomagenſis Acadd. Socius.

Sociis quoque ſuis annumerauit anno iam ſuperiore 1762 Reg. Chirurgiae Academia *Pariſienſis* Virum Cl. PHILIPPUM ADOLPHUM BOEHMER, M. D. Anatomiae in Academia Halenſi Profeſſorem Publ. Ord. Acadd. Nat. Cur. et Berolinenſis ſocium.

Alia porro *Pariſienſis*, Inſcriptionum ſcilicet et elegantiorum litterarum Academia Virum Cl. SPIRITUM CLAUDIUM FRANCISCUM CALVET, M. D. et in Auenionenſi Academia Profeſſorem Medicinae Primarium hoc anno 1763. inter illos retulit quibuscum litterarum colit commercium, Correſpondentis inde titulo cohoneſtatum.

Eodem etiam honore affecit anno iam ſuperiore 1762 Reg. Scientiarum Societas *Gottingenſis* Virum Cl. IOANNEM FRIDERICUM HARTMANN, vtilem potiſſimum illo multaque laude digno libro clarum factum, quem de ſimilitudine inter vim electricam et meteora, ab igne et luce pendentia, conſcriptum ante paucos annos edidit, a nobis ſuo tempore laudatum. *)

Inſigni omnino ſuorum populorum amore verequae amplificandae eorum felicitatis ſtudio trahi Auguſtiſſimam Romanorum Imperatricem, MARIAM THERESIAM, pluribus, quae innotuerunt, documentis conſtat. Quo etiam factum eſt, vt in peraltiqua Vniuerſitate *Pragenſi* ſub initium huius anni nouum munus condiderit, Virumque Cl. THADDEUS PEITL

*) Vid. Vol. VIII. P. III. p. 505.

PRITHNER conſtituerit Metallurgiae Profeſſorem Publicum, eumque tribunalis rerum metallicarum Conſiliarii honore affecerit, annuum ſtipendium haud exiguum ex ſuo fiſco ipſi aſſignans, vt omnem rei metallicae doctrinam publice gratisque doceat excitetque artis illius amantes, quo maiori ſtudio atque induſtria in eam incumbant. Quem ad modum itaque theoretica eius potiſſimum pars Pragae coli debet, ſic et Schemnitii in Hungaria inferiore nuper fundata fuit ſchola talis, practica dicenda, quam frequentare poſſint illi, qui ſcientiam, quam theoretice modo aſſecuti fuerint, nunc vſu quoque et experientia confirmare velint.

*Pragae* porro Profeſſoris Anatomiae Publici munus delatum iam eſſe legimus in Virum Cl. IOANNEM THADDEUM KLINKOSCH, Med. D. qui ante hos duos annos in eadem vniuerſitate conſecutus fuerat Doctoris Medici honores, *theſes* ſuas *phyſiologicas* defendens *de ſenſibilitate et irritabilite ex experimentis factis deducta*, quam diſſertatiunculam quidem noſmet ipſi non vidimus, in qua vero contra Ill. HALLERUM diſputari legimus, tentaminibus tamen, id, quod indignabundi non nunquam huc vsque mirati ſumus, quibus innitantur oppoſitiones, non ſimul allatis.

*Geneuae* in Academia patria Phyſices atque Matheſeos Profeſſoris Publici munus ante breue tempus nactus fuit Vir Cl. HORATIUS BENEDICTUS DE SAUSSURE. Iuuenis quidem adhuc; annos enim viginti duos modo natus; meritorum vero laudem iam conſecutus fuit, ſuperiore anno *theſes phyſicas de iride, halonibus et parheliis* publice defendens.

In noſtra vniuerſitate *Lipſienſi* Profeſſoris Phyſiologiae Ordinarii munus nuper menſe aprili auſpicatus

fuit Vir Cl. ERNESTUS GOTTLOB BOSE, Phil. et Med. D. Ordinis Medicorum Aſſeſſor et apud ciuitatem noſtram Poliater, publice recitata oratione de *oeconomiae animalis et vegetabilis analogia illiusque praeſtantia*, edito ſimul eum in finem programmate *de ſuturarum cranii humani fabricatione et uſu*.

Breui tempore poſt, ſub initium ſcilicet auguſti, Botanices Profeſſoris Publ. Extraordinarii munus, quod hactenus functus fuerat Cl. BOSE, nunc in ſe collatum adiit Vir Cl. IOANNES CAROLUS GEHLER, Phil. et Med. D. Ordinis Medicorum Aſſeſſor et ciuitatis noſtrae Medicus obſtetricius, publice habito ſermone *de ſtudii botanici cum ſtudio oeconomico nexu*, editoque programmate *de uſu macerationis ſeminum in plantarum vegetatione*.

Qui in Academia *Erlangenſi* hactenus cum laude perfunctus fuerat Anatomiae et Botanices Profeſſoris Publ. Ord. munere, Vir Cl. CASIMIRUS CHRISTOPHORUS SCHMIEDEL, Med. D. Ser. Marchion. Brandenb. Culmb. Conſiliarius Aulae, Acad. Nat. Curioſ. et Societ. Florentinae Botan. Socius, nunc ei ſe abdicauit, a Ser. Marchione Brandenb. Onolsbacenſi euocatus, vt ſanitatis ipſius curam in poſterum habeat.

Accipimus porro, in Academiam *Francofurtanam ad Viadrum*, vt D. CAROLI AUGUSTI DE BERGE obitu vacuum factum Medicinae Profeſſoris Publ. Ordinarii munus ſuſcipiat, vocatum fuiſſe Virum Cl. PETRUM IMMANUELEM HARTMANN, Med. D. hactenus Med. Prof. Publ. Ord. in Academia Helmſtadienſi.

Recenſitis his Virorum Cl. quibus exornati ſunt nouis honoribus, ad aliam officii noſtri nunc deuenimus

mus partem, qua ex animo ſuperſedere malimus, quae nimirum inſignem, quam hucusque paſſus fuit, eruditorum orbis, enarremus iacturam, excellentium et ex parte iuniorum adhuc medicorum obitu, a quibus optima quaeuis ſcientiarum expectari potuiſſent incrementa.

Vt itaque temporis ordinem ſequamur, ab initio commemorandus eſt CAROLUS AUGUSTINUS VANDERMONDE Doctor, qui dici ſolet, Regens Facultatis Medicae in vniuerſitate Pariſienſi et apud illam antiquus Chirurgiae Profeſſor, Cenſor Regius et Inſtituti Bononienſis Membrum, qui anno ſuperiore 1762 die maii vicesimo octauo *Pariſiis* obiit, aetatis annum agens modo triceſimum quintum. Patrem habuit IACOBUM FRANCISCUM, ex Gallica Flandria oriundum, qui Remis Medicinae Doctor anno 1720 factus, Macaum, quae celebris vrbs in China ſita eſt, ſecedens, medicinam ibi cum laude fecerat, ciuitatem a Sereniſſ. Luſitaniae Rege, munusque medici apud milites praeſidiarios, omnemque ibi degentem Luſitanicae nationis coloniam conſecutus. Matrimonium quoque ibidem inierat cum filia ciuis cuiusdam Luſitanici ex nobili gente orti, ex qua *Noſtrum* ſuſceperat anno 1727 die iunii decimo octauo. Matris obitu triſtis pater redierat Lutetiam Pariſiorum, filio ſuo quatuor annorum comite, cuius optime educandi omnem habuerat curam, inſtitutioni potiſſimum celebris illius Abbatis, Cl. BATTEUX, ipſum commendans. Patrem vero opinione citius per mortem amittens *Noſter*, Cl. Viris DE IUSSIEU totum ſe committebat, et doctoribus praeſertim illis in doctrina medica vtens, et conſiliis eorum fruens in omni re, quae futurae ipſius vitae et adminiſtrationem tutamque attinere videbantur felicitatem. Doctoris itaque medici honores ipſe meritus, annoque 1748

adeptus, vt vitam practicam eo feliciore cum succe
su agere posset, omnem in litteras magis magisque
excolendas impendebat operam. Priuatae itaque hu
ius industriae fructus inter alios erat singularis amici
tia, quam cum Cl. Abbate NOLLET contrahebat, i
experimentis physicis ei saepius assistens. Doct
etiam hoc viro suadente, medici illius Neapolitani
Cl. CURZIO librum *) de *raro aliquo tetis morbo*
*mercurii ope sanato*, in gallicam linguam transferebat
annoque 1755 typis exprimendum curabat. Sequen
ti autem anno post, sui ingenii foetum, *artem nimi*
rum *perfectius reddendi genus humanum* publice edi
bat. **) Eodem ferme tempore *diarium* illud sati
cognitum et a nobis quoque expositum *medicinae, chi*
*rurgiae et pharmaciae* in se suscipiebat continuandum
quibus operibus et locum inter Bononiensis Instituti
Socios, et alium inter Censores Regios, merebatur.
Aliud quoque opus, *sanitatis* scilicet *dictionarium*, ***)
cum orbe erudito communicabat, suum tamen
tum temporis nomen vt auctoris reticens. Quemad-
modum autem labores suos museum inter vitamque
practicam diuiserat, sic et felicem aestimatumque fuis-
se medicum percipimus. Quum vero esset in eo, vt
studii industriaeque praemiis maiore cum vitae dulce-
dine se frui posse putaret, matrimonium contractu-
rus, febre aliqua correptus, inopinata morte oppri-
mebatur.

*Lugduni* porro *Batauorum* obiit eodem anno 1762 die iulii decimo, forti apoplexia pridie tactus,

Vir,

*) A nobis commemeratum v. in Comment. nostr. Vol. V. P. III. p. 564.

**) ibid. Vol. VI. P. IV. p. 749.

***) ibid. Vol. IX. P. III. p. 565. et Journal des Sçavans. Novbr. 1762. p. 730. edit. Amstel.

Vir, dum viueret, meritiſſimus, IOANNES FRIDERICUS GRONOV, eius nominis ſecundus, Med. D. Leidae apud Batauos Conſul, Societatis Scientiarum Vpſalienſis membrum, *floræ* ſuae *Virginicae* et *floræ orientalis* editione potiſſimum inter viros doctos clarus factus, aetatem 72 annorum conſecutus, de cuius vita in poſterum plura allaturi ſumus.

*Batauoduri* eodem anno, die ſeptembris vndecimo, viuere deſiit IOANNES DE GURTER, verum artis medicae decus, quem modo nominaſſe ſatis erit, cuius vitam ſingulari laude dignam proxime cum lectoribus noſtris communicabimus.

*Viennae* tandem *Auſtriacae* eodem anno ex hac vita diceſſit FRANCISCUS IOSEPHUS LAUTER, Med. D. et Caeſ. Reg. Laxenburgenſis Phyſicus, *hiſtoria* in primis ſua *medica biennali morborum ruralium, qui a verno tempore 1759. vsque ad finem hyemis 1761. Laxenburgi et in vicinis vndique oppidis, pagisque dominati ſunt*, Viennae edita.

Hoc etiam, quem agimus, anno non nulli et fama et meritis excellentes medici vitam cum morte commutarunt, inter quos vna modo ciuitas, *Londinum* ſcilicet, tres viros doctos luget, eosque omnes et ſcriptis et artis vſu ſuis et exteris commendatiſſimos.

Die martii enim quinto celebrem illum medicum obſtetricium, GUILIELMUM SMELLIE, Med. D. die menſis eiusdem decimo quinto PETRUM SHAW, M. D. et Ser. Magnae Britanniae Regis Archiatrum, die autem aprilis vicesimo ſeptimo GUILIELMUM HILLARY, Med. D. diem obiiſſe ſupremum, legimus.

Gottin-

*Gottingenſi* denique Academia et cum ea omnes boni ciues litterarum amantes, nimis praematuram mortem lugent Viri, dum viueret, vere magni habiti, IOANNIS GEORGII ROEDERER, Med. D. Ser. Magnae Britanniae Regis Archiatri, in Academia Gottingenſi Medic. et Anatomiae Profeſſoris Publ. Ord. quippe qui Lutetiam Pariſiorum auocatus, vt aliquam ex proceribus ibidem aegrotantem conſiliis ſuis adiuuaret, in itinere hoc febre acuta correptus, *Argentorati*, quae vrbs ipſi olim fuerat patria, nocturno tempore, medio quartum inter quintumque aprilis diem, exſpirauit. Vberiorem de ipſius vita notitiam alio tempore lectoribus noſtris dabimus.

Virorum inſuper doctorum ſocietatem, quam Ser. Daniae Regis iuſſu atque ſumtibus prouincias aliquas orientales peragrare iam plus ſimplici vice commemorauimus *), iter hoc ſuum felici cum ſucceſſu continuare, ſubque initium huius anni felicem ſic dictam Arabiam petiiſſe, legimus.

Memoria IOHANNIS IACOBI SACHSII, Phil. et Med. Doctoris, Praxeos clinicae Pr. P. O. in Academia Argentoratenſi, Capituli Thomani Decani, Conſiliarii et Archiatri Haſſo Darmſtadienſis.

Senectus medico duabus de cauſſis vtilis videtur, et quod nulla facile eſt diſciplina, cuius cognitio accuratior tam diuturna experientia niti debeat, et quod nemo eorum, qui in literis verſantur, tam ſaepe cogitur vitae periculum adire. De priori nunc non dicemus; ſed quod de vitae periculo diximus, id, etſi poteſt

*) Vid. Vol. VIII. P. II. p. 348.

poteſt quibusdam parum aptum videri; tamen, ſi rem vere aeſtimes, ita ſe habet. Non ſunt iudices aut viri adeo leues et timidi, vt nec videant hoc periculum, nec ſubire velint; ſed ſenectus et vſu, et ſorte taedio vitae habet neceſſario maiorem fortitudinem et grauitatem, qua facilius vincat mortis timorem, adeatque periculum cum maiori contemtu. Quod profecto iis eſt perquam vtile, quorum vita non ſolum tranſigitur cum his, qui aut morbo facile nocere poſſint aliis, aut ea vtantur conditione externa, vt carere debeant communibus ſanitatis praeſidiis, ſintque adeo ſibi et aliis moleſti; ſed et ita agitur, vt, curanda aliorum ſalute, ipſi ſuam cum omni oblectatione negligere cogantur. Senectus ergo medicis hoc feret bonum, vt, ad quam neceſſitatem eos ſaepe adigat genus vitae, ab ea ſe et ſine hac externa cauſa non procul abeſſe videant. Accidit et b. SACHSIO, vt aegrorum cauſſa negligeret ſuam ſalutem, et cum timoris contemtu officio ſatisfaceret, in quo tamen eum magis putamus adiutum eſſe cogitatione officii et honeſtatis, quam ſenectutis.

Editus eſt in lucem Argentorati a. 1686. d. 9 Decembris, habuitque patrem IOHANNEM FRIDERICUM, orphanotrophei et ſtipendii Ottoniani Quaeſtorem, matrem ELISABETHAM REISSEISENIAM, ex ea familia prognatam, quae, mortua matre SACHSII biennis, omni modo commodis eius per omnem vitam proſpexit. Initiis literarum in Argentoratenſi gymnaſio cognitis, miſit eum patruus Noribergam, comitem filii, vt praeceptoribus Aegidiani gymnaſii operam daret, ideoque a FABRO, HAGENDORNIO et TEXTORE accepit, quidquid illi aetati tradi ſolet. Reuocatus eſt Argentoratum ab suo REISSEISENIO, qui loco mortui patris curam SACHSII regendi ſuſceperat. Ab eo tempore

pore in Academia primum humanitatis ſtudia tractauit in ſcholis KUHNII, ARTOPAEI atque LEDERLINI, philoſophiam duce BARTENSTEINIO, inprimisque interfuit phyſicis lectionibus HENNINGERI et NENTERI, adiunctis REICHELTI mathematicis. Anno demum 1704 ipſam medicinam adgreſſus eſt, facto initio ab anatomia, quam tunc SEBIZIUS, et poſt hunc HENNINGERUS docuit, ac paulo poſt SALZMANNUS. Duobus annis poſtquam acceſſerat ad academiam, praeſide HENNINGERO diſputationem *de ſale*, a ſe conſcriptam cum laude defendit. Ab eodem HENNINGERO botanicen et materiam medicam accepit, chemiam a BOECLERO, cuius de ſe merita in hoc genere inprimis grata mente agnouit. Praeterea omnes medicinae partes cum NENTERO, ſed priuatis lectionibus, percurrit. Profuit ei etiam SCHELDII diſciplina, qui et practicas doctrinas enarrabat, et apharismos HIPPOCRATIS explicare ſolebat, eodemque praeſide ſuam *de vomitu cruento* diſputationem propoſuit, quam ſecuta eſt a. 1709 alia *de miſſu cruento*, qua ſibi aditum ad honores Doctoris muniit. Verum anno ſequenti ineunte, vt et ab exteris diſciplinam peteret, Lutetiam conceſſit, maxime vt celeberrimos eius doctores audiret; florebant enim ibi DUVERNEY, MERY, ANDRY et IUSSIEUX, auxitque eorum opera medicarum rerum, anatomiae praeſertim et chemiae, cognitionem. Neque minus aſſidue in noſocomiis verſatus eſt, vt in chirurgicis exerceretur. Per Normanniam et Burgundiam reuerſus in patriam cepit a. 1711 Argentorati honorem Doctoris Medicinae. Inde ita partitus eſt negotia, vt, ſi quid eſſet temporis ab aegrotum cura reliqui, id chemiae potiſſimum inſumeret, cuius ſcientia accuratiori cum nobilitatus eſſet et probatus, creatus eſt a. 1721 Phyſices P. P. O. in Academia Argentoratenſi,

ratenſi, adiitque munus orationē *de immediato principio motus in corporibus naturalibus.* Docuit ergo cum multa laude phyſicen, ſed hoc in ea re praeſertim ſpectauit, vt placita illuſtraret firmaretque experimentis. Ceterum qua ratione iam olim coeperat ſuccurrere aegris medicina faciendā, eam humquam deſeruit, et quam bene fideliterque verſatus ſit in ea re, cum vniuerſo omnium amore comprobatum eſt, tum honore non contemnendo, qui non niſi fructus doctrinae videri poteſt, quo tempore a Landgrauio Haſſo Darmſtadienſi Archiatri et Conſiliarii dignitate ornatus eſt. Ediderunt Argentoratenſes aliud documentum fauoris erga SACHSIUM, cum eum a. 1735 mortuo ROEDERERO ſuccedere iuſſerunt. Suſcepit ergo profeſſionem medicam, et praeter chemiam et botanicen materiam medicam explicauit. Mox eum crearunt Pathologiae Profeſſorem, denique Praxeos clinicae. Meruit autem fide et doctrina adſcifci in collegium D. THOMAE, cui inde ab a. 1754 Decanus praefuit. Rectoratum Academiae quinquies geſſit, Ordinis Medici Decanus ſepties decies fuit. Idem ſummos in philoſophia honores ſemel, in medicina ſepties diſtribuit. Quidquid autem in his omnibus muneribus geſſit, id cum fide geſſit, nec ſuae vtilitatis cupidus, ſed aliorum ſtudioſus fuit. Quae denique opera eius tam diu fuerat aegrotis ſalubertima, ea fuit cauſſa mortis, et, quamquam ſenex erat SACHSIUS, atque aliquot abhinc annis fuerat rheumaticis lumborum doloribus vexatus, tamen mortem accelerauit. Nam cum aegrorum cauſſa ſudans ſurrexiſſet, refrigeratus eſt nimis, moxque correptus raucitate et febri, quae venaeſectione paulum imminuta exarſit mox vehementius, et fatigauit corpus, donec a. 1762 d. 18 Iunii catarrho ſuffocatiuo periit. Si quae eſt pietatis laus, aut fidei, doctrinae, et integritatis com-

commendatio, ea ſeni huic veriſſime tribui pote
nosque adeo ipſi cum Argentoratenſibus mortem ei
ex animo lugemus.

## Memoria IOHANNIS GODOFREDI IANKI
### Phil. et Med. D. Anat. et Chirurg. P. P. O.
### in Ordinis medicorum Aſſeſſor Academia Lip

Nimis cito ereptus eſt nobis IANKIVS, neq
potuit diu ſui praemiis doctrinae, quae, e
ex longo tempore merita, tamen non diu ante ob
tum acceperat. Qui cum primum ad academiam n
ſtram acceſſiſſet, ſingulari quodam ſtudio anatomi
impulſus magnos in hac diſciplina progreſſus fecit, e
capto Doctoratus honore, in ea vel explicanda ve
tractanda ita aſſiduus fuit, vt nullum fere diem a
huius generis occupationibus vacuum dimitteret, ma
guumque praeterea medicorum librorum atque prae
paratorum anatomicorum numerum colligeret. Euc
ctus eſt per gradus ad ordinariam anatomiae profeſ
ſionem, et quaſi denuo ei ſe tantopere dicauit, vt
praecuideremus et honorem, et vtilitatem, quam ex
eius doctrina capere poſſet academia. Verum vix in
greſſus curſum, morti occubuit, quae eo moleſtius
debuit nobis accidere, quo maius detrimentum at
tulit. Atque etiam ciuitas habet, quod magno
pore lugeat, cum facienda arte magnam inierit
permultis gratiam eiusque memoria etiamnum no
niſi cum magno amicorum moerore repetatur
Quamquam ergo et ipſi nos inuiti eius vitam ho
loco deſcribimus, quam mallemus longiſſimam
fuiſſe: tamen ideo libenter facimus, vt amorem e
ſtudium erga IANKIVM etiam apud alios declare
mus, iisque memoriam Viri commendemus.

Patr

Patre vſus eſt IOHANNE FRIDERICO, ſcholae Budiſſinenſis primum collega, deinde ſacerdote Horckenſium, in pago ſuperioris Luſatiae, a quo et CHRISTIANA PATIENTIA MARCHIA a. 1714 Budiſſae, ſuperioris Luſatiae primaria vrbe, prognatus eſt. Ipſe parens eum literarum initiis eruditt, praeparatumque aliquo modo ad Gorlicenſis gymnaſii praeceptores deduxit, BAUMEISTERUM, MYLIUM, MÜLLERUM, EICHLERUM, RIGLERIUM et ROTHIUM, horumque opera fideliſſima ſatis prouectum in academiam Lipſienſem miſit, ſua ipſius incredibili cupiditate medicinae amantiſſimum. Audiit ante omnia WINKLERUM, et philoſophicas et phyſicas ſcholas habentem, tum medicos academiae noſtrae, WALTHERUM, PLATNERUM, HARTRAMPFTIUM, HEBENSTREITIUM, QUELMALZIUM, PLAZIUM, LUDWIGIUM, POHLIUM, maxime GUNZIUM, ad cuius familiaritatem et amicitiam ita ſe adiunxerat, vt nec ſine eo quidquam ſuſciperet, et ab hoc potiſſimum anatomen diſceret. Iam cum omnes praeceptores de eo bene ſperarent, dedit etiam ingenii et ſcientiae documentum, proponendo aliquot annis poſt acceſſum ad academiam libello *de forcipe et forfice, ferramentis a* BINGIO *Hafnienſi chirurgo inuentis*. Cum Baccalaureus medicinae creatus eſſet, qui apud nos primus gradus eſt ad Doctoris honorem, ab ordine philoſophorum ſummos honores impetrauit, eorundemque auctoritate a. 1751 diſputationem *de mandibulis puerorum ſeptennium* defendit, vt ei docendi ius in hac academia concederetur. Denique medicorum ordo eodem anno eum Doctoris honore auxit, ſcripta defenſaque altera diſputatione de eodem argumento, quod ſuperiori diſputationi coeperat. Iam praemia doctrinae et munera dein-

ceps recenſebimus. Primum igitur GUNTIUS, e
tempore Prof. Anat. et Chirurg. eum delegit Pro
ſectorem in Theatro Anatomico Lipſienſi a. 1751
tribus autem annis poſt Profeſſor Extraordinarii
Medicinae creatus eſt, ediditque adeundi mun
ris cauſſa *proluſionem de capſis tendinum articular*
*bus, obſeruationes anatomicas continentem.* Rurſu
GUNZIO Dresdam euocato, vt Archiatri munei
fungeretur, mortuoque BOEHMERO, qui GU
NZIO ſubſtitutus fuerat, IANKIUS a. 1753 facti
eſt ſubſtitutus Profeſſor Anat. et Chirurgiae. Pe
multa fecuit eo tempore in theatro anatomico c
dauera, non iis ſolum lectionibus; quas ſtudi
ſorum cauſſa vi muneris habuit; ſed interdu
propoſito programmate, coram viris doctis, qu
genus lectionum anatomicarum ſolet apud nos n
mine publicarum anatomiarum appellari. Per
net huc *proluſio*, quae *obſeruationes* continet *de*
*uernis quibusdam, quae oſſibus capitis humani contine*
*tur, praemiſſas ſectioni cadaueris virilis* (1753). S
quenti anno, cum obiiſſet GUNZIUS, creatus
Anat. et Chir. P. P. Extraordinarius: neque defu
muneri vlla ex parte, quid quod crebro lection
de arte obſtetricia habuit, multa enim ad eam v
lia inſtrumenta collegerat. Fecit etiam eo ipſo a
no librum BRUHIERII *de incertitudine ſignor*
*mortis* e gallico germanicum, auctumque obſer
tionibus Lipſiae edidit. Tandem, cum exſpiraſ
HUNDERTMARKIUS, data eſt IANKIO profeſ
Anat. et Chir. ordinaria a. 1762 menſe Iulio. Ea
auſpicatus eſt oratione *de anatomiae praeſtantia,*
quam audiendam indixit programmate *de rati*
*ne venas corporis humani anguſtiores, inprimis*
*taneas, oſtendendi;* et quod ei iam concede
tur locus in Facultate Medicorum, diſputat

nem pro loco defendit, quae *de foraminibus caluariae eorumque vſu* expoſuit. Sed cum ea, vt diximus, per aliquot menſes cum laude ſumma et mira induſtria functus eſſet, incidit ſuperiori anno exeunte in morbum catarrhali ſimilem, quo magna ex parte ſuperato, mota celeriter materia effecit, vt morbus in putridam humorum reſolutionem exitum faceret, corpus autem, deſtitutum ad eum ſuperandum viribus ſatis validis, d. 20 Ian. a. 1763 vita priuaretur. Numquam deſinet nobis memoria Viri cara eſſe, ſemperque eum nobis nimis citò ereptum eſſe dolebimus.

## XIX.

Supplementum alterum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1759 prodierunt.

Recueil des Pieces, qui ont remporté le Prix de l'Academie de Chirurgie, Tom. VI. VII. VIII. a Paris, 12.

*Hamburgiſches Magazin, oder geſammlete Schriften aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. Des 23ten Bandes 1 - 5 Stück, Hamburg und Leipzig, 8.*

*Carlsruher nützliche Sammlungen oder Abhandlungen aus allen Theilen derer Wiſſenſchaften, beſonders den Staats- und Lehnrechte, denen Geſchichten der Naturlehre, den Policey- Cameral- Handlungs- und Fabrikweſen, wie auch der Haus- und Landwirthſchaft. Erſter Band, Carlsruhe, 8.*

The Practice of Gardening, explained to all capacities by *Thom. Perfect.* (Scias vero L. L. ſub tecto

hoc nomine latere IOANNEM HILL) London, 8.

Aurea catena Homeri, *d. i. eine Beſchreibung von dem Urſprung der Natur und natürlichen Dingen. Neue mit den ächten dritten Theil vermehrte Auflage, Iena* 8.

*Ausmeſſung des menſchlichen Körpers und der Theile deſſelben. Glogau,* 8. *m. K.*

Traité d' Oſteologie du Corps humain, ou l' Hiſtoire des Os. a Avignon. 12 c. 15 tab. aen.

A Collection of the Yearly Bills of Mortality from 1657 to 1758 incl. with ſeveral other Bills of earlier date. London, 4.

Sockn Apothek och nagra hus curer. Stockholm, 8

Precis pour le Premier Chirurgien du Roy contre les Freres de la Charité, a Paris, 4.

OLOF ACRELL, Chirurgiska Händelſer, anmärkte uti K. Lazarettet: etc. Stockholm. 8 mai.

CAROLI ALLIONI tractatio de miliarium origine, progreſſu, natura et curatione. Francof. 8.

Anmärkningar wid Italienſka Byggnads ſättet til förekommande of Elswader af R. ANGERSTEIN. Stockholm, 8. c. tab. aen.

Delle Terme Padovane dette bagni d' Abano, Trattato di GIUSEPPE BERTOZZI in Venezia 4 mai.

CAROLI CLERCK icones inſectorum variorum cum nominibus eorum triuialibus locisque e CARLINNAEI ſyſtemate naturae allegatis. Tab. I-XI Holmiae. 4. (*Splendidiſſimum hoc inceptum opus icones continet inſectorum, quae muſeum Reginae Sereniſſim. ornat*

*ornant. Sunt vero illae tanta diligentia exſculptae, et in coloribus, quibus depictae ſunt, tanta deprehenditur cum ipſis inſectis ſimilitudo, vt omnibus huius generis iconibus facile palmam praeriperè videantur. Dolendum interim eſt, hunc librum non cuilibet licere emtionis lege ſibi acquirere, ſed illum, qui poſſidere cupit, expectet a gratia et iuſſu Reginae Sereniſſimae.*)

De l'Air, de la Terre et des Eaux de Boulogne ſur mer et des environs par M. DESMARS, à Amiens, 12.

Obſervations ſur les Eaux thermales d'Acqs par M. DUFAU, a Bourdeaux, 8.

IOAN EGELING, Diſſ. inaug. phyſ. de electricitate. Traiect. ad Rhen. 4.

*Eiusd.* Diſſ. inaug. med. de lacte, ibid. 4.

An Introduction to Phyſiology being a Courſe of Lectures upon the moſt important parts of animal oeconomy. By MALCOLM FLEMING, London, 8 mai.

PEHR ADAM GADD, Diſſ. om Brünne-Torf. Reſp. *Iac. Fonander.* Abo.

Delle Malattie del grano in Erba del Conte FRANCESCO GIOVANNI, con note perpetue, e con altri oſſervazioni di Storia Naturale, in Peſaro, 4. c. f.

IOAN. DAV. HAHN. *Or.* de chemiae cum botanica coniunctione vtili et pulchra. Trai. de Rhen. 4.

Tydelig underrättelſe om de mäſt gangbare Siukdomars kännande oc botande af I. HARTMANN. Stokh. et Abo, 8.

IO. ERN. HEBENSTREIT de homine ſano et aegroto carmen, ſiſtens phyſiologiam, pathologiam, hygienen, therapiam, materiam medicam.

Praefatur de antiqua medicina carmen. Subne
ctuntur ſimiles poetarum ſententiae; accedun
ſingula quaedam carmina. (*Editio noua*) Lipſ. 8.

IOH OBAD. IUSTAMOND. Defenſe of the Re
marks on M. DOUGLAS treatiſe of the hydrocele
London, 8.

PEHR KALM. Diſſ. öfwer Biörkens Egenſhape
och Nytta Reſp *Ioh. Grandberg*. Abo.

CAR FRID FALTSCHMIED, Diſſ. inaug. de an
gina inflammatoria. Reſp. *Ioan. Ioach. Wewetze*
Ienae, 4.

*Eiusd.* Diſſ. inaug. de ſcirrho in genere. Reſp. *Geor*
*Ioach. Glaubach*, ibid. 4.

*Eiusd.* Diſſ. inaug. de pleuritide vera. Reſp. *Lu*
*Leonh. Bader*, ibid.

Reponſe a l'Auteur anonyme d'un Traite des t
meurs et ulceres par M. KEYSER, a Paris, 8.

IO. HIERON. KNIPHOFII botanica in origin
ſ. Herbarium viuum, in quo plantarum tam i
digenarum, quam exoticarum peculiari quada
operoſaque enchyreſi atramento impreſſorio c
ductarum nominibusque ſuis ad methodum ill
ſtrium noſtri aeui botanicorum Linnaei et Ludw
gii inſignitarum elegantiſſima ectypa exhibent
opera et ſtudio IOAN. GODOFR. TRAME
Centuria VI. Hal fol.

Plain Directions in regard to the Smal-pox.
BROWNE LANGRISH, The ſecond Editi
To which is added a Letter to a Young Surge
concerning mortifications. London, 8.

A Voyage to the coaſt of Africa in Year 1758
ſcribed by IOHN LINDSEY. London, 4. c. 9. tab.
(*Pauca de hiſtoria habet naturali*).

CAROLI LINNAEI, Diſſ. de pinguedine anim
Reſp. *Iac. Linath.* Vpſaliae, 4.

Tal, vid Deras Kongl. Maiesters höga närvaro, hallit uti Upsala, pa stora Carolinska Läroſalen, den 25 Sept. 1759 och pa allernadigsta Befallning utgifvit af CARL LINNAEUS, Academiens da varande Rector, Upsala, fol. mai.

Philoſophia Britannica; or, A new and comprehenſive Syſtem of the Newtonian Philoſophy, Aſtronomy and Geography in a Courſe of twelve Lectures with Notes: containing the phyſical, mechanical, geometrical and experimental Proofs and Illuſtrations of all the Principal Propoſitions in every Branch of Natural Science: alſo a particular Account of the Invention, Structure, Improvement and Uſes of all the conſiderable Inſtruments, Engines and Machines; with new Calculations relating to their Nature, Power and Operation. The whole collected and methodized from all the principal Authors, and public memoirs te the preſent Year; and embelliſhed with eighty-one Copper-Plates. By B. MARTIN. The ſecond Edition. In three Volumes. London, 8 mai.

ERN. ANT. NICOLAI Progr. I. II. III. de geneſi vertiginis. Jenae 4.

Treatiſe on the Diſeaſe and Lameneſs of Horſes. By WILL. OSMER. London, 8.

SEVERINI PINAEI *und* MELCH. SEBITII *wahre Kennzeichen von den Geheimniſſen der Jungferſchaft: aus dem Lateiniſchen überſetzt von* CHRIST. HELWIG. *Erfurt*, 8.

CHRISTIAN. TOB. EPHR. REINHARD de febribus intermittentibus ſpuriis ſeu epidemiis carmen. Glogouiae, 8.

F. C. RONCALLI PAROLINI in variolarum in oculationem declamatio epiſtolaris. Editio II cum extemporaneis annotationibus. Piſae, 8.

Lettre a Monſ. DE HAEN en Reponſe a ſes Que ſtions ſur l'inoculation par M. TISSOT. à Lau ſanne, 12.

ENOCH DE VRIES, Diſſ. inaug. de calculo biliari et ſectione veſiculae felleae. Trajecti ad Rh. 4.

EV. IAC. VAN WACHENDORFII, horti Vltrajecti ni index, ibid. 8.

## XX.

## Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-me dicorum, quae anno 1760. prodiere.

Acta Heluetica phyſico mathematico-anatomico botanico-medica. Vol. IV. Baſil. 4. c. f.

*Hamburgiſches Magazin von geſammleten Schriften au der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſcha ten überhaupt. des 14ten Band. 1 - 5 Stück. Hamburg und Leipzig, 8.*

*Verſuch einer Beſchreibung hiſtoriſcher und natürliche Merkwürdigkeiten der Landſchaft Baſel. das 1 Stück, Baſel. 8.*

*Neue Verſuche nützlicher Sammlungen zu der Natu und Kunſtgeſchichte, ſonderlich von Oberſachſen, 4 und 44 Stück, Schneeberg. 8.*

*Oeconomiſche Gedanken zu weitern Nachdenken eröfne Aus dem Däniſchen überſetzt von CHRIST. GOT LOB MENGEL. Zweyten Bandes dritter Theil, K penhagen und Leipzig. 8.*

*Phyſicaliſch oekonomiſche Auszüge aus den neueſten u beſten Schriften, die zur Naturlehre, Haushaltung kunſt und andern damit verwandten Wiſſenſchaft*

geh

*gehören, mit untermiſchten ganz neuen Abhandlungen und Zuſätzen durch gemeinſchaftlichen Fleiſs ausgearbeitet. 2ten Bandes 1, 2 und 3tes Stück. Stutgard. 8.*

Recherches Phyſiques ſur le temperé du Globe de la Terre, ſur la Lumiere, la Peſanteur, les Marées, le Cours des Aſtres et ſur la Comete de 1680. Le tout ſous les noms de Lettre à la Rochelle et d'Appendix par l'Auteur de la Methode d'un Thermometre univerſel, a Berne, 4. (Auctor eſt MICHELI DU CREST)

Obſervations ſur divers Moyens de ſoutenir et d'encourager l'Agriculture. Tom. I. II. a Paris, 12. Voll. 2.

A Treatiſe of Agriculture, London. 8.

Memoire ſur la Pratique du Semoir, dont les avantages ſont demontrés par le Reſultat des Produits de pluſieurs Champs enſemencés avec cet inſtrument d'Agriculture, comparés avec ceux d'autres champs enſemencés ſuivant l'uſage ordinaire. Recolte de l'année 1760. a Lyon.

Kart Underrättelſe om ſättet, at bota de mäſt gangbara utvärtes Siukdomar, Stockholm. 4.

*Kurze Anweiſung, wie die Wartung der Seidenwürmer auf das vortheilhafteſte anzuſtellen, Zürich 8.*

*Abhandlungen von dem Maſtdarm-Blutfluſſe, nebſt einem Beweiſe, daſs die Vollblütigkeit an und für ſich ſelbſt keine Krankheit genennt zu werden verdienet, Glogau. 8.*

Diſſertazione ſul Polypo del Naſo. in Padoua. 8mai. (*Auctore* IOANNE SOGRUFI)

IOM. ALSTRÖM'S, *Or.* om Schäfferiens nytta, Stockholm.

De morbis venereis libri nouem, Auctore IOANNE ASTRUC. In hac nouiſſima editione praeter no-

F. C. RONCALLI PAROLINI in variolarum in oculationem declamatio epiſtolaris. Editio II cum extemporaneis annotationibus. Piſae, 8.

Lettre a Monſ. DE HAEN en Reponſe a ſes Queſtions ſur l'inoculation par M. TISSOT. à Lauſanne, 12.

ENOCH DE VRIES, Diſſ. inaug. de calculo biliari et ſectione veſiculae felleae. Trajecti ad Rh. 4.

EV. IAC. VAN WACHENDORFII, horti Vltrajectini index, ibid. 8.

## XX.

## Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1760. prodiere.

Acta Heluetica phyſico mathematico-anatomico botanico-medica. Vol. IV. Baſil. 4. c. f.

*Hamburgiſches Magazin von geſammleten Schriften aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. des 24ten Band. 1 - 5 Stück. Hamburg und Leipzig, 8.*

*Verſuch einer Beſchreibung hiſtoriſcher und natürlicher Merkwürdigkeiten der Landſchaft Baſel. das 1 Stück. Baſel. 8.*

*Neue Verſuche nützlicher Sammlungen zu der Natur und Kunſtgeſchichte, ſonderlich von Oberſachſen, 4 und 44 Stück, Schneeberg, 8.*

*Oeconomiſche Gedanken zu weitern Nachdenken eröfnet. Aus dem Däniſchen überſetzt von CHRIST. GOTTLOB MENGEL. Zweyten Bandes dritter Theil, Kopenhagen und Leipzig. 8.*

*Phyſicaliſch oekonomiſche Auszüge aus den neueſten und beſten Schriften, die zur Naturlehre, Haushaltungskunſt und andern damit verwandten Wiſſenſchaften geh*

*gehören, mit untermiſchten ganz neuen Abhandlungen und Zuſätzen durch gemeinſchaftlichen Fleiſs ausgearbeitet. 2ten Bandes 1, 2 und 3tes Stück. Stutgard. 8.*

Recherches Phyſiques ſur le temperé du Globe de la Terre, ſur la Lumiere, la Peſanteur, les Marées, le Cours des Aſtres et ſur la Comete de 1680. Le tout ſous les noms de Lettre à la Rochelle et d'Appendix par l'Auteur de la Methode d'un Thermometre univerſel, a Berne, 4. (Auctor eſt MICHELI DU CREST)

Obſervations ſur divers Moyens de ſoutenir et d'encourager l'Agriculture. Tom. I. II. a Paris, 12. Voll. 2.

A Treatiſe of Agriculture, London. 8.

Memoire ſur la Pratique du Semoir, dont les avantages ſont demontrés par le Reſultat des Produits de pluſieurs Champs enſemencés avec cet inſtrument d'Agriculture, comparés avec ceux d'autres champs enſemencés ſuivant l'uſage ordinaire. Recolte de l'année 1760. a Lyon.

Kart Underrättelſe om ſättet, at bota de mäſt gangbara utvärtes Siukdomar, Stockholm. 4.

*Kurze Anweiſung, wie die Wartung der Seidenwürmer auf das vortheilhafteſte anzuſtellen, Zürich 8.*

*Abhandlungen von dem Maſtdarm-Blutfluſſe, nebſt einem Beweiſe, daſs die Vollblütigkeit an und für ſich ſelbſt keine Krankheit genennt zu werden verdienet, Glogau. 8.*

Diſſertazione ſul Polypo del Naſo. in Padoua. 8mai. (*Auctore* IOANNE SOGRUFI)

IOH. ALSTRÖM's, *Or.* om Schäfferiens nytta, Stockholm.

De morbis venereis libri nouem, Auctore IOANNE ASTRUC. In hac nouiſſima editione praeter no-

STEPH. DU HAUME, Quaeſt. med. an motus vitales a neruis cerebelli? neg. Reſp. *Coſm. Auguſt. Lezurier.* Pariſiis, 4.

G. AUG. KOERBER, Diſſ. inaug. de arthritide, Goetting. 4.

IOSEPH. LALLEMENT. Quaeſt. med. an vbi partus difficilis ac deſperatus, tentanda etiam in matre viua, feſtio caeſarea? affirm. Reſp. *Claud. Franciſc. Caſp. Humbert.* Pariſiis, 4.

*Kurze Unterſuchung der ſo genannten verſteinerten Kornähren und Stangengraupen von Frankenberg in Heſſen; in einem Sendſchreiben an Herrn* ANDR. SIEGM. MARGRAFEN, *mitgetheilet von D.* IOH. GOTTL. LEHMANN. *Berlin*, 4.

PETR. IOAN. CLAUD. MAUDUYT DE LA VARENNE, Quaeſt. med. vtrum ex vnico ſyſtemate legum deduci poſſint omnia phaenomena oeconomiae animalis? neg. Reſp. *Aug. Roux*, D. Med. Burdigal. Pariſiis, 4.

Figures of the moſt beautyfull uſeful and incommon plants deſcribed in the Gardeners Dictionnary by PHILIP. MILLER. London. fol.

IOAN. HENR. MEDER, Diſſ. inaug. de medicamentis ſimplicibus, quibus officinae pharmaceuticae facile carere poſſunt, Goetting. 4.

IOAN CLAUD. MUNIER, Quaeſt. med. an tumoris cancroſi radicitus ablati regeneratio rurſus chirurgiae tredenda? neg. Reſp. *Petr. Ioan. Claud. Mauduit de la Varenne*, Pariſ. 4.

*C. L.* NEUENHAHNS *vermiſchte Bibliothek oder Auszüge aus verſchiedenen zur Arzneykunſt, Chymie und andern gehörigen akademiſchen Schriften. Zweyter Theil, Braunſchweig*, 8.

LUDOV.

Ornithologie ou Methode contenant la Diviſion des Oiſeaux en Ordres, Sections, Genres, Eſpeces et leurs Variétés etc. par M. BRISSON. Ouvrage enrichi de Figures en taille douce, Tom. III. IV. V. VI. a Paris (*gallice et latine*) 4 mai. tab. aen. CCXX.

Dell' inneſtare il Vajuolo, Diſcorſo di FRANCESCO CALURI, in Siena. 4 mai.

To Promote the Experimental Analyſis of the Human Blood. Eſſay the I. by RICHARD DAVIES, Bath. 8.

IOSEPH. DUSSANS, Quaeſt. med. an a ſyſtematum varietate medicina praeſtantior? neg. Reſp. *Jeanroy*, D. M. Rem. Pariſiis, 4.

IOH. PETER EBERHARDS *vermiſchte Abhandlungen aus der Naturlehre, Arzeneygelahrheit und Moral, Halle*, 8.

IAC. FAGGOT'S, *Or.* om Swenska Landmäteriet och Geographien, Stockholm.

P. AD. GADD, Diſſ. Bewis til Möjeligheten of Silkes-afwelens införande i Finnland. Reſp. *Chr. Herpekaeus*, Abo.

IACOB. GADELIN, Diſſ. de anemometro nouo. Reſp. *Nic. Hiolte*, Abo.

ANTONII DE HAEN, ratio medendi in noſocomio practico, quod in gratiam et emolumentum medicinae ſtudioſorum condidit Maria Thereſia, Pars V. Viennae, 8.

The Nature, Properties and Laws of Motion of Fire, diſcovered and demonſtrated by Obſeruations and Experiments, by WILLIAM HILLARY, London. 8.

STEPH.

STEPH. DU HAUME, Quaeſt. med. an motus vitales a neruis cerebelli? neg. Reſp. *Coſm. Auguſt. Lezurier.* Pariſiis, 4.

G. AUG. KOERBER, Diſſ. inaug. de arthritide, Goetting. 4.

IOSEPH. LALLEMENT. Quaeſt. med. an vbi partus difficilis ac deſperatus, tentanda etiam in matre viua, ſectio caeſarea? affirm. Reſp. *Claud. Franciſc. Caſp. Humbert.* Pariſiis, 4.

*Kurze Unterſuchung der ſo genannten verſteinerten Kornähren und Stangengraupen von Frankenberg in Heſſen; in einem Sendſchreiben an Herrn* ANDR. SIEGM. MARGRAFEN, *mitgetheilet von D.* IOH. GOTTL. LEHMANN. *Berlin*, 4.

PETR. IOAN. CLAUD. MAUDUYT DE LA VARENNE, Quaeſt. med. vtrum ex vnico ſyſtemate legum deduci poſſint omnia phaenomena oeconomiae animalis? neg. Reſp. *Aug. Roux*, D. Med. Burdigal. Pariſiis, 4.

Figures of the moſt beautyfull uſeful and incommon plants deſcribed in the Gardeners Dictionnary by PHILIP. MILLER. London. fol.

IOAN. HENR. MEDER, Diſſ. inaug. de medicamentis ſimplicibus, quibus officinae pharmaceuticae facile carere poſſunt, Goetting. 4.

IOAN CLAUD. MUNIER, Quaeſt. med. an tumoris cancroſi radicitus ablati regeneratio rurſus chirurgiae tredenda? neg. Reſp. *Petr. Ioan. Claud. Mauduit de la Varenne*, Pariſ. 4.

*C. L.* NEUENHAHNS *vermiſchte Bibliothek oder Auszüge aus verſchiedenen zur Arzneykunſt, Chymie und andern gehörigen akademiſchen Schriften. Zweyter Theil, Braunſchweig*, 8.

LUDOV.

LUDOV. PATHIOT, Quaeſt. med. an vulnerum curatio quo ſimplicior, eo melior? affirm. Reſp. *Achill. Guil. le Begue de Preſle.* Pariſiis, 4.

Inträdes om de i land befintelga Bygynings ämnen för Kongl. Vet. Acad. d. 5 Nou. 1760. af GABRIEL PELHEM, Stockholm.

ANTON. PETIT, Queſt. med. an in curandis affectibus, qui puerperarum ſuppreſſis prioribus lochiis ſuperueniunt, ſola antiphlogiſtica? Reſp. *Ioſeph. Duſſans*, Pariſiis, 4.

STEPHAN. POURFOUR DU PETIT, Quaeſt. med. an febribus malignis alexipharmaca? affirm. Reſp. *Joan. Armand. Rouſſin de Montabourg*, ibid. 4.

PETR. POISSONNIER, Quaeſt. med. an recenti vulnere nudatis oſſibus exfoliatio? affirm. Reſp. *Ioſeph. Duſſans*, ibid. 4.

LUDOV. GABRIEL. DU PRE', Quaeſt. med. an in verminoſis affectibus etiam inflammatoriis maturanda purgatio? affirm. Reſp. *Caeſ. Coſte*, ibid. 4.

IOAN. GEORG. ROEDERER, Progr. de febre ex intermittente continua, Goetting. 4.

IOAN. ARMAND ROUSSIN DE MONTABOURG, Quaeſt. med. an chylus et ſuccus nutritius ſimili perficiantur mechaniſmo? affirm. Reſp. *Carol. Sallin.* Pariſiis, 4.

Inträdes tal om Barns ſkötſel i gemen hallit för Kongl. Vet. Acad. den 16 Apr. Ar 1760 af DAVID. SCHULZE, Stockholm. 8 mai.

Select Remains of the learned RAY with his Life by W. DERHAM publiſhd by GEORG. SCOTT. London. 8.

CAROLI

15. WALLERII Agriculturae fundamenta chemica p.139

16. GOÜAN Hortus regius Monſpellienſis p.141

17. TRILLERI Diſſ. de morte ſubita ex nimio violarum odore obórta p.145

18. Noua phyſico-Medica p.162

19. Supplementum alterum ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1759. prodierunt. p.179

20. Supplementum ſcriptorum phyſico-medicorum. quae anno 1760. prodierunt. p. 184

# COMMENTARII
## DE REBVS
## IN
# SCIENTIA NATVRALI
## ET
# MEDICINA
## GESTIS.

VOLVMINIS XI. PARS II.

LIPSIAE MDCCLXIII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Mediolani apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Parisiis apud Briasson, Patauii
apud I. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för Aor. 1760. Vol. XXI. med Kongl. Academiens Tilstaond. Tryckte i Stockholm hos Direckt. Lars Salvius pao des egen Kostnad. 1760. 8 mai. plag. 21. tab. aen. 9.

h. e.

Acta Academiae Regiae Scientiarum Suecicae Anni 1760. Holmiae, Vol. XXI.

Trimestre primum:

1) *Historia cometae* 1531. 1607. 1682 *et* 1759 *observati, cuius reditum* HALLEIUS *iam praedixerat, a* PETRO VARGENTIN *enarratur.* p. 1.

2) *Accuratam descriptionem ac delineationem montis Taberg Smolandiae eiusque fodinarum ferri exhibet* DAN. TILAS. Insignis magnitudinis est, valde acclivis, et hinc illincue ruinis quasi circumdatus, atque, cum ex meris fere mineris ferreis compositus sit, copiosae fodinae semper maximam ferri abundantiam inde educunt. p. 14.

p. 29. 3) *Docimaſiam harum minerarum adiecit* CAROLEIIEL.

p. 30. 4) *Obſeruationes morborum endemiorum vrbis Ic Koeping, eorumque cauſſas deſcribit* ANDRE. I WAEHLIN. Med. D. et Med. Prouinc. Eteni ibi ſaepe occurrunt febres valde pertinaces et faci redeuntes, calculus renum et veſicae, arthritis, p dagra, viſcerum obſtructiones, quin et in nonnull partibus vrbis incolae magis ad phthiſin inet morb contagioſos, quam in reliquis, diſponuntur. Sit vrbis inter tres lacus, impuritas aquae, anguſtia pl tearum, ſtructura aedificiorum ita comparata, ventus haec nimis perflare poſſit, aer ab impurit tibus ibi congeſtis et a paludibus inquinatus; ha omnia morbos antea dictos inducunt. In his it que locis paludoſis phthiſis, quae plerumque mc bis grauioribus accedit, hos lethales reddit. D ſenteria hic primum gignitur, et febres epidemic plerumque malignae ſiunt. Ad geneſin calculi m tum afferre videtur aqua lacus vicini Vetter, quip quae arenam ſubtiliorem continet, quam in va quieſcens copioſe deponit.

p. 35. 5) *Inuentum, quomodo dentes rotarum, quae f les, ad ferrum liquandum neceſſarios, agitant, ex fe fuſo comparantur*, explicat PACO HORLEMANN.

p. 38. 6) *Huic inuento adiicit* SUEN RINMAN *ſi animaduerſiones.*

p. 39. 7) IO. GOTTSCH. WALLERIUS *diſquirit* turam terrae, *quae ex aqua, vegetabilibus et anim bus acquiritur.* Primo hic perſcrutatur *terram*
p. 41. *aqua productam.* Triplici autem modo terra ex aq educitur, putrefactione, coctione ac deſtillatio

ta

tandem trituratione. Qua quidem trituratione, ILLERI methodo (Comment. Acc. Pruſſ. 1746) inſtituta, et ad quatuor vel quinque dies continuata, drachmis duabus aquae niuis deſtillatae ſcrupulum mum ſemis terrae ſubtilis, albiſſimae, mortario et pistillo adhaerentis acquiſiuit. Haec terra albiſſima uit, quam tritu aquae vsque ad ſiccitatem parauit, magis vero griſea, ſi aquae partem euaporauit, cum profecto partes heterogenéae in euaporatione huic terrae admiſceantur. Quae niſi euaporatione plane ſiccetur, a ſpiritu vitrioli, nitri et ſalis quidem ſolitur, ſed parum mouetur: ſin vero igne maxime iccata ſit, ab acidis initio celerrime agitatur, motus vero mox ceſſat, qui tamen, a ſpiritu nitri excitus, diutius durat. Cauſam huius diuerſi effectus eo poſitam eſſe Cl. Auctor ſuſpicatur, quod terra, aporatione ſiccior reddita, maiorem humidi copiam ex acidis attrahere poteſt, quam terra non euaorata. A ſaturata ſolutione ſpiritus nitri colorem cipit griſeum, ſpiritus ſalis flauum, craſſior fit et uaſi oleoſus, oleum vero vitrioli, vel puriſſimum, lerumque opacum inde redditur. Solutio cum iritu nitri difficillime peragitur, alba et flocculenta t, tandem ad fundum vaſis in aere frigido cruſtam rream relinquit, quae ſi aqua diluitur, paululum rae praecipitatur. Alcali fixum, poſt ſaturatiem. et maiorem terrae copiam praecipitat, et coalum cretaceum producit, nunquam autem Cl. Auor cryſtallos inde acquiſiuit. Haec terra calore ui fit maſſa dura, ab acidis non amplius mutanda, rtiori igne in vitrum album mutatur, quod, adto fuligine alioue phlogiſto ante fuſionem, viriſcit. Terra, ex aqua fontana educta, et fortius m acidis antea dictis efferueſcit, quam terra aquae tis, et cum ipſo aceto deſtillato efferueſcit, ex o, adiecto alcali fixo, terram albam Noſter prae-

cipitabat. Itaque POTTIO non aſſentitur, hanc terram a vitro mortarii atque piſtilli detritam eſſe, cum haec inſtrumenta et valde leuigata ſint, et aqua ipſa attritum minuat. Magis vero inquinata fuit terra, quam ex aqua in mortario ferreo, vt et in metallico trita, parauit, quae et partes a mortariis abraſas, et partes terrae in mortario vitreo praeparatae plane ſimiles complectebatur. Tandem diſquirit Noſter, an terra, priusquam aquae admixta ſit, ab aliquo menſtruo ſoluta ſit, vti nonnulli chemicorum putant. Attamen, cum valde differat a terris, quae ab acidis ſolutae aquis admiſcentur; cum deinde aqua, tanta terrae copia onuſta, vix poſt deſtillationem clara manere poſſit: Noſter hanc ſententiam plane reiicit. Oleum ſuccini et ſpicae nardi eodem modo triuit, idque in materiam viſcidam, reſinoſam et ex parte inflammabilem mutauit; vnde appareret, hoc tritu aliquid ſeparari, quod ad ipſius fluidi quod teritur, naturam pertinet, adeoque ſemper aliquid aquae hae triturationе in terram mutari Academia monet, quamquam non omnia ex hi experimentis collecta vera habenda ſunt, haec tamen multis experimentis largam occaſionem ſuppeditare.

p. 60. 8) *Quomodo lapis ollaris fuecicus ad focos fornu cum fuſoriorum plumbi adhibeatur*, docet AXEL CRONSTAEDT.

p. 63. 9) *De meteoris quibusdam ſine fragore viſis, e rumque origine* differit THORBERN BERGMANI Haec meteora ſaepe tum conſpecta fuerunt, cu tellus tremuit. Sonus hanc ob cauſam non audi videtur, vel, quod nimia eſt diſtantia loci, vbi m teorum gignitur, vel, quod aer tenuior eſt, quam, ſonu

ſonum a meteoro exortum vsque ad ſpectatoris aures propagare poſſit.

10) Diarium Academiae mentionem facit de terrae motu inter 21 et 22 Dec. 1759 percepto; de magno frigore Dec. 1759 et Ian. 1760; de marmore nigro Sconiae; HAGSTROEMII Med. Prouinc. tria medicamenta ad vſum domeſticum commendat. 1) Emplaſtrum vulneribus recentibus. Liquantur reſinae abietis, cerae flauae ana ℔j; ſebi ʒß; liquatis addatur pulueris radicis curcumae bene contuſae ʒß. Maſſa per linteum expreſſa in aquam frigidam, deinde in cylindros formata, in charta cerata ſeruatur. 2) Vlceribus inueteratis vnguentum hocce conducit. Lapidis calamin. contuſi et cribrati, lithargyrii ana digitalia tria, ceruſſae quatuor, cum oleo oliuarum in vnguentum, ad pultis conſiſtentiam, rediguntur, quo vulnus veſperi ac matutino tempore illinitur, et interiectis linteis carptis, emplaſtrum imponitur. 3) Lixiuium in hydrope, inprimis anaſarca maxime vtile. Cinerum alni, betulae, iuniperi vel quercus menſura vna coquatur in aquae menſuris duabus ad dimidiam vsque, cui etiam calamus aromaticus adiici poteſt. Lixiuium poſt refrigerium clarius redditum in vaſa minora filtratur, idque ad octauam menſurae partem, veſpere ac mane, calefactum ſumitur, donec depulſa ſit anaſarca. CAR. GABR. BREDENBERG nonnullas tradit obſeruationes de vero vſu acus magneticae in mineris ferri inveſtigandis. Facile enim vena ferri indicatur, ſi oſcillationes acus, quae in motum concitanda eſt, attendamus, quippe quae, ſi nihil ferri adeſt, poſt 5 vel 6 oſcillationes quieſcit, ſin vena verſus boream ſita eſt, poſt 2 vel 3 oſcillationes celeriores quieſcit, ſi ad meridiem poſita eſt, crebrius ſed tardius oſcillat, ſin ad orientem vel occidentem

p. 70

p. 76

vena latet, haec ab acu iam commota melius dete gitur, quam a quieſcente, cum reſiſtentia frictioni ab illa facilius ſuperetur.

Trimeſtre ſecundum:

p. 79. 1) *De radiorum in lentibus refractorum deflexion* differit SAM. KLINGENSTIERNA. Occaſioner huius tractationis inprimis praebuit egregium inuer tum IOH. DOLLANDI, vitrorum poliendorum pe ritiſſimi et mathematici Londinenſis, qui teleſcopi dioptrica, in quibus radii refracti diuerſo colore ap parebant, ita emendauit, vt obiectiuo, compoſit ex duabus lentibus quarum altera erat conuexa, a tera concaua, hoc vitium plane tolleret. Noſte igitur non ſolum hoc inuentum accuratius explica ſed inprimis etiam radiorum deflectiones ex figur vitrorum diiudicat.

p. 125. 2) *Nouam methodum ad rupes ſub aqua ſitas puluer pyrio dirumpendas, eamque experientia confirmatam* docet DAN. TUNBERG.

p. 127. 3) *Vt piſtores minorem ligni copiam conſuman fundos furnorum ex ferro fuſo conficere ſuadet* P. N CHRISTIERNIN.

p. 130. 4) Quam rem vlterius explicat variasque obſer uationes addit AXEL FR. CRONSTEDT.

p. 132. 5) *De vſu medico hirudinum nonnullas obſeruatio nes* exhibet ERNST. DIETER. SALOMON. Cl. RO SE'N primus fuit, qui vſum hirudinum Holmiae in troduxit, quae non, niſi Regiomonte et Gedan apportari poterant. Quam quidem difficultatem SALOMON ſuſtulit, qui primus hirudines in Hol mia

miae vicinia in foſſis paludoſis detexit, easque in vaſis cylindricis ſeruauit linteo obtectis, ne aeris vſu plane priuarentur. In vaſe vitreo, cuius magnitudo menſurae aequat, 50 circiter ſeruari poſſunt, cum facile decreſcant, ſi copioſius includantur. Ad quartum diem ſemper aqua frigida affunditur, et mucus vitro adhaerens abſtergitur, hiberno tempore aqua paululum tepida exhibetur, calor conclauis moderatus eſſe debet, eaeque ſolis radiis interdum ſunt exponendae. Quarum rerum ſi qua negligitur, ſtatim languidiores et minus vtiles fiunt: idem obſeruauit, ſi ad eas nutriendas ſanguinem et lac aquae miſcebat; in ſola itaque aqua ad duos annos has viuentes ſeruauit. Sanguis, lac et aqua ſacharo mixta, quibus ad ſugendum allıciuntur calefacienda ſunt, cum, ſimulac aliquid frigidi ſentiant, ſtatim, quamuis eſurientes ſint, torpeſcant. Quod ſi hirudines ſemel ſatiatae ſunt, vix poſt ſex vel nouem menſes amplius ad ſugendum aptae inueniuntur. Si ſale conſperguntur, ſanguinem quidem reddunt, attamen valde debilitantur et ſaepe exinde moriuntur. Duabus caudam abſcidit, vt ſanguis, quem ſugebant, ex vulnere rurſus emanaret, neque tamen exinde a ſuctione retardabantur, nec maiorem ſanguinis copiam ſugebant, quam reliquae integrae. Vt eo melior ſit effectus curationis, poſtquam remotae ſunt hirudines, Cl. ROSE'N peculiarem ſellam perforatam inuenit, cui ſi aeger imponitur, aequalis ſanguinis effluxus e vulnere ad aliquot tempus ſuſtentatur. Sumitur laſanum, cuius fundus duobus foraminibus pertunditur, ibi quatuor candelae ſatis breues, ne flamma attingat ſuperiora, immittuntur, quo aer tranſiens et calor aegro inſidenti neceſſarium ſanguinis ad 6. 8 et 12 vncias effluxum in vas, ad hanc copiam ſuſcipiendam accommodatum et in medio poſitum, adiuuare poſſit. Non- p. 135. p. 137.

nullos deinde adiicit caſus, vbi hirudines maximo cum emolumento applicauit, et inprimis in haemorrhoidibus coecis.

p. 142. 6) IOH. GOTTSCH. WALLERIUS. *ſecundam exhibet partem diſquiſitionis iam commemoratae* (v. trim. I. 7) *atque terram ex vegetabilibus acquiſitam examinat.* Haec ex plantis ipſis, vel ex earum ſuccis expreſſis et inſpiſſatis, aut putrefactione, aut incineratione paratur; Noſter autem vltima vſus eſt. Inchoauit a mollioribus plantis, iisque inprimis, quibus animalia nutriuntur. Cerealium ſtramina in catino ferreo ad carbonem nigrum exuſſit, qui, auctiori igne, donec catini fundus excandeſceret, et ſemper agitata maſſa, tandem in cineres griſeos mutabantur. Quos igne vehementiſſimo furni docimaſtici ad duas vsque horas, vlterius calcinauit, et terram albam exinde acquiſiuit, cuius quantitas vix dimidiam cinerum priſtinorum aequabat. Haec cum acidis mineralibus non efferueſcebat, nec ab oleo vitrioli puriſſimo, nec a ſpiritu nitri fumante, nec a ſpiritu ſalis fumante ſoluebatur, nec ipſum alcali volatile, his ſpiritibus in tribus diuerſis vitris deinde affuſum, aliquid praecipitabat. Ad ebulliendos hos liquores igni imponebantur haec vitra, atque tum oleum vitrioli, quod copioſae terrae griſeae non ſolutae incumbens, clarum apparebat, nunc decantatum, adiecto oleo tartari per deliquium, terram albam praecipitabat, ſed mixtura alba et ſpiſſa reddebatur. Decantatus ſpiritus nitri etiam clarus, cum eodem ſale tartari deponebat terram albam, in maſſam quaſi glutinoſam coalitam, et mixtura pellucida manebat. Ex ſpiritu ſalis, ſubluteo colore tincto, terra alba fundum petebat, et mixtura fiebat alba et ſpiſſa; e contrario alcali volatile nec praecipitationem, nec mutationem efficiebat, et leuis tan-

tantum nubecula in ſpiritu nitri, decantato conſpiciebatur. Haec terra in igne fuſorio, follibus intenſo, breui in vitrum viride mutabatur. Ex foeno grami- p. 144.
num molliorumque plantarum, nec minus ex abſinthio, tanaceto et ſaluia ſimilem fere terram eduxit. Cerealium ſemina incineratione terram ſuppe- p. 148.
ditabant, quae in eo a terra ex ſtramine parata differebat, vt in igne facilius flueret, in ſpiritu nitri et ſalis minus, in oleo autem vitrioli magis, quam illa, ſolueretur. Praeter alias vegetabilium terras, etiam p. 152.
diſquiſiuit eas, quae ex plantis producuntur, vt humum hortorum, ceſpitem bituminoſum (*Turf*) et fuliginem. Priora exhibebant terram quodammodo martialem, fuſco rubram; fuligo autem in vaſe clauſo igne vehementiſſimo calcinata minime mutabatur, ſed potius durior et magis ſplendida reddebatur, et neque ante calcinationem, nec poſt, cum acidis efferueſcebat, nec ab his ſoluebatur. Cum itaque haec in re differat a fuligine, quam BRANDTIUS (v. Act. Acad. 1756) examinauit: nos exinde certiores reddimur, varias eſſe fuliginis ſpecies, profecto a varietate fumi diuerſarum plantarum vel animalium pendentes. Ex his igitur experimentis patet, triplicem terram ex vegetabilibus parari poſſe: 1) plus minusue facile in igne fluentem, ex plantis, quae farinaceae, nutrientis et laxioris indolis ſunt; haec ſoluitur magis ab oleo vitrioli, quam a reliquis acidis, et ab alcali fixo praecipitatur: 2) abſorbentem, ex ceteris plantis minoribus, quae priori magis a ſpiritu nitri et ſalis ſoluitur, et ab alcali et fixo et volatili praecipitatur; minus ab oleo vitrioli ſoluitur, et alcali tantum fixo exinde praecipitatur: 3) calcaream, ex plantis durioribus et lignis, quae, quo duriora ſunt ligna vnde producitur, eo difficilius in igne fluit. Hinc veteres Chymici iam obſeruarunt, ea vitra, quae ex duriſſimi

riſſimi ligni cineribus parantur, prae reliquis maximum ignis gradum ſuſtinere poſſe. Inprimis vero mirandum eſt, diuerſas terras ex eadem planta produci, vti Cl. Auctoris experimenta cum amygdalis et nucibus inſtituta declarant. Harum enim cortices calcinati terram exhibebant calcaream cum ſpiritibus acidis efferueſcentem; nuclei e contrario terram praebent, quae elixiuata cum ſpiritu nitri leuiter, cum ſpiritu ſalis et oleo vitrioli minime efferueſcit. Itaque Chymici refutantur, qui ſtatuunt, ſolam terram calcaream ex mineralibus ſolubilem eſſe, eamque plantis nutrimenta ſuppeditare. Eodem modo apparet, non ab omnibus plantis ſal alcalicum praeparari poſſe.

p.156. 7) Numerum natorum, mortuorum, et matrimonio iunctorum ab anno 1730 vsque ad 1755 in vrbe Norkoeping indicat ER. LUNDGREN.

Trimeſtre tertium:

p.159. 1) *De vermibus inteſtinorum, inprimis de taenia* tractat NIC. ROSE'N. Vermium ſemina facile ingeri poſſunt cum aqua minus pura, variisque cibis, praeſertim piſcibus, et Ill. Auctor aſſerit, ſe et in cocto piſce taeniam viuam reperiſſe. Haec ſemina in primis viis euoluuntur, ſi viſcido aut plicis inteſtinorum firmiter adhaerent, nec ab arteriis pulſantibus mouentur, nec a motu periſtaltico ſtatim expelluntur, nec a liquore inteſtinali deſtruuntur. Hic itaque morbus maxime proprius eſt debilioribus, infantibus, feminis, et iis, qui vitae ſedentariae dediti ſunt. Is porro ſaepe inuenitur in locis, vbi piſces copioſe adſunt, cum in Hollandia dimidia fere pars habitantium, in Heluetia decima, taenia laboret, et dimidia fere pars ſtudioſorum, qui ex Bothnia

Bothnia orientali Vpſalam veniunt, hoc malo afficiatur. Taenia vero non tantum in aqua, piſcibus, et hominibus reperitur, ſed in canibus etiam, felibus, ouibus, gallinis, anſeribus atque columbis. Adeoque FORNANDER enarrat, hanc a vacca electam fuiſſe, et BARELIUS taeniam in catuli inteſtinis vidit; vnde putandum eſt, hanc nobiscum naſci poſſe. Cauſae incommodorum, quae vermes parant, ab eorum pendent magnitudine et copia, porro, quod in muco nidulantur, ab eorum perſpiratione et excrementis, nec minus, ſi inteſtina perforant, inprimis autem, quod ſe mouent, ſerpunt et fugunt. Ad motum incitantur, ſi eſuriunt, vel a cibis aut medicamentis, ipſis contrariis, vbi ſaepe dolores efficiunt. Puella enim ab aſſumta drachma ſemis pulueris rad. ialappae et ſcrupulo ſemis ſeminis cinae dolorem in dextro latere ſentiebat, qui, poſtquam hoc latus petroleo inunxerat, ſtatim in ſiniſtro latere percipiebatur, et, hoc etiam peructo, mox in dextrum latus redibat; idem vero puluis cum ſcrupulo ſemis rad. ialappae auctus vermes expulit. Irritant vero taeniam, vti aegroti affirmant, inprimis caro ſalita vel fumigata, perna, ſalmo ſalſus, braſſica, cibi cum porro et armoraceo praeparati, ſacharum, mulſa, vina acida, allium, aſſa foedita, flores ſulphuris, ſemen cinae, aut medicamenta ex verbena vel abſinthio confecta. p. 167. Acidulae martiales hanc debilitant; iter et equitatio aegris maxime conuenit. Ex variis vero ſignis vermes cognoſcuntur; taeniam declarat pondus in ventriculo aut in latere perceptum, quaſi pila adeſſet, ſenſus aegri, quaſi quid fugeret, vel piſcis caudam moueret; lumbricos indicant tormina, inprimis ad vmbilicum; aſcarides vero pruritus ani, perpetuus teneſmus, languor et ſtupor. Taenia praeſertim perturbat aegrum exeunte luna et initio nouilunii, lumbrici autem, dum luna decreſcere et incipit et ceſſat, quod Cl. Auctor inprimis in puero decem

anno-

annorum obſeruauit, qui ſemper decreſcente luna maxime torquebatur, quem tamen puluerib̃ ex radice ialappae, ſem. cinae, ſale martis et pauxillo mellis a lumbricis liberauit. Emetica tanquam certiſſima commendat medicamenta, quibus ſymptomata, a vermibus excitata, leniri ſolent. Aſcarides facile clyſmate, lumbrici puluere rādicis ialappae et ſem. cinae expelluntur. Difficilius vero taenia expellitur, quod et anguſtiori corporis extremo, et tubulis ad fugendum deſtinatis, qui ex quouis eius ſegmento prominent, inteſtinis firmiter ſeſe
p.173. adhaeret. Cum Cl. Auctor viderit taeniam mortuae ſimilem ab affuſa aqua calida rurſus moueri, a frigida vero ſtatim quieſcere et mortua quaſi fundum vaſis petere, hanc optime expelli poſſe putauit, ſi aegro purgans remedium daret, eique, dum illud operatur, magnam aquae frigidae copiam exhiberet. Hoc enim frigido potu taeniae facultas ſeſe inteſtinis adhaerendi demitur, vt vel hocce purgante eiiciatur, vel ſaltim profundius in inteſtina detrudatur, et alia ſumta doſi tandem expellatur. Hanc methodum, Noſtri ſuaſu, tentauit maximo cum ſucceſſu DARELIUS, qui aegros curabat ſumptibus Epiſcopi Kalſenii ad fontem ſotericum Saettrenſem ſuſtentatos, eiusque ſucceſſores hanc etiam approbarunt. Hoc enim modo expulſa eſt taenia integra 17 vlnar. quae in noſocomio Vpſalienſi ſeruatur, et cuius extremum in paruum aculeum quatuor foraminibus pertuſum finitur. Curatio autem ita inſtituenda eſt. Aeger taenia laborans primo die, quo aduenit ad fontem, quieſcat, deinde purgans ſumat et aquas minerales ad ſeptem vel octo dies bibat. Si frigidam igitur aquam perferre adſueuit, matutino tempore ei exhibeatur laxans v. c. radicis ialappae ſcrupuli duo vel vncia vna ſalis DE SEIGNETTE, vel vncia vna cum ſemiſſe. Si remedii effectum iam ſentit, ſtatim vi-

trum

trum aqua minerali repletum ebibit, idemque singulis 3. 4 vel 5 minutis repetit, quamuis magna sit aquae assumtae copia, quae cum statim rursus egrediatur, vix nocet. Quod si tum taenia tota expellitur, curatio cessat; sin pars tantum exit, idem remedium per aliquot dies reuocandum erit. Varias deinde aegrorum historias Cl. Auctor enarrat, quibus iam commemorata magis magisque explicantur

2) IOH. GOTTSCH. WALLERIUS in tertia parte disquisitionis supra indicatae considerat *terram ex animalibus*. Incipit ab ouo eiusque partibus, deinde terram ex sanguine, carne et ossibus perscrutatur. Albumen oui gallinacei post longam coctionem tandem fuscum et pellucidum fiebat, quod in furno docimastico flammam concipiebat, ebulliebat et moderato igne adeo volatile reddebatur, vt a 20 ouis vix 5 vel 6 grana terrae purae albo-griseae relinquerentur. Haec minime efferuescit cum acidis, sed facile fusione in vitrum subuiride mutatur. Vitellum, leni calore exsiccatum, in furno docimastico mox liquescit, destragrat, et, vti resina in fortiori igne, hinc illinc dispergitur, tandem catinum vitro flauo incrustat. Testa parum differt a terra calcarea et facile in vitrum viride mutatur. Hae triplices terrae ex oui partibus productae, maxime similes sunt triplici terrae ex vegetabilibus. Terra ex sanguine bouis facilius igne liquescit, quam terra ex carne bouina. Ossa calcinata in furno docimastico in albo-uiridem massam vitrescunt; commixta vero cum terra calcarea vegetabilium, massam murrhinae similem exhibent. Quatuor igitur species terrae ex animalibus Cl. Auctor produxit, 1) igne facile fluentem ex liquidis partibus, 2) absorbentem, quae igne liquescit ex mollioribus solidis, 3) absorbentem vix igne fluentem, a durioribus, 4) calcaream ex testis, conchis, p. 191. p. 197.

chis, cet. Terra ex durioribus animalium partibus maiorem ignis gradum ſuſtinet, quam terra ex eorum fluidis, quae contra facilius igne liqueſcit. Terrae ex vegetabilibus ſemper facilius in igne fluunt, quam animalium terrae; illa a ſpiritu nitri magis et citius in gelatinam mutatur, haec a ſpiritu ſalis; et inter calcem vegetabilium ac animalium magna eſt diuerſitas. Cauſas, quae terras plus vel minus facile fluentes reddunt, Noſter ponit in particularum componentium denſiori vel laxiori coniunctione, a fortiori vel debiliori, tardiori vel celeriori motu pendente. Id exinde confirmatur, quod in orbe terrarum nulla his ſimilis adeſt, nec niſi ſoluta terra plantarum ac animalium poros ingredi poteſt, terra vero trituratione aquae producta ad has terras proxime accedit.

p.199. 3) *Animaduerſiones in* D'ALEMBERT *Theoriam lunae* exhibet DAN. MELANDER.

p.213. 4) *Commodiores officinas pulueris pyrii exſtruere docet* CAR. KNUTBERG, in quibus maſſa non, vti alias, piſtillis contunditur, ſed cylindris metallicis molitur. Maximum commodum, quo prae reliquis haec officina ſeſe commendat, inprimis eſt minus periculum ab accenſa materie metuendum.

p.227. 5) *Quomodo Poloni agros exarare ſolent, vt foſſis peculiaribus ad aquas educendas commode carere poſſint, accurate commemorat* GEORG. SILEN.

p.234. 6) *Salubritatem climatis confinium Lapponiae borealis ex catalogo natorum ac demortuorum demonſtrat* ANDR. HELLANT. In duabus parochiis intra circulum polarem ſitis, quamuis magnum ibi ſit frigus, numerus tamen demortuorum vix dimidiam natorum atti-

attigit, atque cum in reliquis Sueciae regionibus quotannis decima quarta circiter pars moriatur, ibi vix ſeptugeſima incolarum pars morte abripitur. Cauſas, cur incolae ibi tantopere multiplicentur, in eo ponit, quod a lapponicis parentibus exorti vitam ruſticam degunt, cum contra reliqui Lappones, qui agriculturam negligunt, ab anno 1695 ad 1759 multo minus incrementum acceperint.

Trimeſtre quartum:

1) THORB. BERGMANN hic tradit *hiſtoriam litterariam doctrinae de crepuſculis*, cui adiicit deſcriptionem antierepuſculi Mairani, quod in oppoſito loco ſolis, et orientis et occidentis, quotidie praeſertim hiberno tempore, apparet, et ſiſtit ſegmentum coeli ſereni coeruleum, cuius margo ſuperior colore plus minus rubro praeditus eſt. p. 239. p. 251.

2) Prioribus iam laudatis terrarum diſquiſitionibus IOH. GOTTSCH. WALLERIUS hic adiicit quartam partem, quae tractat *varietatem terrae calcareae ex plantis, animalibus et mineralibus paratae.* Hoc examen inprimis inſtituit ad vſum oeconomicum, vt diiudicaret quae calcis ſpecies praecipue in muris exſtruendis adhiberi poſſit. Porro diſquirit, quantum ponderis quaeuis ſpecies calcis calcinatione amittit. In furno igitur docimaſtico, calcinatione ad ſex horas continuata, 360 grana lapidis calearei duri 159 grana perdiderunt; idem pondus coralliorum gotholandicorum in eodem ſpatio temporis amiſit 160 grana; concharum ad littora maris collectarum 161; cretae 162; teſtarum ouorum 180; ponderis amiſſio in terra et calce vegetabilium minus certa eſt. Ex his apparet duriſſimum lapidem calcareum ſemper maximum pondus amittere. Deinde p. 252. p. 253.

diſquiſiuit, quantum humidi aeris quaelibet calcis ſpecies attrahat, quibus in loco, vbi radii ſolis non pertingunt, poſitis, biduo poſt reperit, auctum fuiſſe pondus calcinati lapidis calcarei duri granis 17; concharum Balsbergenſ. 16; conchyliorum ex littore maris 13; cretae 9; teſtarum ouorum 6; cinerum ligni 12; pondus 100 gr. calcis ex mollioribus plantis vix 4 gr. auctum erat. Quo durior itaque eſt materia calcis, eo maiorem humidi copiam ex aere attrahit, calx vegetabilium minorem calce animalium, haec multo minus calce mineralium.

p.256. Cum indagabat, quantum aquae retinerent haec calcinatae ſpecies calcareae, ſi aqua extinguerentur, biduo poſt inuenit 200 gr. calcis lapidis calcarei duri retinuiſſe 112 gr. aquae; 201 gr. calcis ex conchis praeparatae 99. 199 gr. concharum Balsbergenſ. 18. 199 gr. conchyliorum 89. 202 gr. cretae 100. 212 gr. teſtarum 95. 190 gr. vegetabilium 78. 109 gr. calcis abſinthii 9. Ex his conſtat, calorem calcis ab affuſa aqua exortum, minime duritiei materiae calcareae accommodatum eſſe, cum cretae ac teſtarum ouorum calx citius incaleſcat, calce lapidis calcarei, conchyliorum et plantarum. Calx mineralis ab aqua intumeſcit, vti animalis, ſed in puluerem tenuem mutatur, vegetabilis nec intumeſcit, nec in puluerem abit. Ad calcem durioris materiae cum aqua extinguendam maior aquae copia requiritur, quam ad calcem laxioris indolis; ad mineralem magis, quam ad animalem, multo minus ad vegetabilem. Calcem lapideam vero Cl. Auctor inprimis aptam iudicat ad vſum architectonicum, quod facilius extinguitur, ad commixtionem cum arena minorem aquae copiam requirit, et citius exſiccatur, calce conchyliorum

p.261. Tandem quam differentiam harum calcis ſpecierum in igne docimaſtico reperit Noſter, hic indicat. Vegetabilis enim terra calcarea in horae ſpatio in vitrum

vitrum viride liqueſcebat; animalis duas horas et fortiorem ignem requirebat, priusquam in vitrum pallidoviride mutabatur; mineralis vix ſine additamento fluit. Vti vero gypſum nimis calcinatum non amplius ab affuſa aqua indureſcit, ſic nimis exuſta calx conſuetum habitum ad aquam amittit. Moderandus igitur eſt ignis in furnis calcareis.

3) *Peculiarem cariem oſſis pubis* deſcribit ROLAND. MARTIN. In iuuene viginti annorum, cuius mors a vitio veſicae vrinariae pendere ſuſpicabatur, detectum eſt, praeter vaſa rubicunda anterius ad fundum veſicae, liquorem nigrum grumoſum extrauaſatum, et os pubis dextrum ſic deſtructum a carie, vt in rubicundam putrilaginem fere diffluëret, ſiniſtrum vero os pubis firmius erat. Perioſtium illaeſum cum muſculis, oſſi pubis inſertis et rite cohaerentibus, quaſi vaginam ſiſtebat, quae cariem ex oſſis ſubſtantia natam includebat. Symphyſis integra erat, oſſis vero extremitas dextra, quae ad inciſuram iſchiopectineam ſpectat, plane exeſa inueniebatur, et ramus oſſis iſchii ſimili labe afflictus erat, attamen rami arteriae pudendae circumflexae et neruus ad penem directus minime laeſi erant. Os pubis ſiniſtrum minus corruptum, nec tumidum, tantopere a perioſtio ſeparatum conſpiciebatur, vt quaſi ex vagina inde extrahi poſſet. Vlcera, quibus demortuus nonnunquam in brachiis et pedibus laborauerat, et phimoſis oedematoſa aliquid miaſmatis venerei indicabant, quamquam ſymptomata deerant, quae alias a contagio pendent, cum glandulae vrethrae nec induratae nec eroſae eſſent. Hic ſimul tractat I. Auctor, poſt DUVERNEYUM, PETITUM et PRINGLE, diſcrimen cariei ſcorbuticae et exoſteos venereae. Cauſa morbi in defuncto parum certa erat. Inueniebatur enim paulo ante eius m- p. 262. p. 266.

tem tumor ad os pubis dextrum, qui tactui cedebat quasi adesset hernia intestinalis, hoc vero sublato hectica febris aegrum maxime debilitabat, abdomen valde tensum erat, et vrina difficile mittebatur.

p.271. 4) *Machinam ad opticas delineationes conficiendas aptam* proponit IONAS NORBERG.

p.276. 5) *De origine tabanorum* differit CAROLUS DE GEER. Primus est Cl. Auctor, qui huius infesti maxime vulgaris laruas copiose in terra pratorum de texit, et eius mutationes tandem mense martio 176 animaduertit. Plerumque laruis tipularum aequan corpus ex duodecim annulis compositum pedibus c ret, caput vncis duobus instruitur, quibus annititu vt, contractis annulis, proserpere possit, cuius n mechanismus hic vberius explicatur. Laruas o in vitrum ad dimidiam vsque terra repletum charta obtectum immittebat, sed paulo post tr tantum inueniebat, vnde existimat, reliquas ab h
p.286. denoratas fuisse. Chrysalides semper ad dimidia e terra prominent et initio iulii sub tabanorum fo ma exeunt, quorum euolutiones, partes ac diff rentia sexus hic vlterius describuntur. Inprimis ve mirandum est, tantum feminas tabanorum animal prosequi solere, vt et nos tantum feminae culicu aculeo nocent, et fortasse hae feminae ad increme tum ouorum copiosiori, quam mares, nutritio indigent.

p.291. 6) *De modo, quo metallum Pinschback praepar tur*, differit HENR. THEOPH. SCHEFFER, H metallum, cuius natura diu incognita fuit, malle bile, auro cum cupro commixto interius et exteri simile, ex cupro et zinco componitur, nec nigr

sc

ſcit, nec aerugine afficitur. Priusquam Cl. Auctor eius praeparationem deſcribit, quaedam praemittit experimenta cum cupro inſtituta, atque concluſiones inde eductas adiicit, quae cupri mineras faciliori methodo liquefacere docent, et ob amplitudinem nimiam hic vix commemorari poſſunt. Hoc tantum exinde annotemus, aeruginem cupri inprimis pendere a ſulphure, quod cupro ineſt, cuius acidum ſeſe commiſcet cum aeris humiditate, vel cum aqua pura, atque metallum arrodit; minime igitur ex aerugine metallorum acidi exiſtentia in aere demonſtrari poteſt. Et enim maxima pars cupri minerae flauae eſt ferrum, p. 299. minera vero ex cupro tantum ac ſulphure compoſita griſea eſt, qualis in Smolandia effoditur, ex cuius centum libris 70 vel 78 librae cupri educuntur. Quod ſi in fuſione cupri plumbum adiicitur, tunc ſulphur cupri optime compeſcitur, cuprum multo ductilius redditur, nec facile ab aerugine laeditur, nec nigreſcit, quibus virtutibus cuprum Tyrolenſe inprimis ſe commendat. His adiicit Cl. Auctor amplam deſcriptionem praeparationis metalli artificialis Pinſchback.

7) *Lepram piſcium et animalium in Norwegia* de- p. 306.
ſcribit ANT. RUD. MARTIN. Med. Stud. Morbi huius, qui lepra (Spitaelska) dicitur, et ibi maxime vulgaris eſt, Cl. Auctor inprimis tria ſtadia inter aegrotos obſeruauit. 1) Initio enim aegri tabeſcunt, facie cachectica et ſplendente, cuius cutis leuiter intumeſcit et adenitibus referta videtur. Saepe apparent maculae tumidae ac inaequales, in adultis ad nummum magnitudinem creſcentes, quae minime ſuppurant, ſed indureſcunt, interdum vel ſanguine vel ſanie replentur. Interdum vlcus accedit, tum adeps colore plumbeo remanet, cutis vero corrugatur vel deſquamatur; minime tamen haec ſuppuratio

vicinas partes arrodit, nec pruritum excitat. 2) Adenites totum corpus vsque ad pedum plantas occupant; in aliis oedemata pedum oriuntur et supercilia plane defluunt, minus vero crinis; palpebrae, labia, palatum palleſcit. 3) Naſus ita contrahitur, vt vox et respiratio laedatur. Adenites naſi et labiorum diruptae ſanguinem aqoſaniem emittunt. Hic morbus plerumque 12 vel 14 annos perdurat, priusquam hoc ſta-
p.309 dium attingit. Cauſas huius morbi inprimis ab eſu piſcium leproſorum et animalium hoc malo laborantium pendere, multi aſſerunt. Inueniuntur enim multi lacus, qui ſalmones leproſos, (farionem alpinum) continent, quibus incolae ibi degentes inficiuntur. In alpino diſſecto adenites perſpexit Cl. Auctor, quae vermes, faſciolis LINNAEI non diſſimiles, includebant. Boues lepra affecti valde pingueſcunt, multas magnasque adenites in carne pectoris habent, adeoque in pulmonibus, pericardio, hepate, omento, in nonnullis corpora rotunda, alba, vermibus ſimilia deprehendebantur.

p.312. 8) *De ſummo frigore, quod menſe Ianuario 176 in Lapponia ſaeuiit*, ANDR. HELLANT hic diſſert. In hoc frigore thermometri mercurius tam celeriter aſcendit, vt nec manus, nec candela ob calorem propius afferri poſſent. et Cl Auctor non niſi e longinquo ſcalpelli acie illius gradus annotare cogeretur. Cum thermometrum ante feneſtram poſitum in conclaue referret, nec globulum eius attingeret ſi-tim mercurius ad 3 vel 4 gradus deſcendebat, mox ad 7 vel 8 gradus rurſum aſcendebat. Si thermometrum ſubito ex frigido loco in calidiorem conferebatur, ſemper mercurius, ſi modo frigus 5 graduum vel maius eſſet, in ſphaeram ingreſſus e-
p.318. Varios effectus frigoris in inſtrumenta muſica Noſt. obſeruauit. Etenim ſonus chordarum inſtrumen-

(Cl

(Clauicymbel) frigore 40 graduum, tono integro acutior factus eſt, ſoni vero illius acutiores multo minus exinde mutabantur, ſonis eiusdem grauioribus. In duabus tibiis (Fleute traverſe) contrarium apparebat, cum altera frigori expoſita tono integro grauior redderetur, quam altera in calore relicta. Fragorem ab explosis tormentis aut ſclopetis ortum in magno frigore vix in tertia diſtantiae parte percipimus, quam alias in calidiore aere auditur.

II.

Traité des Maladies des Femmes, ou l'on a taché de joindre a une Theorie ſolide la pratique la plus ſure et la mieux eprouvée, avec un Catalogue chronologique des Medecins, qui ont ecrit ſur ces maladies. Par I. ASTRUC Profeſſeur royal de Medecine et Medecin Conſultant du Roi, a Paris chez P. Guillaume Cavelier 1761. 12mo mai. Tom. I. pag. 350 tab. aen. 4. Tom. II. pag. 423, Tom. III. pag. 443. Tom. IV. pag. 364.

h. e.

Tractatus de morbis mulierum cet. Auctore Cl. I. ASTRUC. Tom. I. II. III. IV.

Elegans et ſuo auctore dignus de morbis feminarum tractatus in duos libros diuiditur, quorum quilibet duos tomos habet. *Primus liber* de morbis per catamenia productis agit, in cuius capite primo ſtructura matricis, in 2do menſtruorum fluxus, in 3tio prima horum proruptio, in 4to fluxus hic imminutus aut plane ſuppreſſus, in 5to eiusdem ob vitium aliquod conformationis retentio, in 6to diffi-

cilis ille, et in 7timo aliunde prorumpens pertractantur. Alter huius libri tomus continuatio prioris eſt, caput itaque 8uum chloroſin, 9num immoderatum catameniorum profluuium et vteri haemorrhagiam, 10mum fluorem album, 11mum menſtruorum ceſſationem, 12mum μητρομανίαν ſ. furorem vterinum exhibet. *Liber ſecundus* agit de morbis a ſtatu vteri diuerſimode mutato oriundis, ſic vt caput 1mum tractationem de inflammatione, 2dum de gangraena et ſphacelo, 3tium de apoſtemate, 4tum de vlcere, 5tum de ſcirrho, 6tum de pſeudo ſcirrho ſiue ſteatomate et ſarcomate, 7mum de cancro, 8uum de hydrope, 9num de variis tympanitidis generibus, 10mum de vteri deſcenſu continet. In ſecundo huius libri tomo in deſcriptione morborum ab vteri vitiis natorum Cl. Auctor pergit, et in capite 11mo vaginae excreſcentiam eiusdemque interioris tunicae elongatae, quin ipſius vteri inuerſi, prolapſum, in 12mo ouariorum tubarumque Fallopianarum valetudines et in 13tio tandem paſſionem hyſtericam ſ. ſuffocationem vterinam deſcribit. Quibus omnibus auctorum, qui ab HIPPOCRATE ad EITZ. GERALDUM D. et Prof. Monspelienſem peculiares de feminarum morbis libros conſcripſerunt, indicem adiungit, et tertiam totius operis partem, de grauiditate et morbis abinde dependentibus exponentem, breui in publicum prodituram promittit, quam nemo non eo maiori cum deſiderio expectat, quo ceteris de hoc argumento conſcriptis elegantiorem vtilioremque futuram non praeuidere nequit.

T. I. Sed praemiſſo iam totius praeclari huius operis conſpectu, opus eſſe videtur, quo vel et aliqua e eo hinc inde depromta addamus.

An

Anatomiae vteri gnarum iam lectorem Cl. Auctor ſupponit, proindeque vaſa ſaltem ſanguifera intermediam et internam vteri tunicam diſtributa accuratius deſcribit, et vaſorum deinde peculiarium, p. 6.
intra easdem tunicas reperiendorum colatoriorumque vices ibidem praeſtantium ſtructuram quin etiam humoris ex ipſis ſeparati naturam explicat. In omni quippe puncto, vbi ſubtiliſſima vaſa arterioſa cum venoſis in vtero coeunt et anaſtomoſin formant, appendices venoſae perpendiculariter adſcendunt, quas tab. 1 et 2. 3 exprimit, quae tunicam vteri in- p. 9.
ternam perforant, et in vltimis tantum grauiditatis menſibus in conſpectum prodeunt, quo tempore p. 10.
quatuor vel quinque lineas in vtero, atque quidem eo in loco, vbi placenta adfixa eſt, prominent, et productionibus ſuis in cauitates placentae ipſis proportionatas ſe inſinuant, et ſic placentae non tantum adhaeſionem firmiorem praeſtant, ſed etiam vel ipſum ſanguinem per aperta oſtiola in cellulas placentae effundunt, qui abhinc abſorbtus, per venas vmbilicales ad embryonem fertur. A vero propius etiam abeſt, quod et tempore, quo catamenia fluunt, hae appendices aperiantur ſanguinemque fundant, p. 11.
extra has autem periodos aut valuulis aut fibris ſuis circularibus quam exactiſſime claudantur. Alterum vaſorum genus ſub eadem tunica vteri interna reconditum conſtituunt innumera ſubtiliſſima vaſcula vermicularia, 4 ad 5 lineas longa, lacteo humore turgentia, quorum nouem circiter vel decem in glomerulum voluuntur, in cuius centro veſiculam quaſi formant, in quam lacteum ſuum humorem depluunt, qui per paruum canalem excretorium interiorem vteri tunicam perforantem in vteri cauum effunditur, p. 14.
Tab. 3. f. 1. a. b c. Cum autem ſubtiliſſima lactei huius humoris pars per vaſa lymphatica continuo reſorbeatur, craſſior relicta ſenſim ſenſimque accumula-

mulatur, vnde vaſcula ipſa inflantur et venas, qua cingunt, arctant, comprimunt et ſic localem vteri plethoram pariunt. Poſtquam vero venae ita fuerunt compreſſae, ſanguis, cuius liber circuitus iam fuit interceptus, in laterales appendices venoſas penetrat, ipſas diſtendit, elongat, tandemque aperit et data tunc ſibi porta ſub catameniorum nomine e vtero ruit.

p. 87. Quinque huius diuerſos ſtatus Cl. Auctor adſumit; vbi itaque vaſorum vermicularium aeque ac venarum atque quidem in primis harum appendicum debita et conueniens flexilitas eſt, fluxus erit regularis et absque notabili incommodo, et hunc primum ſtatum appellare Auctori placuit. Secundus ſtatus eſt, vbi vaſa vteri vermicularia nimis dura, rigida vel denſa, venae autem nimium compreſſae et paruae ſunt, et fluxus tunc vel imminutus vel penitus ſuppreſſus eſt. In tertio ſtatu orificia vermicularium aeque ac venarum ſe aperiri haud patiuntur, vnde idem ac in priore effectus ſequitur. In quarto venarum tantum oſtiola aperiuntur, vermicularia vero clauſa manent, venas ideo comprimere non deſinunt, hinc immodicum menſtruorum profluuium procreant. In quinto vermicularia aperta ſaltem ſunt, et continuo lacteum ſuum humorem plorant, quare venae comprimi non amplius poſſunt, et fluor albus naſcitur. Simplices hos ſtatus ideo Cl. Auctor nominat, quod ab horum concurſu plures adhuc poſſint proficiſci, compoſiti vtique tunc nuncupandi. Diagnoſin his atque prognoſin primae menſtruationis addit, et in curatione ea tantum proponit, quae in 2do et 3tio ſtatu prodeſſe poterant, diluentia quippe, humectantia et emollientia tam interne ſumenda quam extus adplicanda.

p. 91.

p. 95.

p. 98.

p. 105.

p. 116. Contra ſanguinis lentorem aperientia et reſoluentia ſuadet, horumque plura nominat, tandemque remedia

media profert primam menſtruorum eruptionem ad- p. 123.
iutura. Ad menſtruorum ſuppreſſionem nunc Au-
ctor deſcendit, cuius triplicem cauſam ſtatuit. Et-
enim vel vaſa vteri vermicularia ſe ita non diſten p. 128.
dunt, vt venae ipſis adiacentes ſatis comprimantur;
vel venae et appendices venoſae ſe adeo diſtendi
non patiuntur, vt oſtiola aperiantur, vel ſanguis
tanto cum impetu non in venas et harum appendi-
ces fertur, vt oſtiola aperire valeat. Ipſius huius p. 138.
mali genus duplex eſt, alterum, vbi ſubito tempo-
re ipſius periodi ab animi pathemate, vel aere fri-
gido extus admiſſo, menſtrua fluere ceſſant, pedilu-
uiis, frictionibus, volatilibus, caſtoreatis opiatisque p. 167.
reuocanda; alterum, vbi in ipſa periodo fluere qui-
dem non deſinunt, in ſequenti tamen non redeunt,
ſed variis medicaminibus pro varia, quam agnoſcunt,
cauſa, ſeligendis prolici debent. Praeterea vero et-
iam poſſunt menſtrua retineri, ſi quod in vagina p. 229.
conformationis vitium v. c membrana, excreſcentia
vel cicatrix eſt, quo in caſu optimum ſemper ſola-
tium a lanceola ſperandum eſt. Accidit vero etiam, p. 304.
vt menſtrua interdum ex peregrinis locis prodeant,
quo in caſu ad quatuor medicus reſpicere in cura-
tione tenetur: 1) quo naturalem horum fluxum ſe- p. 322.
lectis quidem, nequaquam tamen valentioribus me-
dicaminibus reſtituat, pro quo ſcopo virginibus
matrimonium ſuadere poteſt: 2) quo peregrinae
huic proruptioni venaeſectione in talo frequentiore
praeueniat: 3) acrimoniam ſanguinis humectantibus,
diluentibus, balneis corrigat: 4) ipſumque, ſi abun-
dantior fuerit, fluxum moderetur.

Tranſit Auctor ad tomum 2dum. In cuius ca- T. II.
pite 1mo chloroſin examinat, cuius cauſam ſolum p. 1.
ſanguinis colorem deperditum ſiſtere oſtendit. Ta-
lis autem ſanguis eſt, ſi quando globuli rubri aut p. 14.
ſuffi-

ſufficienti copia non adſunt, aut non ſatis diuiſi agitatique per vaſa feruntur. Quapropter in curatione eo ſaltem enitendum eſt, quo color iſte ſanguinis exercitatione corporis frequentiore, conuenientibus ſelectisque medicamentis purgantibus, ſtomachicis, martialibusque reſtituatur. Succedit immoderatum
p. 65. menſtruorum profluuium, quod praeſens eſſe cognoſcitur, ſi vel ſaepius, quam par eſt, redit, vel diutius vtique durat. Haemorrhagia vero dicitur, ſi vel extra periodi terminum abundantius ſanguis effer-
p. 110. tur. Haec illo longe periculoſior fluxu eſt, nam ſolutionem vtplurimum continuitatis ſolidorum ſequitur, cum illud ſaepiſſime a ſola dilatatione, mollitie aut laxitate ſolidorum proueniat. In curatione neceſſe eſt, vt, ſi malum vrgere videatur, largiori et reiterata venaeſectione ſanguinis modus imminuatur, capacitas vaſorum augeatur, nimia vteri ſenſibilitas narcoticorum vſu moderetur, quin ipſius ſanguinis rarefactio temperetur. Quod ſi vero a vehementia ſua quidem remiſerit, neque tamen fluere penitus deſierit, venaeſectio in brachio ſuſcipienda, purgantia ſaepius reiteranda et cauſae remouendae ſunt, quae illud arceſſunt. Ad ipſius haemorrhagiae recidiuam praecauendam, omnia, quae ſanguinis orgasmum refrenare ſolidaque roborare poſſunt, adhibenda, ea vero, quae concitare ipſum poſſunt, cane peius et angue ſunt fugienda. Ad-
p. 159. ſtringentia plura Cl. Auctor hic nominat, et poſtquam cautelas quasdam in curatione obſeruandas inculcauit, variaque ſecura aeque ac ſuſpecta remedia
p. 188. indigitauit, ad fluoris albi deſcriptionem progreditur, quem in lacteum et lymphaticum diſtinguit. Ille vel a nimia humoris lactei abundantia, vel nimia huius fluiditate, vel nimia tandem orificiorum vaſorum laxitate oritur, hic autem vel ab ipſius lymphae per latera vaſorum tranſudatione, vel ab

eius-

eiusdem per diſrupta vaſa effuſione proficiſcitur. Cuiuis harum cauſarum apta remedia Auctor oppo-
nit, cautelas quasdam docet, et remediis quibus-
dam cum vel ſine periculo adhibendis nominatis, ad p.299.
ceſſationem menſtrui fluxus deſcendit, cuius cauſas, ſymptomata, ſigna diagnoſtica et prognoſtica ſedulo examinat, victum tenuem, frequentiores venaeſe-
ctiones, laxantia leniora et diuretica ſuadet, et ad furoris vterini explicationem ſe confert, quam, quod gallice puduit, latine tradit. Cauſam huius mali ſiſtunt humores ſeminales, vtpote qui vel quanti-
tate abundant vel acrimonia peccant; quin fibrilla-
rum etiam exilitas vel tenſio veneris cupiditatem adaugere poteſt, quae vbi a vitio tum ſeminalium tum muliebrium ſimul naſcitur, etiam in ratione vtriusque huius cauſae intendatur, neceſſe eſt. Diſtinguitur ratione ſtadii in incipientem, confirma-
tum et deploratum; ratione vero ſymptomatum in furorem vterinum ſine delirio, cum delirio melan-
cholico et cum delirio maniaco. In primo ſtadio p.359.
aliqua, in reliquis nulla prorſus ſanationis ſpes af-
fulget. In curatione ad diluendum et demulcen-p.368.
dum ſanguinem, aeque ac ſemen ipſum conducunt venaeſectiones largiores frequentioresque e brachio, catharctica leniora, iuſcula tenuia, ſerum lactis, lac p.373.
aſininum cum eduliis variis lacte paratis, emulſio-
nes, aquae minerales acidulae, victus humectans, diluens, refrigerans. Vbi vigiliae vrgent, narcoticis vtendum. Ad vterum humectandum praeter varia remedia interna, inprimis valent balnea vel ſemi-
cupia ex aqua fluuiatili egelida cum herbis emol-
lientibus cocta, clyſteres ex ſero lactis, inie-
ctiones tepidiuſculae ex ſero lactis, decocto la-
ctucae etc. quibus ſi malum urgeat, ſingulis inie-
ctionum vnciis drachma ſemis vel integra ſuccorum ſolani, ſemperuiui, quin imo cicutae addi poteſt. Praeter ea ab obſcoenis, quibus inhaerere ſolent, co-

gita-

gitationibus ad alia mens deducenda, inſimulque ſedulo cauendum eſt, ne lectulo plumis, quin potius ſtramento molliore pleno incubent, et ſi haec omnia nil proficere videantur, ab adoleſcentibus venuſtis et amatis, quin ſi horum copia non fuerit, a nebulonibus ſtrenue et frequentius ſubagitentur.

T. III. In ſecundo totius operis libro Cl. Auctor primo vteri inflammationem pertractat, quam adeſſe volumen ipſius matricis auctum, eiusdem ſenſibilitas, calor in regione hypogaſtrica et febris aperte oſtendunt. Morbus hic vel, vt plerumque fieri ſolet, morte finitur, vel inflammatio reſoluitur, vel in gangraenam, ſuppurationem aut ſcirrhum tranſit. Curationem venaeſectio reiterata, potus diluens et refrigerans, oleum amygd. dulc. cum ſyrupo quodam commixtum, clyſteres refrigerantes et anodyni, iniectiones emollientes ex lacte caprillo cum pauco croco et laudano, vel ex mucilagine ſem. pſyllii et aqua roſar. paratae, cataplaſmata et epithemata emollientia ventri impoſita abſoluunt, quibus omnibus addi vel etiam ſeparatim propinari narco-
p. 67. tica poſſunt. Sequitur gangraena et ſphacelus, in quibus praeter venaeſectiones et ſcarifationes, iniectiones ex decoctis amaris, aqua calcis viuae cum ſale ammoniaco, aqua phagadaenica, cordiaca (inter quae, quod miramur, ant monium diaphoreticum et lapides cancrorum Auctor refert) conueniunt, vbi autem propendet vterus et omnia fruſtra fieri viden-
p. 116. tur, extirpatio ipſius vteri ſuſcipienda eſt. Abſceſſus vteri oritur, ſi obſtructio inflammatoria tanta quidem non eſt, quae gangraenam producere poſſit, violentia tamen cauſarum tam magna, vt reſolutio locum non habeat. Quam primum talem fieri, aucta ſymptomata docent, venaeſectio inſtituenda, relaxantia, humectantia et anodyna ſub cataplaſmatum et fomen-

fomentationum forma applicanda, leniora apozemata laxantia propinanda, clysmata iniicienda et omnia adhibenda ſunt, quae ipſa mitiora reddunt. Quodſi vero ſuppurationem iam factam eſſe ſymptomatum remiſſio doceat, in eo opera locanda eſt, vt quamprimum fieri id poſſit, exitus puri paretur; id quod, ſi in vagina latet, lanceola, vbi vero in matrice eſt, tentandum eſt remediis, quae vterum com- p.147.
mouent atque concutiunt, ad quorum claſſem ſternutatoria, emetica et, clyſmata ſtimulantia referen- p.148.
da ſunt. Succedit vlcus, quod vel ab abſceſſu, vel eroſione vel vulnere oritur, et commode in ſimplex,
venereum et carcinomaticum diſtinguitur, eandem- p.179.
que ſi ſimplex fuerit, quam quaeuis alia vlcera, medicationem, deterſionem ſcilicet, carnis regenerationem et conſolidationem deſiderat. Venereum autem mercurialia poſtulat. Etiamſi vero optimum auxilium hoc in caſu inunctio mercurialis adferat, caute tamen vel et haec et altero vel tertio quouis die ſaltem ſuſcipienda eſt, cum a mercurii vſu vlcera interna ingraueſcere compertum ſit. Excipit p.208.
hoc ſcirrhus, qui cum tumor durus, renitens, indolens, ſenſim inſurgens, et naturalem partis, quam tenet, colorem non alterans ſit, haud quaquam a ſanguine, ſed vel a lympha ſola vel a ſolo humore lacteo, vel ab vtroque prouenit, ideoque aut lymphaticus, aut lacteus aut lymphatico-lacteus dici p.212.
meretur. Ad hunc tollendum Auctor diluentia et humectantia, balnea et ipſam ſcirrhi materiam fundentia, martialia quippe, mercurialia, ſalia et gum- p.242.
mata ſuadet; vbi vero palliatiua tantum cura locum habet, hiberno tempore iuscula diluentia et humectantia, vernali et autumnali ſerum lactis vel ipſum lac aſininum, durante aeſtate vero aquas martiales, balnea et ſemicupia tepida, cum interponendis leioribus purgantibus et venaeſectionibus ordinat, et p.250.
ad

ad pſeudo-ſcirrhum ſ. ſteatoma et ſarcoma vter
tranſit, cuius vtriusque mali genus omnem curatio
nem reſpuit, ideoque ea ſaltem remedia exigit, qua
incrementum impediendo, et incommoda abind
oriunda leniendo ſeſe commendant. Si in vagin
p.96. tumor haeret, exſtirpatio tentanda eſt. Subſequi
tur cancer, cuius cauſam calor conſtituit, vtpot
qui materiam ipſius ſcirrhi adeo rarefacit, vt prim
ſe expandat, deinde euoluat et cancrum producat
Nec reſolutionem nec ſuppurationem admittit, ideo
que curari nunquam poteſt. Quare eo ſaltem en
tendum, vt 1) nimis celer progreſſus mali retardetur
2) violentia doloris opiatis mitigetur, et 3) haemor
rhagia ſuperueniens ſiſtatur. In cancro a venere
labe orto Cl. Auctor inunctiones mercuriales intern
mercurii ſublimati vſui praefert, cum huius opera
tio ſine periculo nunquam, et fere ſemper ineffica
p.317. ſit *). De ſolani furioſi vſu prolixius hic agit, et d
cicuta adnotat, quod Pariſiis tentata dolores tumo
risque molem quidem imminuerit, ſperatum tamen
et a STOERKIO adeo felicem expertum effectun
neutiquam praeſtiterit, licet nullum inde damnun
fuerit ortum, etiamſi pluries iam ad drachmam ſemi
p.333. per diem propinata fuerit. In curatione hydropi
vteri eo enitendum eſt, vt aquae aut per vias vrina
rias, aut per aluum, aut per ipſum vteri orificium
ſtilo recto cauoque, capitulo oliuari in apice integr
ala

*) Qua occaſione Cl. Auctor monet, vſum mercurii ſubli
mati iam diu cognitum fuiſſe, et Centurionem quen
dam Suecicum IOAN. BERNARD. MITTLER
primum eius rei mentionem feciſſe, qui in libro *d*
*moribus oſtiakorum* refert, eas gentes mercurium ſubli
matum cum iuſculo auenaceo propinatum, ad curan
dam luem veneream vſurpaſſe. Cui deinde quotidi
aceti fortioris vaſculum ſuperbibendum praeberent
Prodiit ille liber Berolin 1720.

i latere autem perforato, munito educantur; et poſt vtero deperditum robur iniectionibus ex aquis martialibus reſtituatur. Succedit tympanitis, cuius duplex genus eſt, alterum permanens et verá tympanitis, in qua aer, vterum diſtendens, ob clauſum vteri orificium, exire nequit; alterum tranſitorium malum eſt, vbi ſcilicet aer, ſi quando corpus flectitur, per vterum exploditur, qui mox iterum generatur. In illo valent omnia ea, quae ad orificium p. 382.
rteri aperiendum proſunt, in hoc, ſi menſtrua deſi- p. 389.
iunt, haec reuocanda, ſi vero tenſio et incaleſcentia illud producunt, humectantia et refrigerantia adhibenda ſunt. Deſcendere vterus dicitur, ſi vel alius in vaginam prolabitur, vel in eius mediam usque partem deuoluitur, vel in vuluam procidit. Fieri autem id ſolet, ſi fundus vaginae nimis dilatatus eſt, vel vterus ob proprium pondus, aut tuſſim, ternutationem, vomendi conatum etc. in illam intruitur. Ante omnia hoc in caſu chirurgus debet tenare, vt ipſum vterum in priſtinum locum reducat, tque deinde peſſum, cera obductum, in vaginam immittat, quo vlteriorem prolapſum prohibeat. Vbi ero extra genitalia vterus propendet, et cancro vel p. 422.
angraena foedatur, et euidens mortis periculum deſt, amputatio ipſius vteri ſuſcipienda eſt.

Tranſit Cl. Auctor ad Tom. IV in cuius capite T. IV.
rimo deſcenſum vaginae examinat, quem vel ſar- p. 5.
oma, vel fungum, vel ipſius vaginae interiorem tuicam relaxatam conſtituere adſerit; illa forfice p. 16.
uferre, haemorrhagiam aqua aluminoſa ſiſtere et
ulneri digeſtiuum applicare, hanc autem decoctis
erbarum adſtringentium et fumigationibus ad ſta-
im ſanum reducere docet, et ad ouariorum aegri-
udines tranſit. Inter has frequentius occurrunt p. 26.
flammatio, abſceſſus, gangraena, ſcirrhus et can-
r, hydatides, hydrops ſaccatus, conceptio em-

p. 39. bryonis in ipſo ouario, et tumores cyſtici. Contra
inflammationem, omnia poſſunt, quae in vteri in
flammatione Cl. Auctor commendauit; in omnibu
autem reliquis malis, praeter emplaſtra de cicuta e
mucilaginibus, embrocationes ex oleo flor. chamo
mill. et alia affectae parti exterius imponenda, ve
naeſectio reiterata, purgantia, iuscula tenuia, ptiſa
nae diureticae, ſemicupia, lac aſininum, ſerum lacti
et aquae martiales conueniunt. Iisdem malis pa
tent tubae Fallopianae, quae eapropter iisdem pa
p. 54. riter remediis profligandae ſunt. De hyſterica paſſion
tandem Cl. Auctor in vltimo capite agit, vtpote qua
ſpaſticus morbus eſt, a forti nimis arteriarum vteri pul
ſu, aut tenſione eiusdem vaſorum lacteorum, aut irrita
tione ab humore acri facta, ouariorum tubarum
Fallopianarum inflatione, aut a titillatione nimia p
abundantiam et acredinem humoris ſpermatici pr
p. 107. ducta oriundus. In ipſo paroxyſmo thoraces
omnia, quae corpus arctius circumdant et ſtringu
deliganda ſunt. Naribus admoueantur, quae ſa
volatili ſcatent, quin ipſis ſternutatoria varia infle
tur, pili euellantur, clyſmata acriora iniiciant
emplaſtra cum aſſa foetida, muſcus, camphora
oleo amygdalarum dulc. ſoluta et alia vmbilico a
moueantur; medicamenta antihyſterica propina
tur, quin etiam, ſi fruſtra haec adhibita fuerit
venaeſectio in talo inſtituatur, et vomitoria, n
contraindicans prohibeat, exhibeantur. Extra
p. 118. roxyſmum, praeter ea, quae cauſas tollunt, mar
libus, mercurialibus, reſinis antihyſtericis, diluen
tibus, lenioribus purgantibus atque narcoticis vte
dum, ſtrictumque regimen in victu obſeruandum
Ex omnibus pro ſpecificis in hoc malo venditatis
p. 125. mediis, plurimum muſco Auctor tribuit, quem f
pius non ſine effectu ſperato propinaſſe confitetu

III. Diſ

## III.

Dissertation sur l'inoculation de la petite verole par M. ANTOINE TIMONY Docteur en Medecine a Constantinople. A Vienne de l'imprimerie de George Louis Schultz, 1762. 4to pl. 3½.

h. e.

Dissertatio de inoculatione variolarum Auctore ANTONIO TIMONY M. D.

Ad morbos, qui omnes ferme homines inuadunt, variolae pertinent, quae infantes potissimum afficiunt, et licet omnibus anni temporibus accidere soleant, vernali tamen et autumnali tempore frequentius occurrunt; cum varia in his sit perspiratio. Cum peste hac in re conueniunt, quippe quae aestate et hyeme vt plurimum a vehementia remittit. Aegyptii, inprimis incolae vrbis Cairo, pestem circa festum St. Iohannis cessare asseruunt, rorem enim, qui nocte inter decimum octauum et nonum iunii cadit, aerem puriorem reddere et in ipsa aedificia penetrare contendunt, et experimento instituto compertum fuit, pastam farinaceam, dicta nocte aeri expositam, acescere. Cum itaque variolae exitiosum morbi genus sint, inoculationem eius vehementiae opponendam esse Cl. Auctor asserit, et Asiae populis, inprimis Circassiis, nos hanc medendi rationem debere, cum aliis assumit. Constantinopoli Graeci et Armeni, nec non Christiani Europaei ibi degentes, inoculationem variolarum saepius admittunt. Turcae vero, quoniam praedestinationem credunt, eandem negligunt. Variis itaque rationibus, iam satis notis et hic non repetendis, inoculationem com-

p. 2.

p. 4.

mendat Noſter, et epidemiam varioloſam anno huius ſeculi vigeſimo tertio peſtis in modum ſaeuientem, eandem in multis ſuſceptam maxime commendabilem reddidiſſe narrat.

p. 13. Methodum igitur inſitionis Conſtantinopoli receptam deſcribit, et praeparationem in accurato diaetae regimine per aliquot dies obſeruato ponit, neque purgationes alui et venaeſectiones requiri, niſi ex ſpeciali indicatione neceſſariae iudicentur. Pus ex ſuppurantibus variolis inciſis, hominis de reliquo ſani, nulla venerea nec glandulari labe affecti, a medico has res diiudicante in digitali eburneo colligitur et cera obtegitur. Inciſio paulo maior ea, quae in venaeſectione efficitur, in vtroque brachio ad inſertionem tendinis deltoidei fit, et pus auriſcalpio in vulnus immittitur, cortice nucis obtegitur et ligatur, ne pus veſtimentis aegri abſtergatur tertio vero vel quarto die ligatura ſoluitur. Non nulli vrgent, medicum ad inoculationem accedentem veſtimenta mutare et ſuffimigiis affici debere, ne fortcontagium varioloſum malignum citius, quam per inſitionem, communicetur. Licet vero olim in variis corporis locis ad octo usque inciſiones factae fuerint, ſi perfluum tamen fuiſſe poſtea cognouerunt, et in duobus ſupra indicatis ſubſtiterunt. Pus ex natura excitatis ſumatur variolis, cum ex inſitis contagii effectus non ſucceſſerit. Vrget quidem Noſter, inſitionem eodem die quo pus collectum fuit, inſtituendam eſſe, cum ſequenti die, non ſucceſſerit monemus tamen, obſeruationes repetitas contrium indicare, ſi nimirum pus filis exceptum fuer Victus ex farinaceis cum aqua coctis conceditu iuſcula autem, immo ouа prorſus interdicunt Octauo vel decimo etiam die eruptio fit, et vigemo primo vel quinto demum die ſine ſymptomtum vehementia morbus finitur. Subnectit Noſvaria monita, imprimis ea, quae accuratius diaetae

gim

gimen concernunt, quo neglecto haud raro triſtia ſymptomata, inprimis poſt nimium dulcium vſum, diarrhoea, oriuntur.

Nunc ſororis fatum refert, quae poſt artificiales variolas ſexto aetatis menſe inoculatione excitatas, ab hoc morbo per totam vitam ſe liberam fore ſperabat, attamen annum vigeſimum ſecundum agens, et cum ſorore, tunc temporis variolis artificialibus affecta, in vno lectulo dormiens, poſt triduum anginam non tantum ſed et dolores capitis et lumborum ſenſit, et verae demum et malignae variolae erumpentes decimo tertio die mortem inducebant. Addit aliam morbi hiſtoriam, ex qua patet, puerum, cui variolae vndecimo aetatis menſe inſitae fuerant, ſeptimo aetatis anno a fratre, naturalibus variolis affecto, contagium varioloſum ita ſuſcipiſſe, vt confluentibus excitatis, omnem vim morbi ſentiret, attamen magna cura adhibita euaderet. Non negandum eſt inoculationem hanc ob cauſam tanquam auxilium minus ſufficiens, a nonnullis reiectam fuiſſe; ſed ſingulares et rari hi euentus, contra experientiam certam in multis aliis probatam, nihil valere poſſunt, inprimis cum Noſter cognouerit, interdum etiam naturales ſemel ſuperatas, iterum excitatas fuiſſe. Epidemia varioloſa anno quadrageſimo tertio huius ſeculi Conſtantinopoli oborta inſitionis effectus maxime iterum probauit, ita vt poſtea ſemper cum optimo ſucceſſu inſtituta fuerit. p. 23.

IV.

Diſſertation ſur les Bains des Orientaux par Mr. ANTOINE TIMONY Docteur en Medecine a Conſtantinople. a Vienne de l'imprimerie de George Louis Schulz, 1762. 4to. pl. 4.

h. e.

Diſſertatio de balneis populorum orientalium Auctore ANTONIO TIMONY, Med. Doct.

Et commoda et incommoda a balneorum vſu in ſanitatem hominum redundare, Cl. Auctor in medicina facienda cognouit, hinc breuem hanc tra-
p. 5. ctationem de balneis conſcripſit. Monet itaque in principio, populos in orientalibus regionibus degentes, inprimis Turcas ex lege a Mohammede praeſcripta, balneis frequenter vti, quam ob cauſam aquas puriores maxima cum cura colligunt, et in balnea publica et priuata deriuant. Nos ea, quae de ordine et fabrica balneorum propoſita ſunt, lubenter mittimus, quo ea, quae de vſu et abuſu refert, breuiter indicare queamus.

p. 17. Balneis iuuatur perſpiratio et ſudor elicitur, inprimis in ſicco corporis habitu calore laxato; hinc luis venereae vis maxime infringitur, et non tantum morbi cutanei v. c. ſcabies, ſed etiam rheumatici et catarrhales decubitus ad organa ſenſus et motus egregie diſſipantur. In foeminis hyſtericum malum a nimiis ſpaſmis oriundum ea corrigunt, ipſamque ſterilitatem, a parte ſexus ſequioris pendentem, interdum tollunt, balneis itaque frequentioribus Noſter adſcribit quod foeminae Turcae, licet corpora non ſatis exerceant, ſed vita ſedentaria detineantur, fluxum menſtruum tamen regularem experiantur, nec adeo in

ſulti

ſultibus hyſtericis tententur. Virum triginta quatuor annorum, hypochondriaco morbo vexatum et vino maxime deditum, ſudoribus viſcidis quaſi diffluentem, ſudore per balnea continuata copioſo moto, a ſudoribus tandem irregularibus liberatum fuiſſe, Noſter refert.

Quanta vero ſunt balneorum commoda, tanta p. 21.
etiam incommoda. Frequens enim eorum vſus relaxat ſolidas partes, et elaſticitatem tollit; foeminae enim praecipue in balneo ſyncopes, vomitus, capitis dolores, vertigines et cardialgias experiuntur, et ex illis multae adeo rubicundae fiunt, vt ſanguis reſolutus non tantum in habitum cutaneum propellatur, ſed etiam variis in locis morboſe excernatur. Ex qua re intelligitur, non tantum crebriores fieri abortus, ſed etiam reliquas haemorrhagiarum ſequelas v. c. hydropem et phthiſin inde pendere. Foeminae vero prae viris his incommodis obnoxiae ſunt, quoniam diutius in balneis commorantur. Alia incommoda ex refrigerio poſt balneum admiſſo oriuntur; hinc non tantum decubitus catarrhales, ſed et aſthmata et ſimilia mala ſequuntur. Effectus etiam triſtes ex eo eueniunt, quod corpora ad inſpirationem contagiorum nimis diſponantur, atque ita et peſtis contagium facile ſuſcipiant. Monemus interim in genere, balnea horum populorum, vtpote nimis calida, recenſitis a Cl. Auctore damnis occaſionem praebere. In fine duae hiſtoriae morborum ſubiunguntur, in quarum prima declaratur, affectionem comatoſam poſt balneum inductam, lethalem fuiſſe, in altera ſuffocatio vterina ex ſimili cauſa oborta et aegre curata traditur.

V.

ANTONII STOERCK, Sacrae Caeſar. Reg Apoſt. Maieſtatis Conſiliarii aulici, Archi tri, et in noſocomio ciuico Pazmariano Phy ſici, libellus ſecundus, quo confirmatur: C cutam non ſolum vſu interno tutiſſime exhi beri, ſed et eſſe ſimul remedium valde vti in multis morbis, qui hucusque curatu im poſſibiles dicebantur. Vindobonae typis lo annis Thomae Trattner, 1761. in 8. pl. 18½

Cum in priori de cicuta libello, alio tempo a nobis adducto *), egregias huius plantae co tra ſcirrhum ipſumque cancrum vires Cl. Auctor ei planauerit, in altero nunc libello vel et ea exponi quibus ſingularis eius virtus in domitando cancro v terius non tantum confirmatur, ſed potens etiam ipſius in aliis curatu difficillimis morbis debellandi vis et efficacia oſtenditur. Tota vero haec tracta tio in quatuor capita diuiditur, quorum primum re medii deſcriptionem, ſecundum hiſtorias et curatio nes morborum ab ipſo Auctore ope huius plantae profligatorum tertium aliorum medicorum obſerua ta, et quartum tandem corollaria quaedam et me nita continet.

p. 2. Deſcriptioni cicutae ex MORISONO ſumtae in priori libello traditae, in primo huius libelli ca pite et eam addit, quam LINNAEUS, aliique ex hibuerunt. Poſt bene monet, extractum ex ſuc expreſſo plantae iunioris in vaſe terreo, vitrea lento igne, et ſaepius agitando, eſſe confeciendu quin etiam ſuccum ipſum non adeo ſollicite eſſe c purandum, ſi praeſtantius extractum euadere c beat.

Seq

*) vid. Commentar. noſtr. Vol. VIII. P. IV. p. 649.

Sequitur nunc caput secundum, casus varios vtilitatem remedii confirmantes proponens, accuratius nunc paulo a nobis indicandos. Exhibet vero Casus I. foeminam viginti duorum annorum, quae a prima aetate scirrhosis glandulis et vtraque mamma indurata laborauit, post vero luem veneream contraxit, quam quidem mercurii sublimati vsus internus feliciter profligauit, tumores vero non tantum intactos reliquit, sed et intensos in dextra mamma dolores excitauit, vnde ad cicutam confugiendum esse, Cl. Auctor putauit, quae, per aliquot septimanas adsumta id praestitit, quod ipse mercurius sublimatus non potuit, etenim ab omnibus ab ineunte aetate molestis malis breui adeo tempore liberata fuit. p. 3.

Casus II. Foemina triginta sex annorum, mammam sinistram admodum tumentem, induratam atque dolentem ostendens, extractum de cicuta adsumsit, vnde nono die tumor fuit diruptus, qui, licet per plures menses ichoroſam plorauerit materiam, tandem tamen continuato pillularum, interpositoque corticis peruuiani vsu, et infuso cicutae linteis madidis exterius adplicato, firma cicatrice clausus disparuit. p. 11.

Casus III. IV. V. vsum cicutae in vlceribus inueteratis carinosis declarant. p. 26.

Casus VI. Foemina viginti octo annorum ex acuto morbo conualescens, in dextra mamma durissima, purpurea nigris liuidisque striis et varicosis venis variegata dolorem vehementissimum, rodentem, lancinantem percepit, quem vna cum duritie et reliquis incommodis cicuta per centum et viginti dies propinata feliciter fugauit. p. 36.

Casus VII. In virgine 21 an. macie, scabie et cancro aperto in sinistra mamma affecta, cicutae vsus adeo salutaris fuit, vt inde dicta mala trimestri spatio cessarent, vlcusque occluderetur; et licet hoc p. 45.

poſtea, quod nimis alte iam penetrauerat pectusque perfoderat, denuo recrudeſceret, ſine dubio tamen vſu extracti cort. peruuian. et cicutae interno, et iniecto in pectus infuſo eiusdem herbae, illa conualuiſſet, niſi ſuperueniens pleuritis hecticam induxiſſet febrem, qua tandem aegra confecta periit. Infuſum in pectus empyematici cuiusdam iniectum, non ſolum non nocuit, ſed pus laudabile produxit.

p. 61. Caſus VIII. Homo 27 an. ope pillularum a febre verſpertina, ſudoribus nocturnis, tabe, cahexia peſſimoque cancro ad linguae radicem orto, liberatus fuit.

p. 75. Caſus IX. Vir 42 an. a plurimis annis doloribus vagis arthriticis vexatus, de brachii pedisque dextri mobilitate, eiusdemque lateris ſenſibilitate imminuta, et accedente macie conqueſtus eſt. Data fuit cicuta, vnde die trigeſimo ſexto ſcabies exorta eſt. Continuauit remedium magnamque decocti radicis bardanae quantitatem bibit, et corpus quotidie bis infuſo cicutae lacte facto lauauit, et poſt 80 dies perfectiſſimam ſanitatem recuperauit.

p. 81. Caſus X. In virgine 18 an. ſpinam ventoſam cicuta per 90 dies vſurpata curauit.

p. 87. Caſus XI et XII. egregiam cicutae in vlceribus ſerpentibus, foediſſimoque cutaneo morbo ab elephantiaſi parum diuerſo, virtutem oſtendunt.

p. 98. Caſus XIII. XIV et XV. fluorem ſiſtunt album, a multis annis moleſtum, acerrimum, foedidiſſimum, vaginam arrodentem, ſummosque cruciatus parientem, vſu cicutae feliciſſime curatum.

p. 117. Caſus XVI. Virgo 18 an. pallida, cachectica, anhelosa, nondum menſtruata, vtramque mammam a triennio duriſſimam, acute dolentem, et liuidis ſtriis inſignitam, vt et glandulas ſubaxillares et inguinales tumidas induratasque habuit; Cl. Auctor cicutam exhibuit, vnde duodecimo iam die

mate-

materies copiosa et alba, post nouem vero circiter septimanas sincerus sanguis menstruus ex vtero profluxit, quo ipso aegra sanata fuit.

Casus XVII. Homo 30. an. triennio febre quotidiana laborauit, qua subito intempestiue cortice Peruuiano suppressa, tumor durus in hypochondrio sinistro ortus est, foediſſimi in toto corpore furunculi prapullularunt, tandemque febris cum extremitatum intumescentia, hydropem ytique minante, accessit. Frustra omnia medicamenta fuerunt ingesta, praeter solum cicutae extractum, vtpote quo per tres menses vsus, perfecte conualuit. p. 121.

Casus XVIII. In iuuene 17 an. vsus pilularum violentissimam febrem, ingentem in sinistro hypochondrio tumorem durum et immobilem, ictorum et anasarcam profligauit. p. 130.

Casus XIX. Homo 34 an. glandulas colli scirrhosas et adeo mole auctas habuit, vt triceps incedere videretur. Sub axillis pariter insignes tumores brachiorum motum fere penitus suffiaminantes apparuerunt, quin ex anteriore thoracis parte, a collo ad costarum limbos vsque scirrhosa massa descendit, hinc inde aeque ac reliqui tumores, vlceribus carcinomaticis, sinubus permultis atque fistulis perforata. Praeter ea tussis immanis, febris vespertina, sudores nocturni, carnium consumtio et reliqui corporis intumescentia haud adeo procul absentem interitum miserrimo aegrotanti annunciarunt, cui tamen periculo solus cicutae vsus praeter omnium opinionem ipsum subtraxit, et perfectam sanitatem reddidit. p. 135.

Casus XX. In virgine viginti quinque annorum cicuta per decem septimanas parciori dosi exhibita, tumorem in dextra mamma a decem annis durum, infra axillam sese extendentem, liuidum, summe dolentem brachiique tumidi motum prorsus intercipientem, p. 140.

tem, vna cum hemicrania alioquin moleſtiſſima eradicauit.

p.144. Caſus XXI. Vlcus vetulae ſeptuaginta trium annorum circa parotidem ſiniſtram cancroſum, fiſtuloſum, foediſſimum ope pillularum fuit perſanatum.

p.146. Caſus XXII. Foeminae quadraginta quatuor annorum trigeſimo iam aetatis anno menſtrua fluere ceſſarunt, a quo tempore ſcirrhus ouarii ſiniſtri ortus eſt, pillularum vſu per duos menſes continuato ſublatus.

p.150. Caſus XXIII et XXIV. rachitidem ſiſtunt operemedii huius feliciter fugatam.

p.152. Caſus XXV. In virgine octodecim annorum pilulae, per duos menſes deglutitae, vomitum a quatriennio ſemper poſt meridiem moleſtum, compeſcuere.

p.154. Caſus XXVI. Tumorem depingit lymphaticum genu dextrum feminae occupantem, cicuta interne externeque vſurpata, diſpulſum.

p.155. Caſus XXVII et XXVIII. vſum cicutae ad duas drachmas quotidie ſumtae in cataracta atque amauroſi declarant.

p.160. Caſus XXIX et XXX. podagram a multis annis aegros miſerrime excruciantem cicutae vſu victam profligatamque deſcribunt.

p.161. Caſus XXXI. Vir quadragenarius ab octo annis quouis vireſcente vere, fructiferoue auctumno appropinquante, tumore duro percinaciter dolente circa articulos pedum, cum febre inſurgente vexatus in pleuritidem incidit, quam, cum nulla alia in hoc morbo vſitatiora frangerent remedia, cicuta tandem ſubegit.

p.165. Caſus XXXII. Foemina viginti trium annorum cui quarto grauiditatis menſe ambae mammae a quatriennio duro tumore obſitae ex profundo rufeſcere ſumme dolere et intumeſcere inceperunt, cicutam

in grauidis nondum tentatam, optimo cum ſucceſſu adſumſit, ſiquidem non ſolum ab hoc malo, verum etiam a frequenti vomitu et continua cephalalgia ante hac moleſta, liberata fuit. Vrina, quamdiu duri aliquid in mammis fuit, ſemper copioſior mucoſa et flocculenta abiit, quae, quam primum nulla amplius durities percepta eſt, et minus copioſa et colore naturali donata profluxit, quantumuis ſat magna doſi per aliquot dies adhuc medicamentum propinatum fuerit.

Caſus XXXIII. Virginem viginti et quatuor annorum a quinquennio toto corpore ſeroſo ac ſubflauo tumore defoedatam, vſus pilularum et ſeri lactis ſanauit. p. 168.

Caſus XXXIV. Vir quadraginta ſeptem annorum a ſeſqui anno tumorem durum, ſcirrhoſum, a gonorrhoea ſubito per iniecta adſtringentia ſubpreſſa, ortum in ſcroto habuit, quem cicuta per quinque menſes ſumta abſtulit. p. 169.

Caſus XXXV. XXXVI et XXXVII. egregium cicutae vſum in carie venerea, tinea capitis peſſima, et tuſſi conuulſiua, a retropulſa ſcabie orta oſtendunt, quam praeter ea in ſcrophulis, ſtrumis, phthiſi ſcrophuloſa, ſcorbuto, hydrope ab induratis viſceribus abdominalibus orto, ſpina ventoſa, ſurditate, melancholia et aliis permultis atrociſſimis valetudinibus talem ſemper Cl Auctor expertus eſt, qualis, cum bonus eſt, ſolet eſſe optimus. p. 171.

Caput tertium aliorum celeberrimorum virorum circa cicutae virtutem obſeruata continet, quae, cum ea ſaltem, quae Noſter propoſuit, ſtabiliant magis et confirment, facile omitti poſſe putauimus, aeque ac corollaria et monita in quarto capite a Cl. Auctore prolata, vtpote quorum ſumma ex dictis pateſcit. p. 191. p. 277.

VI. AN-

## VI.

ANTONII STOERCK, Supplementum neceſſarium de cicuta, vbi ſimul iungitur cicutae imago, aere excuſa. Vindobonae typis haeredum Thomae Trattner, 1761. in 8. pl. 4 tab. aen. 1.

Quo litigiis ac diſceptationibus de charactere ſpecie cicutae, inter medicos motis finem tandem imponeret, aere excudere eandem Cl. Auctor curauit, inſimulque hac occaſione hiſtorias aliquas
p. 11. morborum, ab eo tempore, quo ſecundus libellus prodiit, ſolius cicutae ope profligatorum propoſuit, in quorum deſcriptione ideo breuiores eſſe, nec nimis longa enarratione lectoribus taedium creare voluimus, quod plurimi, ſi non omnes, idem fermo ſint, quos in prioribus iamiam libellis, a nobis adductis, prolixius explanauit, ſcirrhus nimirum et cancer, dolores abdominales cum plenaria appetitus proſtratione, tumores varii ac fiſtulae, vomitus, vlcera maligna et inueterata, fluor albus, glandularum infarctus, ſpina ventoſa, tuſſis, rachitis, haemorrhagia vteri cum materiei acris et craſſioris efluxu, cachexia et
p. 34. melancholia cum corporis attenuatione. Succedunt corallaria et monita varia, e quibus annotaſſe ſufficiat, quod cicutae extractum ad duas tres, quin imo ad quatuor drachmas quotidie exhiberi poſſit; quod omnis aetatis hominibus conueniat; aluum raro, rariſſime vomitum, aliquando tranſpirationem, ſaepiſſime vrinam moueat; quosuis morbos a vaſorum immeabilitate aut obſtructione natos tollat; ipſam ſanguinis acrimoniam corrigat; varia a variolis relicta mala diſſipet, aliosque adhuc multos morbos profliget, quos omnia huc vsque cognita remedia intacta relin-

relinquunt. De monitis in fine libri additis, quod ex dictis facile pateant, non opus esse videtur, quin vl- p. 51.
terius dicatur.

## VII.

ANTONII STOERCK, etc. Libellus, quo demonstratur: Stramonium, Hyoscíamum, Aconitum non solum tuto posse exhiberi vsu interno hominibus, verum et ea esse remedia in multis morbis maxime salutifera. Iunguntur simul harum plantarum imagines aere excusae. Vindobonae, typis Ioannis Thomae Trattner. MDCCLXII. 8. pl. 7½. tab. aen. 3.

Egregiis, quos de cicuta obseruauerat Ill. Auctor, iisque per experientiam confirmatis effectibus, suoque omni laude digno salutaris scientiae amplificandi limites studio, commotus, de aliis quoque plantis, quae, vti cicuta, pessimam olim nactae fuerant famam, cogitauit: num earum vis vere esset noxia, an potius vtilis? Quum itaque *stramonii* vel *daturae* botanicis dictae odorem haud adeo nociuum esse deprehendisset, ac veteres de eo pronunciarant; ipsius quoque interne assumti vires non deleterias fore iudicabat. Hinc sedulo omnique adhibita cautione praeparabat ex sola herba recenti extractum, cuius granum vnum et dimidium ab initio sumebat ipse, nil inde mali praeter ingratum et naufeosum saporem percipiens. Aegris nunc illud exhibiturus, etiam atque etiam, quibus conueniret, ex eo ratiocinabatur, quod plantam istam mentem turbare, deferre insaniam, ideas memoriamque delere atque conuulsiones efficere, ex veteribus dixerint ad vnum p. 8.

fere

fere omnes; sequentem igitur formabat quaestionem. *Si stramonium, turbando mentem, adfert insaniam sanis, annon licet experiri; num insanientibus et mente captis, turbando mutandoque ideas et sensorium commune, adferret mentem sanam et conuulsis tolleret contrario motu conuulsiones?* Occasione nunc data, in quinque aegris faciebat tentamina, dimidium primo, deinde vnum granum extracti, bis terue per diem propinans. In tribus aegris dementibus factis speratum illud edidisse effectum, et
p. 22. in vno epilepsiam simul sustulisse, in puella vero nouem annorum, fortissima conuulsione tentata, malum potius augere visum fuisse, in iuuene autem epileptico morbum longe mitiorem reddidisse, experimento hoc, ob defectum remedii, interrupto, fusius enarrat.

p. 28. Cum *hyosciami* deinde extracto, ex recenti tantum herba, abiecta radice, parato, primum experimentum fecit Noster in cane, in quo, parciore dosi data, nihil alieni obseruauit, donec duas drachmas extracti in ipsum intrusisset. Pessime inde se habuit animal, languidum, anxium, visusque vsu priuatum. Post vomitum aluique deiectiones cessarunt quidem spasmi circa scrobiculum cordis orti, oculis tamen immobilibus, pupilla valde dilatata, visuque fere deleto permanentibus. Post somnum vero captum canis prorsus conualuit, semper deinde vigil et agilis. Hominibus deinde aegrotantibus, quorum morbis nullum aliud mederi potuerat remedium, extractum hoc se dare posse Noster credidit. Illorum hic loci recenset tredecim, et quid sub vsu huius medicamenti in eis obseruatum fuerit annotat. In duodecim egregie illud profuisse, variosque morbos profligasse perhibet, diras nimirum conuulsiones, tremorem pedis, chronicam cordis palpitationem, maniam ex animi affectu grauiorem,

ſputum cruentum tuſſi valde moleſtae iunctum, melancholiam, epilepſiam, cephalalgiam menſes retentos ſecutam cum maniae hyſtericae paroxyſmo, tandemque cardialgiam cum deglutitionis difficultate combinatam. Ab vno extracti grano mane, poſt meridiem veſperique dato, vt plurimum curationis fecit initium, doſin deinde, ſenſim ſenſimque, pro diuerſa morbi et aegri indole augens, ita vt per diem faepius nouem, nonnunquam ad quindecim, quin et viginti grana, exhiberet. In pluribus aegris aluum aliquoties inde motam fuiſſe refert. In vnica tantum p. 36. aegra, quippe quae dextri pedis tremore conuulſiuo ſatis ſingulari laborabat et vno tantum extracti grano ter vtebatur per diem, obſeruauit, quod poſt dimidiam ab aſſumta pilula horam frigus et horror per totum corpus, mador ſubfrigidus, viſus hebetudo et incipientis animi deliquii ſenſus ſuperuenerint, iis tamen ſymptomatibus intra tres horae minutias euaneſcentibus, aegra integre tandem curata.

Tertium denique libri huius caput, quae de p. 69. aconito ſiue *napello* Ill. Auctor collegit obſeruata, continet. Poſtquam is varia in ſuo corpore cum pulnere atque extracto huius herbae experimenta fecerat, indeque mali nihil, tranſpirationem vero auctam, obſeruarat, in illis morbis remedium iſtud conuenire iudicabat, vbi materies peccans per ſudoriferas vias expelli poſſe videbatur. Illud autem exhibendi optimum hunc eſſe modum iudicabat, vt extracti granum vnum cum vna drachma ſacchari albi miſceret, in mortario marmoreo tereret diu atque in ſubtiliſſimum puluerem redigeret, cuius deinde pulueris ab initio grana decem vel quindecim, deinde in nonnullis aegris drachmam ſemis, per diem bis vel ter, aegris dabat. Quatuordecim hic loci recen- p. 75. ſet morborum hiſtorias, in quibus egregiam opem aconitum tuliſſe aſſerit: in vehementi nimirum dextri

lateris totius dolore, febrim intermittentem ſecuto: in violento dolore iſchiadico: in pertinaciſſima febre quartana in tertium vsque annum perdurante, cum articulorum doloribus paroxysmi tempore ſaeuientibus: in variis tumoribus, glandularum in primis et in aliqua aegra vtriusque mammae, inueteratis, inſignis duritiei, cicutae omnem vim eludentibus, in extremitatum doloribus ſingularibus: in arthritide atroci circa articulos iam fixa facta, in tophis venereis et in anchyloſi cubiti ſiniſtri, ipſo articulo in inſignem tumorem eleuato. Caeteroquin notamus, extracta illa ſuperius commemorata, ſemper ſub forma pilularum, hoc autem ex aconito praeparato, in puluere, vti diximus, cum ſaccharo aegris offerre Ill. Auctorem, ſuperdato vel iuſculo tenui, vel infuſo quodam theiformi.

p. 110. Sub finem quasdam Ill. Auctor addit animaduerſiones circa aconiti vſum, ſemper quidem tutum, interdum tamen fruſtaneum, cuiusque cum cicuta ſimilitudinem, ita, vt cicuta ſuſtulerit morbos aconito obedire neſcios, contra vero aconitum aliòs curauerit, contra quos cicutae vires nullae fuere *).

VIII.

*) Inſignem omnino quidem laudem meretur Ill. Auctor pro ſingulari illo ſtudio, quod nouis inueniendis remediis impendit. Interim ſi dicendum eſt, quam de his iam recenſitis noſtram eſſe velimus ſententiam, fatemur, a cicutae vſu quam maxime egregios vidiſſe nos effectus in ſcrophuloſis potiſſimum aliisque glandularum tumoribus inueteratis, ſcirrhoſis quin et cancroſis, adeo vt eius vſu in praxi clinica neutiquam carere nos poſſe arbitremur. Quod reliqua vero attinet remedia, ea non crebro ſatis in vſum vocauimus, vt certi aliquid de eo pronunciare poſſemus. In rheumatiſmis pertinacibus aliisque, articulorum inprimis, doloribus effectum de aconito obſeruauimus ſatis bonum. Hyoſcyamus, ni fallimur, opem quidem

VIII.

FERDINAND LEBER, *Ihro Kaiſerl. Königl. Apoſtoliſchen Majeſtät Raths, der Wundarzneykunſt Doktors, öffentlichen Lehrers, und ordentlichen Beſtellten zum Bürger-Spital, Abhandlung von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wundarzneykunſt. Wien, gedruckt bey Iohann Thomas Trattnern, 1762. 8. pl. 5. tab. aen. I.*

h. e.

Tractatio de vtilitate cicutae in chirurgia. Auctore Cl. FERDINANDO LEBER etc.

Poſtquam Cl. Auctor plantae deſcriptionem ex Cl. STOERKII libri primi capite primo deſumtam edit, variasque enchireſes in extracti et emplaſtri p. 13. p. 16. praeparatione obſeruandas docuit, ipſum etiam modum



dem attulit, nobis tamen nimis tantum paregoricam viſam. Stramonei autem vſus nobis huc vsque viſus eſt ſuſpectus. In duabus quidem aegris maniacis illius extractum ad granum vnum, quarum vna quidem vſu eius ad ſe redibat, paulo poſt vero in triſtem iſtum morbum relabens iterumque deinde ſanitati reſtituta; altera autem in eodem ſtatu permanebat. In vtraque vero ipſius vſum ſequebatur fere clamoſa ſitis cum ptyalismo, ita vt per diem noctemque vltra duas ſa*liuae* libras exſpueret quaelibet aegra, et vltra decem libras decocti diluentis biberet. Quum ab alio tamen medico, qui in noſocomio maiori alius vrbis medicinam facit, plures eosque inſignes inde ſe obſeruaſſe effectus, relatum accipiamus, remedium hoc omnino dignum eſſe putamus, quod per vlteriorem experientiam indagari debeat.

p. 20. dum, quo externe illa vti ſolet, ponit. Vbi ſcilicet durities, neque tamen cutis iamiam rupta eſt, facculos conciſa herba infarctos et aliquoties ex feruida aqua expreſſos imponit, noctu autem emplaſtrum de cicuta adplicat. Quamprimum hisce facculis ar-
p. 22. dor commoueri videtur, lacte incoquere ſuadet. In dolore nimio facculos anaticis partibus herb. hyoſcyami atque cicutae, in lacte coctis plenos ſuperhabet. Scirrhoſis et apertis vlceribus lintea carpta cicutae decocto imbuta adplicat, cui, ſi tanta in ipſis putredo eſt, vt etiam vermes progenerentur, et aliud amararum aromaticarumque plantarum, quin etiam ſpiritum ſalis marini tamdiu addit, donec putredo coercita, et ſolum cicutae decoctum iterum
p. 25. imponendum videatur. Carnem fungoſam largiu propullulantem vel ſolo herbae puluere, vel ho melli admixto, vel ipſo extracto cum melle pe mixto, vel extracto demum in aqua calcis ſoluto a fert, iisdemque praeter ea, ſi nimiis doloribus aeg excruciatur, opii aliquot grana adiungit, ea tam
p. 27. cum circumſpectione, vt, ſi dolor ab inflammati ne natus videatur, horum loco cataplaſmata ex cutae et hyoſcyami anaticis partibus ex lacte co
p. 28. admoueat. Haemorrhagiam quandoque ſuperu nientem in plethoricis ac robuſtis non, niſi in c vrgente, in debilioribus autem protenus agari
p. 29. quercino coercet. In ſinus et fiſtulas ab initio a ticas partes decocti hordei et infuſi cicutae add melle roſarum, poſt vero ſolum cicutae infuſum inii
p. 30. Sequuntur nunc morbi, in quorum profligati egregium plantae vſum Cl. Auctor expertus Sunt autem ii: ſcirrhus et cancer, caries, vlc inueterata ſerpentia, immobilitas membrorum, lores rheumatici et calculoſi, vlcera venerea at gangraenoſa faucium, rachitis, vermes et atroph

In appendice monet Cl. Auctor, quod, licet plerisque profit hoc remedium, tamen etiam inueniantur, qui illud ferre nequeunt, quo in casu ab eius vsu illico abstinendum, neque etiam credendum est, omnibus morbis debellandis parem hanc plantam inueniri, siquidem inter hos permulti sunt, qui et huius et aliorum omnium vim et efficaciam eludunt. Quantumuis autem non semper scirrhum resoluat, nec cancrum exstirpet, id tamen vix non semper efficit, quin tumor insidens antea ac immobilis ipsius ope mobilior euadat, ideoque ense commodius rescindi valeat, ne pars sincera trahatur. p. 70. p. 74. p. 78.

## IX.

Journal de Médécine, Chirurgie, Pharmacie etc. Par M. VANDERMONDE, Docteur en Médécine de la Faculté de Paris, Professeur en Chirurgie Françoise, Censeur Royal et Membre de l'Institut de Bologne. Tome XI. a Paris, 1759. chez Vincent. 8. Alph. 1. pl. 3. et Tome XII. 1760. Alph. 1. pl. 13.

h. e.

Diarium, ad artem salutarem, chirurgiam, pharmaciam etc. pertinens, Auctore Cl. VANDERMONDE. Tomus XI. et XII.

*In mense Iulio* 1759 deprehenditur,

3) *Obseruatio de hydrope ascite, venaesectionibus administratis opioque exhibito, feliciter curato.* Auctore Cl. PORTE. Foemina triginta octo annorum, monialis virgo, insigni dolore, a lumbis ad vmbilicum vsque se extendente, prius p. 20.

cruciata tympanitide corripitur, quae demum in aſciten mutatur. Paracentheſi inſtituta aqua quidem euacuatur et abdomen detumeſcit, paulo poſt autem tumor cum dolore redit. Aqua iterum educta, leuatur quidem ad tempus aegra, ſed, aqua iterum collecta, tertia vice paracentheſin inſtituere coguntur medentes. Verum tunc temporis febris quotidiana accedit, cuius paroxyſmi quauis vice ſudore copioſo terminantur. Statu hoc per duos menſes durante febris demum ceſſat, inſimulque cum ea omnis abdominis tumor et aqua euaneſcit, ita, vt aegra omnis periculi expertem ſe eſſe, credat. A vehementi vero dolore ad lumbos et vmbilicum redeunte abdomen non ſolum tenſum euadit, ſed, vt antea, intumeſcit. Rebus ſic ſe habentibus tamque variis remediis fruſtra antea exhibitis ad eadem Noſter iterum confugere, dubitat, et ad dolorem inprimis attendens, quippe qui quauis vice, dum tumor rediit, obſeruatus fuit, in venaeſectione et narcoticis omne iuuamen quaerendum eſſe, ſecum cogitat. Quapropter venam in brachio vnius diei ſpatio bis ſecari et verſus noctem anodynum ſumi iubet. Dolore inde aliqua ex parte imminuto et abdomine molliori facto, fluxuque vrinae prouocato eadem remedia vltro continuantur, ita vt vena intra trium menſium ſpatium decies ſecta et ter per ſeptimanam mox iulapio anodyno, mox vno grano opii ſumto et interdum cathartico interpoſito aegra hiſce aegritudinibus liberata perfecte conualuerit.

P. 27. 4) *De nonnullis fulminis effectibus.* Auctore Cl. MATEAU DE GRANDVILLIERS. Fulmen vno ictu et virum iuuenem et foeminam grauidam et vaccam tangit. In viro ſequentia Noſter obſeruauit. Pulſus debilis et lentus, reſpiratio vero parua et languida fuit. Poſt horam iuuenis ad ſe rediit, rogatusque ei omnium, quae contigerunt, inſcius fuit, neque fulmi-

nis

nis ignem ſe vidiſſe, neque fragorem ſe audiuiſſe, perhibuit. Venaeſectione bis adminiſtrata nonnullisque remediis vſurpatis conualuit. Foemina, eodem fulmine tacta, tunc temporis vltra quinque menſes iam grauida, fulminis ignem non vidit, fragorem vero auribus percepit, atque ipſo momento, dum ſideratur, de combuſtione crurum conqueritur, illicoque ſenſibus priuata in terram proſtrata fuit. Labia nigra apparuerunt, nigraque ibidem macula, pollicem vnum cum dimidio lata, in pede dextro in conſpectum venit. Poſt duos dies labiorum nigredo euanuit, maculae vero color per aliquot dies adhuc durans ruber euaſit, ipſaque macula vna cum pede intumuit, inſimulque combuſtionis ſenſus perceptus fuit. Viginti quatuor horis praeterlapſis haec quidem ceſſarunt, lenta vero febris, perque totum corpus vagi admodum acuti dolores remanſerunt. Hi ad duodecim dies durantes in temporibus tandem lateris ſiniſtri fixi euaſere, inſimulque ad apophyſin orbitalem futurae coronalis et ad ſuperiorem occipitis partem duo tumores, oui fere magnitudine, aliquatenus compreſſi, prodierunt, inſigni calore et doloribus lancinantibus, minime tamen pulſantibus, ſtipati. Lecto ab eo tempore ſemper affixa frigore ſtatim correpta fuit, ſi quando ſurrexit, et, quoties procelloſa tempeſtas acceſſit, calor eam inſignis et ſudor copioſus afflixit. Tribus menſibus a tempore, quo miſerrima ei contigit iſta ſors, praeterlapſis, inſomniis vexata obiit. Quod ad vaccam attinet, ea per quadrantem horae immota manſit, in nonnullis locis pilis priuata, quoad cutem vero perſtricta et rubra fuit. Quarta horae parte praeterlapſa violentis conuulſionibus correpta, ſubito quaſi perterrita, ſubſaluit. Caeterum alter oculus clauſus et lachrymans relictus fuit.

p. 37. 5) *De amputatione femoris ſpontanea.* Auctore Cl. GIGNOUX. Foemina ruſtica poſt febrem patridam ſuperatam ſubito in planta pedis ſiniſtri inflammatione corripitur, quae, remediis ab ipſa aegra reiectis, in ſphacelum tranſit. Tribus ſeptimanis praeterlapſis totus pes ad genu vsque ſphacelo corrumpitur, ita, vt cute, pinguedine, et muſculis pe putrefactionem et vermes, ibi natos, deſtructis, o denudetur et carie afficiatur. Corruptionem han peſſima mephitis, febris lenta, dolores vehemen tes, anxietates inſignes, ſyncope frequens et conti nuae vigiliae comitantur totusque pes viſu horribi lis apparet. Tandem ad laterales genu partes et a anteriores et poſteriores partes femoris duorum digitorum ſpatio ſupra patellam ſphacelus ſiſtitur, adciditque, vt nocte quadam inter ſomnum, ſomniis turbata evigilet aegra, atque crus in ipſo genu articulo a femore absque vlla haemorrhagia ſeparatum reperiat. Chirurgus ſtatim accerſitus partem femoris denudatam, anterius et poſterius cute tectam, nouamque carnem rubicundam propullulantem exiguamque partem condyli, interni femoris nudam deprehendit. Laudabili ſuppuratione in ducta carne ſuborta et exfoliatione in denudata femoris parte ope ſpirituoſorum procurata variisque remediis vſurpatis caro ſenſim reſtituitur, cutis protenditur, vulneri ſpatium minuitur, cicatrix tandem inducitur et aegr euadit.

p. 42. 6) *Obſeruatio de concretionibus polypoſis ex pu ſtore reiectis,* Auctore Cl. DALBY. Foemina al quot menſibus poſt puerperium praeterlapſis, febr putrida, cum leui dolore lateris ſtipata, corripitu et inſignem reſpirationis difficultatem patitur. Qua to morbi die fruſtum maſſae carnoſae pauloque po aliud tuſſi exſpuit, quorum vltimum diſquiſitum extremitate ſuperiore digitum, in inferiore vero cal

mu

mum ſcriptorium craſſitie aequauit tresque digitos transuerſos longum, ſubſtantia ſolidum atque interne et externe album, neque cauum fuit. Caeterum hinc inde radices quoad craſſitiem diuerſae exierunt. Hanc concretionem in trachea vel et in principio bronchiorum formatam, minime vero tempore morbi acuti, ſed longe ante exortam fuiſſe, Noſter putat. Aegram enim, a teneris iam pallidam, palpitatione cordis pectorisque oppreſſione continua laboraſſe, perhibet.

7) *Commentatio de ſale antepileptico* WEISMANNI. Auctore Cl. LUCHANDELIER. Hic ſal, quem ex STISSERI obſeruatis compertum iam habemus, ex vitriolo veneris, vel ope acidi vitriolici vel acidi nitroſi confecto, et ſpiritu ſalis ammoniaci paratur. Cryſtallis, pulchre coeruleis STISSERUS iam et WEISMANNUS vim antepilepticam adſcripſerunt. Horum igitur monitis Noſter excitatus dictum ſalem variis epilepticis exhibuit, eundemque per ſuperiora et inferiora euacuare, obſeruauit. Verum nullum aegrotantium, reſpectu epilepſiae, aliquod leuamen inde accepiſſe, notat. p. 45.

*In menſe Auguſto* 1759 occurrit,

3) *Obſeruatio de puella, quae, praegreſſa menſium obſtructione catalepſi et ſomno duos menſes durante correpta, pediluuiorum et frictionis mercurialis ope reſtituta fuit.* Auctore Cl. MICHEL. Puella octodecim annorum, cui ob terrorem menſtrua ceſſarunt, copioſum ſanguinem per os et nares reiicit, venaeſectione autem aliquoties inſtituta variisque remediis, nitroſis, temperantibus acidulis etc. vſurpatis, in ſtatum reducitur, qui ſanitati proximus eſſe videtur. Quatuordecim poſtea diebus praeterlapſis denuo aegrotare incipit, pauloque poſt catarrho quaſi ſuffocatiuo corripitur, ita vt ſenſibus priuata pro mortua p. 109.

tua fere habeatur ſicque in tali ſtatu relinquatur. Menſibus duobus vero praeterlapſis accidit, vt Noſtro iterum tradatur aegra, quam ſenſu motuque priuatam ſomnoque comatoſo detentam deprehendit. Faciei color viuus pulſusque naturalis reperitur, omnes vero corporis partes in eodem, in quem rediguntur, ſitu manent. Cum impoſſibile eſſet, remedia propinare, Noſter pedes in aquam calidam immitti iubet; quo facto ſudor oboritur. Tribus tunc diebus praeterlapſis, nec vllo adhuc motu producto, mercurium per frictionem applicandum Noſter curat. En! dum fricatur aegra, paruum clamorem edit, ſed nullum membrum mouet. Frictionibus iſtis per aliquot dies continuatis ad quaeſtiones pauca tantum verba affirmandi et negandi reſpondere valet. Frictione vero decies ſuſcepta loqui demum incipit et extremitates mouet Die ſequenti menſtrua prorumpunt, variisque tunc remediis internis aſſumtis et pediluuiis ſaepe vſurpatis tandem ſanitatem recuperat aegra.

p. 119. 5) *Obſeruatio de effectibus ſolani furioſi.* Auctore Cl. DUMOLIN. Duae puellae, altera ſeptem, altera octo annorum, poſt eſum baccarum dicti ſolani, valde furioſae euadunt, conuelluntur, mordent et dilacerant, quaecunque in manus veniunt; ani et veſicae ſphincteres laxantur et membra inferiora paralyſi corripiuntur. Noſter accerſitus emeticum ex antimonio offert, quo aſſumto paulo poſt integrae baccae, plenae, adhuc recentes, nec plane mutatae per vomitum reiiciuntur; ceſſante demum vomitorii effectu ad ſe redeunt aegrotantes, ita, vt nihil mali, a veneno relicti, deprehendi vnquam potuerit.

p. 130. 7) *Obſeruatio de exfoliatione, quae poſt quinquaginta ſeptem annos contuſionem capitis ſecuta fuit.* Auctore Cl. CHEVALIER. Homo quidam, dum decimum

cimum tertium aut quartum annum agit, in terram cadit et os parietale lateris ſiniſtri, absque vlla tamen cutis laeſione externa impingit. Tumore inde enato et grauibus ſymptomatibus obortis, chirurgus accerſitur, qui, trepani applicationem neceſſariam iudicans, cutem incidit, vulnus vero linteis carptis replet et operationem ad ſequentem diem differt. Altero die apparatum tollens, nullam laeſionem in cranio deprehendit et nihil, niſi os aliqua ex parte depreſſum detegit, quod tamen breui iterum auxiliante natura priſtinum ſtatum recuperat. Chirurgus poſtea lintea carpta, ſpiritu vini imbuta, oſſi denudato applicat, aliaque digeſtiuo quodam imbuta imponit, hanoque vulneris curationem aliis, artem non profitentibus, committit. Vulnere itaque non rite tractato ora eiusdem calloſa euadunt et os per plures menſes denudatum manet, nulla tamen exfoliatione ſubſequente. Duobus annis praeterlapſis vulnus demum coit et cicatrix inducitur, a quo tempore poſtea aegrotans ſanus et absque vllo incommodo ad ſexageſimum primum annum vsque immunis manet. Dicto vero anno iter pedibus faciens corpusque exagitans dolores acutiſſimos in loco, vbi cicatrix fuit, perſentit, qui eum vlterius progredi impediunt. Paulo poſt tumor valde ſenſibilis oritur, qui applicato emplaſtro de betonica poſt duos dies ſponte ſe aperit, quo facto duo oſſicula, magnitudine paruae ſquamae piſcis exeunt. Ab eo tempore autem accidit, vt quotannis vulnus bis, ter, quater et quinquies ſe aperiat, et quauis vice multae paruae ſquamae oſſeae exeant. Sic autem aegrotans per decem annos ſanus de reliquo et vegetus vixiſſe dicitur, et, dum notata haec ſunt, inter viuos et in eodem adhuc ſtatu fuiſſe videtur.

8) *Curatio vulneris, quod per ſclopetum fortius,* p. 136.
*terrae impactum, pectori inflictum fuit.* Auctore Cl.

LAU-

LAUGIER. Notamus hic, obturamentum, quo fclopetum infartum fuit, non ſolum integumenta, et muſculum pectoralem et intercoſtalem, ſed et pleuram et pericardium perforaſſe, ita tamen, vt corde, quod pulſans oculis conſpici potuit, illaeſo, caeterum ſubſtantiam ſiniſtri lobi pulmonis profundius penetraret; ibidemque ſubſiſteret. Licet aegrotans, cui infortunium hoc contigit, multa et grauia perpeſſus, ſaepeque morti proximus fuerit, cuncta tamen ita ceſſarunt, vt, vulnere exacte clauſo et cicatrice perfecte formata, vires recuperaret, et cum ex plebis genere eſſet, duris iterum laboribus, vt antea, vacaret.

p. 140. 9) *Litterae, quas de oſſe a foemina deglutito et cum vrina eiecto ad editorem huius diarii* dedit Cl. DIONIS. Foemina oſſiculum veruecinum, duos pollices longum et tres lineas latum deglutit, neque ſtatim male ſe habet; altero die de renis ſiniſtri doloribus ſenſim ingraueſcentibus conqueritur, febre inflammatoria corripitur, vrinam rubicundam et turbidam reddit et vomitu violento atque frequenti aliisque grauioribus ſymptomatibus cruciatur. Variis remediis vſurpatis ſymptomata aliquantum remittunt, tuncque de rene ſecundum vreteris longitudinem ſenſim quidquam deſcendere, percipit. Duobus diebus praeterlapſis dolores ſubito ceſſant, aegra tranquilla fit et per quatuor horas obdormiſcit. Pauco tempore poſt ſomnum praeterlapſo, copiam vrinae cum ſtriis ſanguineis remixtae ſimulque dictum os emittit. Paulo poſt denuo aegra de pulſante et interdum lancinante dolore renis ſiniſtri et vreteris conqueritur, et poſt horas viginti quatuor vrinam cum pure albo et craſſo, et quidem per octo fere dies, emittit. Fluxu hoc ceſſante ope balſami de Copaiua priſtinam ſanitatem recuperat *).

11 et

*) Licet Cl. Auctor tranſitum huius oſſis per viam, quam iſtud,

11 et 12) *Litterae*, quas exarauit Cl. THIERY, p. 163.
vſum pulueris, ſub nomine *Poudres d' Aix* vel *d' Aillhaud* noti, noxium exponunt et quemcunque, cui ſanitas et vita curae cordique eſt, ab vſu eiusdem dehortantur.

In *menſe ſeptembri* 1759 reperitur.

3) *Obſeruatio de effectibus Mumiae aegyptiacae.* p. 224.
Auctore Cl. SEVELINGES. Dictam mumiam, ad drachmam vnam pro doſi propinatam, homines, qui ab alto ceciderunt, quorum caput commotum fuit, vel qui aquae ſubmerſi fuerunt, ad vitam reuocaſſe, Noſter, ad experientiam prouocans, ſibi perſuadere, non dubitat.

6) *Commentatio de amputatione femoris in articulo.* p. 240.
Auctore Cl. MOUBLET. Ex duabus ſectionibus haec diſſertatio conſtat; in priori de poſſibilitate dictae amputationis egit Cl. Auctor, inque poſteriori de ipſa amputatione verba facit. Poſſibilitatem Noſter expoſiturus primo difficultates diſquirit, quae offerre ſe ſolent, hasque omnes vel a parte affecta, vel a morbis, qui eam infeſtant, vel a remediis chirurgicis prouenire, monet. Haec perpendens vlterius nunc exponit, qua ratione dictae operationis poſſibilitas ex natura partis pateat. Primo ad articulationem reſpicit, hancque in enarthroſi, omnium ſimpliciſſima, conſiſtere notat. Deinde muſculos conſiderandos offert hosque femori ſecundum longitudinem non adhaerere, eorum ſectionem nec parti truncatae, nec illis, quae eam circumambiunt, nocere, extenſionem muſculorum interrumpi, fibrarum elaſticitatem has ipſas verſus originem trahere, retractionem earum easdem a centro motus femoris remoue-

iſtud, inteſtinum rectum ad inſertionem vreteris perforando, ſibi parauit, declarare annitatur, dubium tamen eſt, num per hanc viam in veſicam peruenerit.

mouere, capſulamque ligamentoſam, quae articulum cingit, denudare, putat. Porro ad motum femoris, qui in rotatione conſiſtit, attendit, monetque hunc ſectionem partium, quae circa articulum ſunt, facilitare, cum vndique ad circulum fieret et femur verſus locum, vbi operatio inſtituitur, flecteret. Tandem et os perpendit, cumque hoc ſerra non diuidatur, operationem proinde breuiorem reddi, innuit: ſerram enim periosteum lacerare et ſuperficiem oſſis ſani aſperam et ſpiculis plenam reddere, oſtendit. Praeterea et omnes illas noxas, quae alias ex laeſa medulla proueniunt, hic metuendas non eſſe, autumat.

P. 339. Poſſibilitatem huius amputationis et ab ipſa morborum indole declarari, Noſter docet, morbosque, qui hanc operationem non differendam ſuadent, eosdem eſſe, qui eandem in aliis articulis indicant. Inprimis autem ad externas cauſas, v. g. fracturam, contuſionem etc. reſpiciendum eſſe, innuit, licet et morbos, in ipſa parte ab internis cauſis natos, interdum eam indicare, non neget; interim tamen, cum vlcera, gangraena etc. ab internis cauſis in femore producta, plerumque non niſi vniuerſa humorum maſſa infecta, in dicta parte demum appareant raroque curationem admittant, amputationem quoque et tunc demum fruſtra nec ſine damno ſuſcipi, concedit. Contra, ſi ab externis cauſis male afficiatur femur et grauia mala producantur, toti corpori et vitae nocitura, amputationem ſuſcipiendam ſuadet. Verum et in hoc caſu eandem non absque cautione inſtituendam et ad ſymptomata inprimis attendendum eſſe, praecipit. Interdum enim accidit, vt poſt operationem horrenda ſymptomata obſeruentur, quae vero non ab ipſa operatione, ſed ab iſtis malis dependent, quae corpus ante operationem infeſtarunt. In tali igitur ſtatu operationem

eo vſque differre eſſe cupit, donec gratia illa ſymptomata, vt ſpaſmi, conuulſiones, dolores, inflammationes vehementes etc. vel ſe imminuant vel ceſſent. Praeterea id ſemper perpendendum eſſe, praecipit, num corpus plus damni, quam membrum affectum expertum ſit; quo in caſu optimo cum fructu operationem differri poſſe, notat.

Pari quoque ratione et poſſibilitatem huius ope- p. 351.
rationis ex applicatis auxiliis chirurgicis eluceſcere, putat. Non negat quidem, multas ſe in diſcindendis muſculis, ſiſtendo ſanguine, aperienda capſula ligamentoſa et reſcindendo ligamento interno offerre difficultates, verum ſi amputatio, relicto carnis ſegmento, *Amputation a lambeau*, inſtituatur, arteria cruralis mox poſt egreſſum ex abdomine vna cum nerno crurali ligetur et femur varia ratione moueatur, quo ligamentum orbiculare relaxetur, hincque aperiatur, dictam operationem non ſolum tuto, ſed et absque magna ſanguinis iactura et absque magno dolore inſtitui, arbitratur.

Sectione poſteriori ipſam huius operationis pra- p. 436.
xin nunc deſcribit Nolter, et primo ſtatim ad adaptandum apparatum ante operationem reſpicit, quem ita diſponendum ſuadet, vt et celeritati operationis et commoditati medentis eodem proſpiciatur. Tandem ipſam amputandi methodum explicat, quam in tria ſtadia, tribus quippe praecipuis inſtrumentis, ſe inuicem in operatione excipientibus, diſtincta, diuidit. Sic primo ſcalpello recto, *Biſtouri droit*, vtitur, quo integumenta ad quatuor vel quinque digitos ſecundum longitudinem incidit, et ita inciſionem dilatat, vt arteriam ligare nunc poſſit. Poſthac cultro recto, *Couteau droit*, inſtructus, hunc ipſum ita dirigit, vt integumenta multumque carnis circa articulum ſeruentur, quo magnum carnis ſegmentum formetur. Tandem ſcalpellum ſemicuruum,

*Biſtouri*

*Biſtouri a demi-courte*, adhibet, eoque ad aperien-
dam capſulam et diſcindenda ligamenta vtitur. Am-
putatione peracta et femore a corpore remoto vul-
neris curam habet, huicque ita proſpicit, vt reli-
ctum carnis ſegmentum et integumenta adducantu
et ad coniunctionem apta reddantur.

p. 544. Vltimo loco deſcriptam methodum Noſter ex-
plicat eiusdemque vtilitatem exponit: praecipue au-
tem oſtendit, quamnam vtilitatem dicta ſcalpella e
culter prae aliis hic praeſtent. Deinde etiam han
exſtirpandi methodum, vbi carnis ſegmentum relin
quitur, ob id laudat, quod cicatrix minus difformi
inducatur, nec periculoſa adeo ſymptomata me
tuenda ſint, ſuppuratio contra multo facilior et lau
dabilis expectari oſſisque exfoliatio praecaueri poſſit
His autem expoſitis ſub finem huius tractationis re
gulas praeſcribit, quas curatione abſoluta ration
aegroti, cuius corpus tam inſignem mutationem
quoad ſanguinis circuitum et inde dependentes actio
nes ſubiit, obſeruandas eſſe, innuit.

p. 274. 9) *Particula Actorum Academiae Regiae Scientia
rum Pariſienſis Menſ. Iun.* 1759. Hic de anatomi
artificiali mentio facta eſt, cuius praeparatio virgin
cuidam, nomine *Biheron*, adſcribitur. Ita auten
in efformandis corporis humani partibus artificioſi
artem atque induſtriam dictae virginis extollunt, at
que deſcribunt, vt partes efformatae naturam ex
acte exprimant et vix a naturalibus diſtinctae eſſ
dicantur. Sic cranii internam ſuperficiem, diuer
ſas cerebri partes, plexum choroideum, membra
nas, pectus et abdomen inuoluentes, aliasque pa
tes ſcite et egregie arte efformatas eſſe, perhibent.

*In Menſe Octobri* 1759 deprehendit,

p. 333. 4) *Obſeruatio de corpore peregrino in vulnere qu
tuordecim circiter annos haerente, cum ſymptomat
bu*

*bus peculiaribus*, Auctore Cl. COURREGEOLES. Foemina octauo atatis ſuae anno virgula ſupra orbitam oculi dextri paruum vulnus accipit, quod breui conſolidatur. Accidit vero, vt, dum prima vice grauida fit, tumor verrucae magnitudine in dicta parte enaſcatur, qui partu enixo diſparet. Sed altera vice grauida dum euadit, idem tumor cum doloribus inſignibus redit, neutiquam ceſſans, dum foetus excuſſus fuit, dolores potius augentur, eo magis increſcentes, quo magis lacte turgent mammae, ſeſe vero imminuentes ſtatim ac tenello lac praebuit mater. Tumor tandem aliquoties lapide infernali tactus totus ſeparatur, quo diſquiſito parulum fruſtum ligni in medio eiusdem Noſter reperit, ita diuiſum, vt furcam repraeſentaret, cuius apices pericranio infixi fuerunt; inde dolores durante contractione muſculi frontalis obortos deriuandos eſſe, Noſter colligit.

5) *Obſeruatio de utero oſſeo facto et glandula eiusdem naturae in vagina eiusdem reperta.* Auctore Cl. DES GAUX DE FOBERT. Vterus hic, quem in cadauere foeminae ſexaginta trium annorum reperierunt, octo libras cum dimidia ponderauit, totusque oſſeus factus et tenui membrana, veluti perioſteo tectus fuit, adeo durus, vt mallei ictus et cultrorum vim elideret. Vagina diſquiſita plures glandulas, earumque aliquam trium drachmarum pondere nucisque magnitudine, malleo reſiſtentem et perfecte oſſeam repererunt. Scirroſa haec concretio per triginta quinque annos in corpore latuit. p. 336.

7) *Obſeruatio de hernia cum inflammatione, vomitu ſpontaneo curata.* Auctore Cl. GIGNOUX. Infans quinque annorum, hernia ſcrotali affectus longoque bracherii vſu ab ea tandem liberatus videtur. Sed accedente febre putrida verminoſa hernia cum omnibus ſignis incarcerationis, pau- p. 365.

pauloque poſt inflammatione ſtipata, redit. Repoſitione fruſtra tentata, varia remedia interne et externe, omnia tamen incaſſum, adhibentur. Symptomatibus interim grauioribus, copioſisque vomitibus perdurantibus, ſingultu ſuperueniente et pulſu omni quaſi momento debiliori facto, gangraenam et mortem in propinquo eſſe, Noſter autumat. At vero vndecimo die febris diſparet, tumor mollis fit, hernia ſponte in abdomen intrat et infans euadit.

p.368. 8) *Obſeruatio de fractura in media femoris parte ſola muſculorum actione producta.* Auctore Cl. CURET. Notamus hic, hominem, cui infortunium hoc contigit, in naui detentum et tempeſtatem tum temporis valde procelloſam fuiſſe, ita, vt ob creberiores et inexpectatos concuſſus omnes muſculi ad contrahendum illico cogerentur. Inde autem factum eſſe, vt femur ob vehementem muſculorum contractionem frangeretur, Noſter arbitratur.

p.370. 9) *Obſeruatio de fruſto carnis e trachea egreſſo* Auctore Cl. DALBIS. Sutor, potum cantumque amans, haemoptyſi corripitur et nocte quadam in mani tuſſi vexatur. Tandem fruſtum carnis exſpuit quo reiecto tuſſis ſtatim ſedatur, ſanguinis fluxus ceſſat, et aeger noctem tranquillam tranſigit. Altero die Noſter accedens fruſtumque diſquirens iſtud vas album, octo pollices longum, calamum ſcriptorium craſſitie aequans, ramosque, ramuli minoribus inſtructos, hinc inde emittens, deprehendit. Vaſe hoc diſciſſo eundem humorem, quem tuſſi exſpuit aeger, itidemque ſanguinem in cauitate reperit, hincque iſtud pro vaſe aereo et ſeparatione membranae internae bronchiorum habet.

*In menſe Nouembri* 1759 occurrit,

p.409. 3) *Obſeruatio de vomitu, qui per interualla ad quot annos durauit, cui cauſam oſſeus et exulceratus d*

d

*dit pylorus.* Auctore Cl. ODOTANT DESNOZ. Narratur hic, vomitum in principio adhibitis nonnullis remediis ceſſaſſe et per aliquot menſes ſiluiſſe, poſthac autem aliquoties rediiſſe, tandem vltimo anno ad mortem vsque perduraſſe. Corpore aperto pylorus in ſuperiore parte cartilagineus, in inferiore vero oſſeus in conſpectum venit, ita tamen, vt non niſi anguſtum pateret orificium, cuius diameter tres tantum lineas fuit.

4) *Obſeruatio de ſpecie quadam obſtructionis oeſophagi.* Auctore Cl. BRIEU, *filio.* Homo, qui hoc malo afflictus fuit, facile quidem fluida et alimenta mollia, ſolidiora vero non niſi potu ſimul ingeſto deglutire potuit. Malo hoc per aliquot tempus duranti tuſſis tandem et reſpirandi difficultas ſuperuenit, quibus omni die auctis tuſſi demum violenta corpus, piſi magnitudine, flauum, glandulo-ſum, ſemiputrefactum valdeque foetens reiecit. Quo facto ſolida ſtatim alimenta deglutire potuit; ſed febre lenta accedente ſenſim contabuit, et ſuffocatus quaſi ſubito periit. Corpore aperto in inferiori parte oeſophagi circa cardiam nonnulla tubercula inter ſe inuicem coniuncta et ſuppurata reperierunt. p. 413.

9) *Obſeruatio de ganglio octodecim pollicum longitudine in femore foeminae ſito et exſtirpato.* Auctore Cl. DAUCHI. Ganglion hoc, quod per viginti tres annos foeminam iam afflixit, inferiorem partem femoris totumque genu articulum occupauit, ſeque in tibiae tuberoſitate terminauit. Accidit demum, vt aegra in terram caderet et genu contra eam impingeret; inde ganglion in peius mutatum, variisque remediis fruſtra applicatis tandem bono cum ſucceſſu exſtirpatum fuit. p. 451.

11) *Kirtus plantae, quae a nonnullis ſibadilla Cuadilla Mexicanorum, planta Mexicana hordeolum* p. 466.

*dicitur.* Auctore Cl. LOTTINGER. Semina, quae de hac planta in vſum medicum cedunt, exterius tantum, ob vim cauſticam interne nunquam, adhiberi poſſunt. Puluerem autem horum ſeminum, capiti aliisque partibus adſperſum, inſecta varii generis necare et profligare, eundemque vlceribus putridis ad abſumendam carnem fungoſam, itidemque partibus gangraena affectis applicatum eodem modo, vt mercurium ſublimatum corroſiuum, agere, Noſter perhibet.

In *Menſe Decembri* 1759 occurrit,

p. 499. 2) *Obſeruatio de ſcirrho inteſtinorum iuueterato, vſu belladonnae, interne ſumtae, curato.* Auctore Cl. DARLUC. Homo corpore macilento, ſtudiis vitaeque ſedentariae deditus, per quatuor fere annos dolore fixo in dextro abdominis latere, vbi colon eſt, cruciatur, ita vt iſte dolor ſemper poſt paſtum cum tenſionibus aliisque incommodis exacerbetur, neque vnquam, niſi calore lecti aut ſitu horizontali ceſſet. Praeterea et alui ficcitate et obſtructione eiusdem laborauit. Variis igitur remediis vſurpatis malum, licet interdum ſiluerit vel et cedere viſum fuerit, ſemper tamen reuertit: inde Noſter in morbum omni attentione inquirens et abdomen tactu explorans, in colo varias glandulas ſcirrhoſas, quarum maxima ouum magnitudine aequauit, reperit; quae res Cl. Auctorem ita mouit, vt de propinatione heroicorum remediorum ſtatim cogitaret. Cum itaque Cl. LAMBERGEN obſeruatio in mentem veniret, quae quippe cancri mammarum etc. ope infuſi foliorum belladonnae curati mentionem facit, idem infuſum dicto aegro propinare ſecum conſtituit Omni igitur cautione obſeruata dicto infuſo, per viginti duos menſes Cl. Auctoris ſuaſu aeger vtens, tandem ab iſto malo liberatus fuit.

Ante

Antequam vero remedium hoc propinauit Noſter, ipſe ad explorandas huius plantae vires in ſe inſtituit experimenta et ſequentia annotauit. Folia belladonnae per integrum menſem omni die ſoli expoſuit, eo fine, vt viſcoſitate et odore virulento et narcotico, quem ſpargunt, liberarentur. Exſiccatorum horum foliorum ſcrupulo vni decem cyathos, (*Taſſes*) aquae adfudit, et per integram noctem ſuper cineres calidos digeſſit; aquam poſthac vix tinctam animaduertens quinque tantum cyathos adfudit, quo facto mediocriter tincta apparuit. Huius itaque infuſi ſemicyathum mane ſumſit, horaque praeterlapſa ſiccitatem vix notabilem in ore percepit, quae vero breui euanuit; altero et ſequentibus diebus integrum cyathum deglutiuit, inde ſiccitas paulo maior oeſophagum occupauit, quae ad meridiem vsque durauit. Audacior nunc factus plantam ad ebullitionem vsque decoxit et vltra cyathum huius decocti mane ſumſit; paucis momentis praeterlapſis inſignis tunc ſiccitas in ore et per totum oeſophagum oritur, lingua alba et arida fit, et, dum ſaliuam deglutire operam dat, ad palatum ſe adglutinat; porro difficulter verba proferre valet, vocemque raucam et obſcuram emittit; quocirca ad diſſipandam ſiccitatem, quae magis ac magis moleſta Noſtro euadit, potum acidum ſumit, quo dum in ore tenetur, ſiccitas minus moleſta percipitur, dum vero eundem deglutit, acrimonia pungens percipitur, qua oeſophagus excoriari quaſi videtur. Solida vero deglutire non potuit, ſicque in hoc ſtatu ad *meridiem* vsque ſe habuit; tuncque domum reuertens, totum corpus vacillans animaduertit, vixque pedibus inſiſtere potuit, nulla tamen vertigine percepta nec obiectis in gyrum conuerſis. Praeterea mina penitus ſuppreſſa fuit ita, vt eam non niſi guttatim emittere valeret; viſus etiam admodum debi- p. 509.

lis euasit, vixque litterarum notas et non nisi eminus explicare potuit. Omnia haec symptomata ad noctem vsque durarunt, ita tamen, vt nullum ciborum appetitum nec alimentorum consuetorum saporem perciperet. Altero die infusum in minori dosi sumsit, inde omnia symptomata minus grauia obortа sunt, praeter id, quod visus solus male afficeretur; dumque post meridiem omnia symptomata ceassrunt, vix ante mediam noctem litteras oculis percipere potuit. Haec itaque aeger animaduertens ipse nunc remedii huius vires in se experiri cupit, inprimis cum vidisset, quod Cl. Auctori praeter recensita symptomata nullum aliud incommodum contingeret, neque dictum remedium eum in explendo officio impediret.

P. 523. 3) *Litterae, quas de arista hordei per vrinam euacuata* ad Cl. VANDERMONDE dedit Cl. SUAU. Iuuenis de renum dolore conqueritur, qui remediis vsurpatis post sex demum menses cessat, a quo tempore autem dysuria superuenit, et vrina interdum flammea, interdum naturalis, semper autem cum dolore emittitur. Tandem pus cum vrina euacuatur et accidit demum, vt dictum corpus per vrethram transeat, quod duos digitos transuersos longum fuit. Corpore hoc egresso et remediis abstergentibus et mundificantibus iniectis pristinam sanitatem recuperat aeger. Rogatus posthac, tempore messis aquam impuram et cum ea forte dictam aristam deglutiisse, respondet. Peregrinum igitur hoc corpus per intestinum colon sibi viam fecisse, itidemque per renem in peluim eiusdem transiisse et ex hac per vreterem in vesicam peruenisse, Noster arbitratur.

P. 529. 4) *Peculiare graviditatis signum.* Auctore Cl. GODART. Foemina quauis vice, dum foemininum foetum in vtero gessit, aluo obstipata laborauit dum vero masculinum gessit, aluum adeo lubricam habuit

habuit, vt ſaepe bis de die eam deponeret. Foemina haec ſexies grauida facta ad ſignum hoc attendens ſemper praedixit, cuiusnam ſexus foetus in vtero lateret.

In *Tomi XII Menſe Ianuario* 1760 occurrit,

3) *Obſeruatio de ſingulari artificum morbo.* Auctore Cl. BOUCHER, Artifex, qui in aeuendis forficibus robuſtis, ad tondendos pannos aptis, quotidie occupatur, tremore corporis vniuerſali corripitur, qui vſurpato puluere ex cortice peruuiano, cortice caſcarillae, croco martis aperitiuo, ſuccino praeparato et cortice cinnamomi parato ceſſat. Occaſionalem huius tremoris cauſam a circumagenda mola, quod artificis labor fuit, proueniſſe et neruorum ſyſtema aeque ac muſculos inſigniter inde commotos fuiſſe, Noſter putat. p. 20.

4) *Litterae, quas de vena Mediuenſi et de vſu mercurii ſublimati corroſiui in hoc morbo ad Editorem huius diarii* dedit Cl. GALLANDAT. Vermis iſte, qui, vti conſtat, deuoluendo ſenſim educitur et maguam cautionem poſtulat, vſu mixturae SWIETENII non ſolum multo facilius ſed et in multo breuiori tempore eductus fuit, ſiquidem Noſtro contigit, dictum vermem mixtura hac vſurpata intra viginti dies educere, cum tamen absque hoc remedio plerumque viginti quinque ad quadraginta vsque dies ad educendum vermem, dimidia parte breuiorem, neceſſarii eſſent. p. 24.

7) *Curatio gangraenae abdominis.* Auctore Cl. LAUGIER. Foemina ſexaginta quatuor annorum, quae ſaepe in ſubigenda farina occupata fuit, ſuumque abdomen contra marginem mactrae indeſinenter applicuit, dolore inſigni in regione lumbari et difficultate vrinae corripitur. Variis remediis vſurpatis, nec ſtatu aegrae in melius mutato, abdomen p. 44.

insigniter intumescit, tandem duae vesiculae, nucis iuglandis magnitudine, trium digitorum distantia super regionem inguinalem oboriuntur, quibus ruptis humor foetidissimus effluit, quo facto abdomen aliqua ex parte detumescit. Sequenti die loco vesicularum crusta et eschara, palmae magnitudine, sphaceli potius quam gangraenae faciem prae se ferens, in conspectum venit, tam profunde serpens, vt panniculus adiposus et musculi abdominales iam corrupti appareant. Partibus mortuis hinc abscissis praeter scarificationem reliquis partibus affectis tinctura, ex myrrha, aloe et spiritu vini camphorato parata, applicatur, insimulque digestiuum ex oleo terebinthinae, oleo hyperici ouique vitello, linteis carptis exceptum imponitur, interne vero infusum corticis peruuiani vsurpatur; quo facto progressus mali sistitur, et aegra sensim in integrum restituitur.

p. 54. 8) *Obseruatio de calculo, quatuordecim vncias duasque drachmas cum dimidia ponderante, ex vesica ope sectionis extracto.* Auctore Cl. MARTEAU DE GRANDVILLIERS. Sufficiat notasse, aegrotantem foeminam quadraginta annorum, calculo ex vrethra, nouem lineas incisa, educto, intra sex septimanas restitutam quidem fuisse, sed vrinae incontinentiam retinuisse.

In *mense Februario* 1760 deprehenditur;

p. 123. 4) *Obseruatio de obstructione alui incurabili.* Auctore Cl. LE ROUX. Notarius regius, sexaginta sex annorum, vitae sedentariae deditus, obstructione alui laborans, remediis cunctis incassum tentatis, septimo vel octauo morbi die moritur. Corpore aperto excrescentiam carneam, omnem intestini recti cauitatem ad duodecim vel quindecim lineas replentem, firmam et compactam repererunt.

6) *Ob-*

6) *Obſeruatio de virtute radicis filicis maris, foetum ex vtero expellendi.* Auctore Cl. OLIVIER. Foeminae, quae febre putrida verminoſa laborauit, mortuumque in vtero foetum geſſit, decoctum dictae radicis tanquam anthelminticum Cl. Auctor propinauit, quo facto eodem die foetus mortuus excuſſus fuit. Hac itaque experientia AETII obſeruationem, quae hac radice foetus viuos interfici mortuosque extrudi, perhibet, confirmari putat, practicosque de radice hac grauidis caute exhibenda monet. p. 129.

11) *Obſeruatio de operatione herniae inguinalis, vbi maxima omenti gangraenoſi pars reſciſſa, nec vlla ligatura in eodem facta fuit, qua peracta aeger multa ſegmenta tunicae interioris canalis inteſtinalis per aluum depoſuit.* Auctore Cl. CAMPARDON. Aeger, in quo operatio haec inſtituta fuit, ſexageſimum iam aetatis annum egit. Tumor hernioſus caput magnitudine aequauit, et licet flaccidus fuerit, facileque digitis prementibus ceſſerit, nulla tamen repoſitio locum inuenit. Tumore inciſo magnam omenti corrupti partem exſecuerunt, ita tamen, vt ligaturae applicatio impoſſibilis quidem eſſet, nulla vero humorum effuſio inde ſubſequeretur. Portione illa coli, quod in hoc ſacco in conſpectum venit, reducta, paulo poſt diarrhoea acceſſit, quae, antequam hernia incarcerata fuit, iam adfuit, ceſſans vero, ſtatim ac hernia iſta incarcerata euaſit. Quamuis aeger febre putrida ſimul correptus multa et grauia mala perpeſſus fuerit, priſtinam tamen ſanitatem recuperauit. p. 142.

12) *Obſeruatio de retentione vrinae, cuius cauſa vermis villoſus fuit, quem ex vretra viri extraxit* Cl. LEAUTAUD. Aeger iſte per aliquot ſeptimanas iſchuria et dolore in regione lumbari dextri lateris laborans vltimis diebus plenarium vrinae retentio- p. 151.

nem patitur. Hinc Noſter accerſitus et vrethram diſquirens obſtaculum reperit, quo extracto vermis, craſſitie calamum ſcriptorium aequans et quinque pollices longus, vndique pilis obſitus, in conſpectum venit. Hoc educto inſignis copia vrinae effluit et aeger reſtituitur.

p.155. 14) *Obſeruatio de lapſu, quem ſingulare ſymptoma ſecutum eſt.* Auctore Cl. CONTENSON. Homo viginti quatuor annorum ad viginti pedes ab alto cadit, et licet nulla pars manifeſte laeſa fuerit, male tamen inde ſe habet. Venaeſectione aliquoties inſtituta, aliisque remediis vſurpatis, tandem poſt aliquot dies in toto corpore veſiculae erumpunt, quibus apertis nihil niſi aer exit. Aeger inde ſtatim melius ſe habens, cute deſquamata, ſanitatem rurſus recuperauit.

p.167. 17) *Hiſtoria, quam cum Academia Regia Scientiarum Comes* DE TRESSAN *communicauit.* Hic deſcriptio habetur nobilis cuiusdam Poloni, nomine *Borwslaſky*, qui nanus fuit. Totum enim corpus a vertice ad plantam pedis vsque viginti octo tantum pollices longum fuit, ita tamen, vt omnes partes egregie conformatae eſſent et longitudini exacte reſponderent. Praeterea in pulchro hoc corpuſculo anima, egregiis dotibus inſtructa, reſediſſe, dicitur. Paruulus hicce homo a parentibus non mediocris ſtaturae prognatus eſt, et quatuor fratres cum ſorore congenitos habuit. Natu maximus triginta quatuor pollices longus fuit, hunc ordine ſecutus eſt is, qui hic deſcribitur, hunc tres alii exceperunt, quorum quiuis quinque pedes ſexque pollices longus fuit. Agmen demum clauſit puella, quae, dum litteris haec notata ſunt, ſextum aetatis annum egit et viginti pollices aut ad ſummum viginti vnum longa fuit. Tandem notandum eſt, nanos hos, dum in lucem prodierunt, vix corporis huma-

humani figurae ſimiles fuiſſe. Caput enim inter humeros ſeſe abſcondit, ita, vt illi reſpectu longitudinis ei pares eſſent; quam ob rem corpus in ſuperiori parte figuram quadratam repraeſentauit; femora vero et crura ſe inuicem decuſſatim exceperunt offique ſacro et oſſi pubis propius admota fuerunt, ita, vt inferiorum partium oualis inde figura appareret. Totum itaque corpus informe, praeter faciem, humani nihil quidquam habuit, interim tamen ſenſim paulatimque ita euolutum, vt nihil difforme relinqueretur, e contrario omnes partes proportionatae et bene conformatae in conſpectum venirent.

In *Menſe Martio* 1760 deprehenditur,

3) *Obſeruatio de aſcite notatu digno, mira criſi curato.* Auctore Cl. MOUBLET. Foeminae aſciticae, quae multa per longum tempus perpeſſa fuit, tandem variis remediis vſurpatis ſerum non ſolum per diureſin et aluum, ſed et per ſudorem et per hunc quidem tanta copia exiit, vt lintea per diem aliquoties mutare cogeretur. Licet aegra morti ſaepe proxima et recidiua etiam bis correpta fuerit, graui tamen hoc morbo liberata perfecte conualuit. p. 198.

4) *Obſeruatio de effectibus ſalutaribus granorum ſappatilli, in colica nephritica aliisque morbis.* Auctore, Cl. RANSON. Arbor, de qua fructus iſte decerpitur, vocatur ab Ill. LINNAEO *Achras* PLUMIERI. Fructuum alii pyris, alii pomis ſimiles ſunt, pulpa molli, dulci, vinoſa et refrigerante donati. In centro fructus locum occupant grana, forma pyrorum granis ſimilia, ita tamen, vt putamen, quod nucleum inueſtit, durum ſatis, fractu tamen facile deprehendatur. Haec grana drachmam vnam vel duas cum aqua ſimplici terenda eſſe, neque tamen emulſionem obtineri, Noſter perhibet. Exinde autem remedium fluidum, ſapore amaro inſtructum, obtinetur, quod omni quadriho-

drihorio ſumendum, et, ſi ob ſaporem aegris diſpliceat, ſaccharo edulcorandum, vrinae fluxum prouocare inſimulque viſcidam pituitam et ſabulum euacuare dicitur. Interdum etiam, ſi, ob debilitatem ventriculi, remedium hoc in fluida forma ingeri nequeat, idem iſtud in ſubſtantia, bene tamen contuſum et cum ſaccharo ad drachmam vnam propinatum eundem effectum edere Noſter perhibet et nonnullis obſeruationibus confirmare annititur.

p.238. 5) *Obſeruatio de bonis effectibus ipecacuanhae in infuſo propinatae.* Auctore Cl. DEPLAIGNE. Infuſum ipecacuanhae pulueri eiusdem anteponendum eſſe et in parua doſi efficacius et absque noxa, alias a puluere metuenda, agere, Noſter obſeruatione hac probare ſtudet. Pro conſtitutione igitur aegroti, octo, decem duodecim, immo, ſed robuſtis tantum, et viginti grana pulueris ipecacuanhae cum aquae calidae cyathis (*Taſſes*) tribus infundi et omni quadrihorio cyathum ingeri, iubet. Sic autem iſte remedio, per vomitum euacuante, in dyſenteria, vti iam conſtat, diarrhoea, nauſea et vomituritione, aſthmate humido, tuſſi, aliisque pectoris morbis, quae mala cuncta a viſcida materie proueniunt, et infantes et foeminas grauidas optime cum ſucceſſu vti, Noſter, multiplici experientia confirmatus, aſſerit.

p.241. 6) *Obſeruatio de ſpecie quadam opiſthotoni.* Auctore Cl. DE SAINT-HERAN D'AMBON. Notamus hic, non ſolum caput verſus poſteriora, ſed et pedes et brachia reflexa fuiſſe, aegramque, quae malum hoc a perſpiratione ſuppreſſa ſibi contraxit, optimum auxilium a balneis recepiſſe.

p.245. 7) *Obſeruatio de hydrope aſcite.* Auctore Cl. LEAUTAUD. Paracentheſi quinquies inſtituta centum et quinquaginta libras aquae eduxerunt, qua educta aeger conualuit. Ex duodecim libris huius aquae ſalem

ſilem paulo ruffeſcentem, ſaporis amari, odoris vrinoſi, ſalique polychreſto, reſpectu conſiſtentiae, ſimilem obtinuerunt.

8) *Deſcriptio nouae acus triquetrae ad perforandum hydrocephalum aptae aliisque euacuationibus reiteratis vicibus prouocandis inſeruientis.* Auctore Cl. DECAT. Acus iſta triquetra, cuius iconem adiectam hic conſpicimus, a communi in eo differt, quod cannula multo breuior ſit, et in ſuperiori parte duo circuli appoſiti deprehendantur, qui a ſe inuicem ſeiungi poſſunt, ita, vt emplaſtrum interponi commode queat. Hocce itaque inſtrumento hydrocephalum infantis trium menſium cum dimidio perforauit. ita, vt emplaſtro vndique agglutinato et, acu educta, obturamento argenteo, in cannulam immiſſo, haec relinqueretur et aqua non omnis vna vice, ſed per aliquot dierum ſpatium ſenſim educeretur. Verum omni cautione adhibita infans quinto tamen poſt operationem die obiit. p. 247.

11) *Obſeruatio de epiploo monſtroſo.* Auctore Cl. DIEU DONNE DUMONT, *filio.* Omentum hoc, quod in aſcitico repererunt, quatuor vel quinque digitos craſſum et corpuſculis duris pollicem craſſis, repletum fuiſſe et octo vel nouem libras ponderaſſe, dicunt. p. 270.

In *Menſe Aprili* 1760 reperitur,

4) *Obſeruatio de hydrope aſcite profligato et intra anni ſpatium recurrente, tandem tartaro emetico curato.* Auctore Cl. MELUE-LATOUCHE. Variis remediis, altera vice incaſſum tentatis, tartarum emeticum ad duo grana Noſter exhibuit, idemque remedium paucos poſt dies repetiit, quo facto alui vrinaeque excretio inſigniter excitata fuit, et aeger conualuit. p. 324.

6) *De-*

P. 346. 6) *Deſcriptio auriculae cordis dextrae praeter naturam dilatatae.* Auctore Cl. CHEMIN. Foemina per plures annos difficultate ſpirandi et tuſſi ſicca laborauit, pulſuque intermittente et palpitatione cordis violenta et continua continuoque dolore punctorio ſub ſterno cruciata fuit. Demortuae tandem corpore diſſecto auriculam cordis dextram adeo dilatatam reperierunt, vt infantis caput magnitudine aequaret.

P. 348. 7) *Obſeruatio anatomica in homine inſtituta, qui vnum tantum renem vnumque vreterem habuit.* Auctore Cl. GUIGNEUX. In viri cuiusdam, per duodecim annos doloribus nephriticis vehementioribus afflicti, corpore poſt mortem diſquiſito, ren et vreter ſiniſter plane defuit, dexter e contrario tertia parte maior apparuit, tanta pelui inſtructus, vt calculum oui columbini magnitudine contineret.

P. 351. 9) *Litterae, quas de caſu valde ſingulari ad Editorem huius diarii* dedit Cl. TAIGNON. Foemina ſexagenaria hernia crurali laborauit, in cuius medio paruum foramen in conſpectum venit, per quod humor ichoroſus, flaueſcens valdeque foetidus exiit. Tumore inciſo finem inteſtini, putridi iam et foeculenta materie valde dura repleti, Noſter reperit. Mirum autem fuit, foeces non ſolum per aperturam, ſed et naturali modo per aluum exiiſſe. Remediis vſurpatis et vulnere rite tractato aegra conualuit.

P. 371. 12) *Litterae, quas de aduſtione vulnerum ſclopetariorum et effectu cauſticorum in cadauera ad Editorem huius diarii* dedit Cl. CHAINEBRUN. Licet plurimi chirurgorum hodie ea opinione ſint, ac ſi dicta vulnera nulla aduſtio comitetur, Noſter tamen, ad experientiam prouocans, contrariam ſententiam fouet et ſequentia perpendenda offert. 1) Omnia eiusmodi vulnera eſcharam habent, quae effectus eſt aduſtionis. 2) Vulnera, per contuſionem orta, necro-

necrosin partis adferunt, maiorem sanguinis copiam fundunt et suppuratio non adeo diuturna est; vulnera sclopetaria vero, crusta obteguntur, quam natura plus minus facile separat, eaque faciem eandem ac vulnera contusa, non praebent. 3) Globuli, qui vulnera inferunt, plerumque calidi sunt, si tanguntur, et per frictionem aeris tales euadunt. 4) Accidit interdum, vt explosio globuli proxime obseruetur, inde pulueris flamma et tormentum in partes, quae comburuntur, intrat. 5) Cum flamma eo cedat, vbi minimum est resistentiae, transitum globuli per aerem necessario sequi, eumque se insinuare, partemque comburere oportet. Quod autem ad effectum causticorum e. g. lapidis caustici et aquae fortis attinet, Noster vestigia horum remediorum in cadaueribus, quae tetigit, obseruauit, licet nulla vis in cadauera ab aliis chirurgis eis attribuatur.

In *Mense Maio* 1760 occurrit,

5) *Obseruatio de tumore glandulae parotidis, cuius pus in pectoris cauum se euacuauit.* Auctore Cl. HENRY. In dissecando cadauere puellae duodecim annorum Noster occupatus, ad apophysin mastoideam ad mediam colli partem vsque tumorem reperit, qui musculos vicinos e loco remouit inque inferiori parte perforatus fuit; materies autem inde effluens ad latus tracheae sibi viam fecit, sicque in pectoris cauitatem intrauit. Mortem huius puellae puri isti adscribendam, hoc autem ob moram, cum tumor non incisus esset, sibi viam istam feciſſe, hinc in aperiendis tumoribus non diu cunctandum esse, monet. p. 443.

7) *Obseruatio de hydrope cerebri.* Auctore Cl. HAZON. Puer decem annorum, qui de insigni capitis dolore a prima iam infantia conquestus fuit visu- p. 451.

viſuque admodum debili laborauit, poſt mortem diſquiſitus in cerebro ad libram vnam aquae habuit.

p.453. 8) *Obſeruationes de pluribus tumoribus fungoſi aut carcinomatitis ligatura aut amputatione curatis* Auctore Cl. PERRAULT. Ex his tantum allegamus tumorem, qui a media occipitis parte ad quintam colli vertebram ſe extendit, feliciter exſtirpatum eſſe et viginti octo libras ponderaſſe, aegrotum autem ſanitatem recuperaſſe.

p.459. 11) *Obſeruatio de bono effectu iniectionum aquae calidae in vterum, quando partes quaedam ſecundinarum poſt partum praematurum et maturum remanſerunt.* Auctore Cl. TOUZAIN. Calidam nimirum aquam omni quadrante horae vltra trium horarum ſpatium in vterum, in quo portio ſecundinarum poſt abortum remanſit, Noſter iniecit, quo facto dicta pars exiit, dolores paulo poſt vna cum haemorrhagia ceſſarunt et aegra conualuit.

p.467. 14) *Litterae, quas de effectu plurium remediorum ad Editorem huius diarii* dedit Cl. DU-MONCHAU. Sic corticem peruuianum cum millepedibus mixtum puſtulas faciei, eundemque cum ſerpentaria virginiana, puluere de gutteta et ſale ſuccini mixtum malum hyſtericum (*Affections Vaporeuſes*) turpethum minerale cum bezoardico minerali et camphora mixtum luem veneream, et alcalia volatilia rheumatiſmum et malum iſchiaticum curaſſe, legimus.

In *Menſe Iunio*, 1760 deprehenditur,

p.506. 3) *Obſeruatio de colica verminoſa, martialium ſaliumque neutrorum ope curata.* Auctore Cl. DARLUC. Homo, qui per aliquot dies copiam fructuum acidorum ingurgitauit, colica corripitur, tandem aluum frequentius deponit et viſcidam pituitam cum materie foeculenta, vermibus copioſis remixtam euacuat. Praeter alia remedia Noſter tandem cro-

cum

cum martis antimoniatum, ſalem mirabilem GLAUBERI plantarumque ſuccum exhibet et ope horum remediorum aegrotum reſtituit.

4) *Meditationes ſuper problemate* STAHLII *vna cum multis experimentis, ſeparationi acidi vitriolici, cum aliis corporibus coniuncti inſeruientibus.* Auctore Cl. LE CHANDELIER. Dictum nimirum acidum in tartaro vitriolato, ſale mirabili GLAUBERI, vitriolo viridi, cryſtallis martis, ſale martis RIVERII, vitriolo coeruleo et albo, vitriolo argenti, vitriolo zinci, alumine, ſale iſto ſelenitico, in aqua calcis viuae recenti reperiundo, borace, ſale ſedatiuo, tartaro acido ſulphureo ipſoque ſulphure deprehendendum, ope mercurii, in ſpiritu nitri ſoluti, ſeparatum et cum mercurio coniunctum fundum petere coloremque luteum induere, idque ſignum acidi vitriolici, nunc cum mercurio coniuncti, praebere, Noſter perhibet. p. 513.

6) *Obſeruatio de exoſtoſi monſtroſa.* Auctore Cl. BONTE. Exoſtoſis haec in parte tibiae media et inferiori formata et integumentis partibusque muſculoſis tecta fuit et viginti ſeptem pollices in peripheria habuit. Materies huius tumoris in ſuperiori parte mollis et gelatinoſa, in inferiori autem adeo dura fuit, vt vix ſecari poſſet. Cauſam excreſcentiae dedit equus, qui aegrum, leuiter tamen et vix absque laeſione cutis, calcitrauit. Amputationem aeger renuens empyricis ſe tradidit, ſed malo in dies aucto Noſtrum precibus rurſus adiit, eumque rogauit, vt amputationem, quam tamen fruſtraneam nunc iudicauit Cl. Auctor, inſtitueret. Precibus Noſter commotus, dubium hoc auxilium, cum vnicum eſſet, adhibuit et feliciter quidem pedem exſtirpauit, ſed nono poſt operationem die accedente aeger obiit. p. 531.

p. 537. 7) *Descriptio operationis notatu dignae in infantium fere annorum susceptae.* Auctore Cl. GOSMOND. Tumor nimirum exsectus fuit, qui originem in ipsa orbita lateris sinistri duxit, totumque oculi bulbum corrupit, ita, vt iste insigniter tumefactus vna cum tumore ex orbita propenderet totamque faciem in sinistro latere occuparet. Operationem Noster instituens omne id, quod in orbita continebatur, excidit, ita tamen, vt palpebrae illaesae manerent. Operatione, duas minutias durante et feliciter peracta, vulneris curam habuit et post sex septimanas ad finem perduxit. Tumorem in adiecta icone repraesentatum deprehendimus.

## X.

IACOBI CHRISTIANI SCHAEFFER etc. Piscium Bauarico - Ratisbonensium Pentas. Cum tabulis IV aeri incisis, icones coloribus suis distinctas exhibentibus. Ratisbonae MDCCLXI. 4to pl. 12.

Secundum ea, quae Cl. SCHAEFFERUS de tradendae ichthyologiae ceperat consilia *), ipse iam exemplis quibusdam illustrare adnititur, quantum interest in determinandis corporum naturalium generibus speciebusque, completa et absoluta descriptione vti. Proposuit itaque sibi variis fasciculis vel partibus quinos semper describere pisces, qui et adfinitate inter se iunguntur, et vel Danubium vel Nabim et Regnum, fluuios Ratisbonae vicinos, incolunt. Eligit autem ex his, qui et accuratiori descriptione indigent, et viuis pingi merentur coloribus, nec admit-

*) Vid. Comment. Nostr. Vol. X. P. III. p. 543.

tet, nisi a se ipso studiosius disquisitos. Minime tamen aliorum negliget descriptiones, quin vel retinendo vel emendando suas faciet, icones semper, quantum fieri potest, accuratas additurus, quibus, quae commode verbis exprimi nequeunt, suppleantur. Norma, quam singula pentade sequi animus est, erit sequens, primo singuli piscis descriptio peculiari exponetur capite, sequenti differentiae et conuenientiae partium tradentur, quae in illis piscibus occurrunt, vltimo tandem obseruationes aut experimenta ichthyologica proponentur. Prius autem ad ipsam Cl. Auctor piscium explicationem quam deuenit, vocum quarundam technicarum definitiones praemittit, ex ARTEDO mutuatas, ad intelligendas vero piscium descriptiones maxime necessarias.

Sequuturi nos Cl. Auctoris vestigia, de quinque in hac pentade propositis agemus piscibus. Pertinent illi ad Percarum genus. Describitur itaque *Perca vulgaris*, *Burstel* Bauarorum, capite primo, *cernua* seu *Perca fluuiatilis minor*, *Schroll*, *Pfaffenlaus* Bauarorum, capite secundo, *Schraitser* Ratisbonensium, capite tertio, *Asperulus*, *Zindel* Ratisbonensium, capite quarto, *Asper verus*, *Streber* Ratisbonensium, capite quinto, sexto conuenientiae et discrepantiae declarantur, tandemque septimo obseruationes adduntur. Nos, quum eas accuratas admodum descriptiones totius piscis, singularumque eorum partium sigillatim repetere nequeamus, prioris tamen capitis, quo praestantia solertiae, a Cl. Auctore adhibitae, eo magis eluceſcat, ideam cum lectoribus communicabimus, reliqua deinceps adiuncturi.

Percae itaque vulgaris definitiones ex WILLUGHBEIO, ARTEDO, KLEINIO atque LINNAEO exhibentur, denominatio Bauarica disquiri- p. 1.

tur, et his plenior ſubiungitur definitio ſeu deſcriptio: ex qua *Perca eſt piſcis quodammodo cypriniformis, a capite ad caudam, tam ſuperius ſeu dorſo, quam inferius ſeu ventre, ita arcuatus ſeu conuexus, vt arcuum pars concaua altera alteram reſpiciat, hinc medio altiſſimus, lateribus dorſo et ventre quidem compreſſus, neutiquam tamen planus, ſed medio paululum conuexus et craſſus, caput vero et caudam verſus decliuior et magis gracileſcens, pinnis, cauda non exemta, ſi dorſalem cum* KLEINIO *vnicam aeſtimas,* heptapterygius, *ſi cum* LINNAEO *et* ARTEDO *eam diſtinctam iudices,* octopterygius, *capitis parua parte excepta, ſquamoſus, aſper et quodam modo pungens: praecipue* vero lineis aliquot latis, ſeu zonis, recta transuerſis et nigris, *vt nota characteriſtica, ornatus.* Partes poſt modum ſingulae ſtudioſiſſime conſiderantur, capitis forma quoad omnia latera diſquiritur, ſuperficies capitis in tres regiones diſtribuitur, quarum prima a capitis baſi ad oculorum finem, altera ad nares procedit, tertia cum maxillis deſinit. Roſtrum porro, os, rictus, labia, mandibulae, nares, oculi inueſtigantur. In operculis branchiarum, ad capitis latera, duas laminas inuenit Noſter, *anteriorem,* mollem, carneam, ſquamoſam, *poſteriorem* oſſeam; vtraque tamen intus concaua, argento quaſi obducta conſpicitur, membrana branchioſtega, operculis
p. 10. adnata, ſeptem oſſicula continet. A capite ad corpus procedit diſquiſitio, ſub quo vocabulo omnis piſcis, excepto capite et pinnis intelligitur. Illud capite duplo longius eſt, cathetoplateum, ſeu altitudo latitudinem ſuperat. Aperturae branchiarum in perca maximae, tribus lamellis cuſtodiuntur, quas Cl. Auctor *poſtbranchiales* vocat. Dorſi figura conuexa, adſurgens, verſus finem planior fit, ſulcus autem per illud decurrit, in quo pinna reconditur ſingularem merentur attentionem lineae latiuſculae

ſeu

ſeu zonae, tranſuerſales nigrae, numero diuerſae; aliae ex his maiores euidentioresque ſunt, ſex ad nouem vsque, non nunquam maculas tantum referunt. A latere vtrinque dorſo quam ventri proprior linea decurrit, imbricata, anterius poſteriusque orificio inſtructa, ſquamae, quae totum piſcem, excepta parua capitis parte, tegunt, medio corpore maximae ſunt, imbricatae, poſteriore loco denti- p. 16.
culis exaſperatae, qui retrorſum caudam verſus reſpiciunt, quare ſi manum caudam verſus ducimus nullam, caput verſus pungentem aſperitatem ſentimus. Harum conuenientias atque diſcrepantias accurate deſcribit Noſter, ſingularique tabulâ delineari curauit. Pinnae ſex vel, ſi dorſalis diſtincta eſt, ſeptem numerantur: nempe vna vel duae dorſales, duae pectorales, duae ventrales, vna ad anum, vna caudae. Dorſalis nempe ex aculeata priore et inermi poſteriore parte conſtat, eaque propter aliquando diuiſa eſt, aliquando vtraque pars confluit. Officula harum pinnarum, quoad omnes conditiones accurate deſcribuntur.

Ad interiora deinde progreditur perluſtranda p. 24.
Cl. Auctor, et piſci, vt homini, tres tribuit cauitates. Suprema caput eſt, in qua conſiderantur dentes, vtrique maxillae, palato et fauci infixi. Hi in areolis continentur, conferti, innumeri fere, minutiſſimi, intus recurui, tranſparentes. Lingua glabra, alba, ſplendens, cartilaginea eſt: branchiae quatuor vtrinque, in concaua parte pectinatae, in conuexa tuberculatae, ſuperioribus a latere officula ſtyliformia infunt. In peculiari oſſea capſula duo officula auditus continentur, hinc conuexa, illinc concaua, margine ſerrata. Media cauitas ſeu p. 29.
pectus conicum eſt, diaphragmate ab imo ventre diſtinctum, vertebris, coſtis ſternoque comprehenſum. Pleura argentea eſt, diaphragma oblique

poſitum, anterius altius, poſterius decliue, pericardium amplum laxe ambit cor, quod perpendiculare, vnicum ventriculum habet, vnicamque auriculam, aorta, quae ex ſuperiore extremitate exit, alba, per ginglymum cordi dicitur adhaerere. Ima cauitas vel abdomen, inuerſe conicum eſt, peritonaeo, itidem argenteo obducitur. In eo occurrit hepar magnum, rubicundum, trilobum, cui ineſt cyſtis fellea, ſphaerica, maxime amara bile repleta. Ventriculus varium ſitum recipit, ſaepe cylindricus eſt, fundo rotundo, obſcuri coloris vel pallide rubicundus, intus rugoſus, ex eius medio oblique dextrorſum pylorus adſcendit, tribusque inſtruitur appendicibus coecis, inteſtinis anguſtioribus, ab hoc inteſtinum continuatur, variisque factis flexubus ad anum finitur, inter quos flexus lien ponitur, atro rubens. Quarium in feminis ſimplex, inuerſe conicum, per mediam partem ſulcatum, in abdomine deſcendit, innumera ouula continet, ſphaerica quorum 9752 numerauit Cl. Auctor. Veſicula vere ſeminalis, eundem in maribus occupans locum, duplicata eſt, ſed diuerſae plerumque magnitudinis in alterutro latere, lacteo humore plena. Veſicula aerea, in vtroque ſexu, ſimplex per totum abdomen expanditur, ductum emittit pneumaticum, qui oeſophagum ingreditur; veſica tandem vrinaria, in infimo abdomine ſita, ſi repleta eſt, tuberculata apparet, ſi euacuata, rugoſa fit, vrinam glutinoſam et viſcidam, albam, continet, ad orificium valuli appoſita eſt, quare vrina difficulter exprimitur. Renes ab inferiore parte veſicae aereae ſiti, totius abdominis longitudinem habent. Coſtae vtrinque nouemdecim, vertebrae triginta nouem ſunt. Addi tur tandem omnium partium menſura.

Haec autem norma eſt, quam in reliquis quoque capitibus ſeruauit Cl. Auctor, eo magis commen

mendanda, quod et completam oſtendat deſcriptionem et notas ſuggerat, ex quibus certo corpus quoddam diſtinctum poſſit dignoſci.

*Cernua* ſeu perca fluuiatilis minor, a LINNAEO, cui *perca pinnis dorſalibus vnitis, radiis 27, ſpinis 15, cauda bifida*, dicitur, aliisque ad percam refertur, a KLEINIO vero percis nominatur, parum a percae ſtructura recedit. Perca vulgari minor eſt et zonis nigreſcentibus caret: corpus ſupra et intra lineam lateralem flaui, aurei vel argentei coloris eſt, intermixtis maculis fuſco viridi coeruleis. Lamellae poſtbranchiales denticulatae inueniuntur. Squamae rigidae ſunt, verſus caput incuruatae. Pinnae maculis fuſcis inſignitae. Pinna dorſi vnica eſt. Intus in peritonaeo nigra puncta, in pyloro appendices curtae et craſſae, ouarium duplex et vefica aerea punctis nigris obſita deprehenſa fuit, vertebrarum numerus ad triginta quinque, coſtarum ad quindecim accedit. p. 37.

*Schraitſer* eſt LINNAEO *perca pinnis dorſalibus vnitis, lineis corporis nigris*, KLEINIO percis vocatur, a cauda caput verſus aſper inuenitur, tribusque ſeu quatuor lineis longitudinalibus nigris interdiſtinguitur. Corpus anguillae formam habet. Reliquas notas hic praeterimus. p. 48.

*Aſperulus, zindel Ratisbonenſium*, dicitur LINNAEO *perca pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecundae radiis 13*. Totus fere ſquamoſus eſt, et quinque zonis, diuerſae figurae, nigricantibus inſtruitur, acanthopterygius, caput corpore fere triplo breuius eſt. Squamae poſteriore ſua parte denticulis aſperae inueniuntur, pinnae vero dorſales diſtinctae ſunt, pinna caudae leuiter bifurcata. Reliqua cum perca fere conueniunt. p. 58.

*Aſper verus, ſtreber Ratisbonenſium.* Huius nemo mentionem fecit auctorum, qui de piſcibus exp. 69.

poſuerunt, ad percas tamen certe pertinet. Eſt piſcis oblongus, teres, anguilliformis, quodammodo quadratus et difformis, caput corpore quadruplo et vltra breuius, corpus vel flaueſcentis, vel albeſcentis aut fuſci coloris, zonis quinque maioribus, conſpicuis, badiis, ſaepe nigricantibus diſtinguitur. Pinnas octo habet, duas dorſi, totidem pectoris, et ventris, vnam ani, vnamque caudae. Dorſi pinnae diſtinctae inueniuntur, prima aculeata, altera inermis eſt, pectorales truncatae, reliqua momenta cum priore conueniunt.

P. 74. De conuenientiis et diſcrepantiis horum piſcium, capite ſexto expoſitis, eam quidem ob rationem plura non adiungimus, quod illae ex prioribus capitibus collectae, in tabula concordantia vel diuerſa momenta ſic exponunt, vt in ſex diſtinctis lineis ea proponant, quae vno quaſi obtutu ſunt intelligenda. Prima ex his lineis partem notat, v. c. caput, roſtrum, os cet. reliquae quinque ſub nomine piſcis notas continent partium ſingulares.

P. 76. Vltimum et ſeptimum caput ex praeſcripto a Cl. Auctore ordine obſeruationes et experientias ichthyologicas tradit, quae vero eo redeunt, vt nullum fere corpus naturale pluribus varietatibus indiuiduorum obnoxium eſſe adſerat, quam piſces. Menſuram enim, coloremque variare experientia docet, hinc iconibus, coloribus diſtinctis, melius illuſtrari credit. Piſces audire coniicit ex perpetua oſſiculorum auditus praeſentia, eaque inueniendi methodum tradit. Oculi nudi non ſunt, ſed cute tecti. Quorum numerum in ouario pondere determinauit. Piſces morbis affici obſeruauit, hepar exulceratum inuenit; oua tandem duobus ordinibus ex ani foramine priore exire vidit. Spem factam a Cl. Auctore vlteriorum deſcriptionum obſeruationumque, vt proxime expleat, maximopere optamus.

XI. 14.

## XI.

IACOBI CHRISTIANI SCHAEFFERI etc. Botanica expeditior. Genera plantarum in tabulis ſexualibus et vniuerſalibus aeri inciſis exhibens. Ratisbonae, typis E. A. Weiſſii, 1760. 8 mai. p. 338. ſine indice.

Indicamus hunc, labore admodum multo compoſitum, librum Cl. SCHAEFFERI, cuius ſumma capita alio iam tempore tetigimus *), eo lubentius, quo magis exoptamus, vt haec doctrina botanica, copioſiſſimis naturae theſauris referta, diſcentibus facilis reddatur. Nuncupauit illum ſereniſſimo, qui Daniae ſceptra tenet, regi, cuius non in litteras merita tantum omnes boni admirantur, ſed honores etiam in ſe collatos ſuſpicit Cl. Auctor.

Omnem vero operam tribus abſoluit partibus Noſter, quarum *prima* tabulas ſexuales exhibet, ſeu ſyſtema Linnaeanum. *Secunda* tabulas vniuerſales ſiſtit, ſeu omnes fructificationis partes ſecundum ſyſtema Riuino-Tournefortianum. *Tertia* Synonymiam generum plantarum tradit. Hanc excipit Index generalis. Duae priores aeneis typis inciſae ſunt, dolemus tantum ob concinniorem tabularum compoſitionem, Cl. Auctorem fuiſſe coactum, minoribus vti characteribus, quorum diſquiſitio iis, quibus oculorum acies hebetior eſt, permoleſta euadit, immo iunioribus ob ſcribendi compendia paulum difficilis eſt, nec non ob impenſarum magnitudinem pretio veniunt, quod ab eorum vſu multos arcet, et communi quodam modo obſtat vtilitati.

Prima pars, praemiſſa claui ſyſtematis Linnaeani, ſingulae claſſis ſpecialem tabulam proponit. Ha-



*) Vid. Comment. Noſtr. Vol. VIII. P. IV. p. 643.

rum quaeque in ſeptem loculis, per lineas diſtinctis, ſequentia offert: *Prima* linea exponit nomina generica, quae quidem ex petalorum numero ſibi ſubordinantur, *altera* calycem deſcribit, *tertia* corollam, *quarta* ſtigmata, *quinta* pericarpium, *ſexta* ſemina, *ſeptima* tandem tabularum vniuerſalium eum denotat numerum, qui vberiorem explicationem addit. Sed, quum Cl. Auctori ſerius, quam optauerat, Ill. LINNAEI noua ſyſtematis naturae editio in manus venerat, in addendis non ſolum omiſſa genera adpoſuit, ſed etiam in tabulis, iam inciſis, addito generis numero curatius locum, in quem ea inſeri debeant, adnotauit.

Secunda vniuerſalium tabularum pars iterum claues ſyſtematis Riuino-Tournefortiani delineat, ſimulque coniunctam obſeruamus Cl. LUDWIGII Noſtri ſyſtematicam diſpoſitionem. Singula claſſis tot tabulas habet, quot generum, huc pertinentium, numerus requirit, et in tredecim loculos per lineas diſpeſcitur. *Prima*, numerum nomenque generis habet, *ſecunda* calycem, *tertia* corollam, *quarta* et *quinta* ſtaminum tum filamenta, tum antheras, *ſexta* et *ſeptima* cum *octaua* piſtillum, et quidem ouarium, ſtylum, ſtigma ſeparatim deſcribit, *nona* pericarpium, *decima* ſemina, *vndecima* ſexum, (qui tamen inter ſtamina et piſtilla iam indicatur), *duodecima* varia tradit, ſcilicet patriam, ſi opus fuit, foliorum ſingularia momenta, creſcendi rationem et ſimilia, *decima tertia* tandem numerum, ſub quo in indice ſynonymorum planta occurrit, oſtendit. Noua denuo genera, quae poſt inceptum laborem fuerunt detecta, eodem modo recenſita, inter addenda ſingularibus in tabulis occurrunt.

Tertia tandem pars, plantarum Synonyma exponens, typis typographi expreſſa, ſecundum litterarum ſeriem ſeu alphabetum diſponitur. In hoc itaque

itaque praeter nomen genericum, LINNAEI genera, ſpecies et ſyſtema, deinde recentiorum ſcripta citantur, etiam talia, in quibus icones plantarum extant, tandem autem ſynonyma eorum auctorum, potiſſimum ſyſtematicorum adponuntur. Hinc inde obſeruationes adduntur, quibus rationes redduntur, quare alii genera diuerſa eſſe voluerint, et nomen, quibus tale datum eſt, germanicum adiicitur. Omnia tandem haec nomina in generali iterum indice occurrunt, additis numeris, ſecundum quos in ſingula parte poſſunt inueniri.

## XII.

Medical Commentaries Part. I. containing a plain and direct answer to Profeſſor MONRO Iun. Interſperſed with remarks on the ſtructure, functions and diſeaſes of ſeveral parts of the human body. By WILLIAM HUNTER M. D. London. Printed by A. Hamilton 1762. 4 mai. pl. 15. tab. aen. 4.

h. e.

Commentariorum medicorum P. I. quibus continetur ſolers reſponſio ad Prof. MONRO Iun. Intermiſcentur obſeruationes de ſtructura, functionibus et morbis nonnullarum partium corporis humani. Auctore Cl. WILH. HUNTER. M. D.

Quum Cl. Auctor, cuius merita in anatomen variis diſquiſitionibus illuſtria redduntur, penes ſe conſtituiſſet, obſeruationes, ad anatomen, chirurgiam

giam et artem obſtetriciam pertinentes, cum aliis communicare, commentariorum nomen impoſuit huic fini deſtinato operi, cuius nunc primae partis ſumma capita ſumus deſcripturi. Altera, quae proxime prodibit, vteri grauidi hiſtoriam tradet, atque figuras proponet.

Reuocare ſibi in memoriam debent lectores, exortam fuiſſe Cl. HUNTERUM inter atque Cl. ALEXANDR. MONRO Iun. de teſtium vaſis, et de origine vaſorum lymphaticorum controuerſiam, quae in ſui defenſionem ea propter ſcripſerit MONRO, de iis iam alio tempore expoſuimus *). Suam itaque cauſam tuiturus Cl. HUNTERUS, in his commentariis candide expoſuit, quae huc facere videbantur.

P. 1. Quare capite primo, quod de iniectione teſtis inſcribitur, et primum controuerſiae momentum concernit, Noſter ſatisfacturus deſiderio MONROI, variorum teſtimonia adfert, ex quibus pateat, ſe iam anno 1752 teſticuli vaſa atque epididymidem mercurio repleuiſſe, in eoque opere ſe fratris ſui auxilio adiutum fuiſſe adſerit, et litteras ea propter ad ſe datas eorum, qui eo tempore oculis haec vſurpauerint ſuis, impreſſas addit.

P. 4. Altero capite, de origine et vſu lymphaticorum vaſorum agitur. Illud longius quidem, conquiſitis tamen auditorum ſuorum teſtimoniis, quae cuncta ſtudioſe repetuntur, fatagere annititur Cl. Auctor, ſe anno 1746 iamiam credidiſſe, haec vaſa abſorbentia eſſe, nec ex arteriiis lymphaticis prouenire, ſed ex contextu naſci celluloſo, iisdemque comprobat, quotannis hanc theoriam propoſuiſſe atque multoties repetitis tentaminibus ornaſſe magis, vt ea propter Cl. MONROI obiectio, quaſi talia non inſtituiſſet experimenta, falſa ſit.

Quare

*) Vid. Comment. Noſtr. Vol. VIII. P. III. p. 415.

Quare nunc capite tertio, hiſtoriam ſeu ſtatum controuerſiae exponens Cl. HUNTERUS praeter alia, ex litteris Cl. IOSEPHI BLACK, ad ſe datis, potiſſimum confirmat, eo iam tempore, quo theſin ſuam, nondum editam, in manu ſcripto, vt vocant, amicus MONRO, communicauerit BLACKIO, hunc illum monuiſſe de inuento HUNTERI, neque tamen hunc illud curaſſe, et anno ſequenti demum ſuum librum edidiſſe, immo in reditu Berolino Londinum, MONROUM illud tempus elegiſſe, HUNTERUM viſiendi, quo ſciret, eum domi, ob habendas praelectiones eſſe non poſſe. Hinc autem nullatenus confirmari, veram, quaſi nil de inuentis reſciuiſſet MONROUS, ſuppoſitionem eſſe. p. 18.

Id quod vlterius capite quarto, quo variis accuſationibus ſupra citati Cl. MONRÓI libri reſpondet, adſeuerat, de quo tamen nil monemus, quod variae dictiones aduerſarii refutentur, Cl. Auctor vero ſe omnino talia tentamina feciſſe, quae ipſi negantur, probet, nec non Cl. MONROUM tempus, quo ſe primam inuentionem feciſſe arguit, non determinaſſe, iudicet. p. 28.

Lymphatica porro vaſa abſorbentia in corpore humano ſola eſſe adfirmauerat Cl. HUNTERUS, quae pariter ſententia a MONROO impugnata fuit, huic itaque defendendae deſtinatur caput quintum, quod de *abſorptione per venas* inſcribitur. Hanc primo quidem ſe abſolute nunquam negaſſe dicit, notas enim, in *Critical Review* ſe non conſcripſiſſe, deinde de illa venarum rubrarum actione tantum ſubdubitaſſe. Adducit itaque argumenta, ad tranſudationem humorum per vaſorum parietes et abſorptionem, facientia: in anaſarca per arterias fluida in contextum cellulofum non inſtillari, ea propter probabile videri, quod in iectionibus anatomicis vaſcula exhalantia non demonſtrari queant, melius haec phaenomena per tranſudationem, p. 38.

tionem explicari, ſubtiles enim humores, varii generis adhibitos, tranſire, neque coloratos, vtpote craſſiores, membranam cellularem non protinus, ſed ſenſim in iniectione et poſt repleri: aquam, immo rubicundum ſanguinem in mortuo per omnia vaſcula et membranas transmitti: eſſe coloratum etiam humorem tranſudantem, nimirum bilem, quae vicinas partes ſuo tingat colore: in viuo autem corpore ſanguinem tranſudare non poſſe, ob fibrarum tenſionem et firmitatem, atque ſanguinis naturam, glutinoſam et ob aequalem mixtionem coagulantem. His modis humores, in interſtitiis contentos, oriri, reabſorptionem vero per ſyſtema aliud, lymphaticorum ſcilicet vaſorum, fieri, quo etiam lactea pertineant. De venis inteſtinorum tamen oriebatur dubitatio, num illae ex inteſtinis reſorbeant, licet autem id ex variis ſe concluſiſſe Cl. Auctor ſtatuat tentaminibus, experimenta tamen, a fratre ſuo ſtudioſe inſtituta, enarrat, quae in viuis animalibus, cane, ouibus et aſino capta ſunt. Hic in viui aperti ani-
p. 42. malis abdomine arteriam et venam meſaraicam, deinde aliquam inteſtini tenuis partem ligatura conſtrinxit, poſt per arte factam aperturam, mediante infundibulo lac calidum infudit, ex venis autem punctura ſanguinem euacuauit. Vidit autem vaſa lactea nunc magis lacte repleri, tum ea, quae iam albidum colorem continebant, tum ea, quae tranſparentem demum ſuccum vehebant: nihil vero in venas tranſiit, id quod pariter factum non eſt, dum inteſtina in abdomen remittebantur, quo calore fouerentur naturali. Idem euentus, ſi ligatura venis non iniiciatur, nec non dum preſſione vrgebatur lac in inteſtinis ad venas. Liquor, colore indigo imbutus, ad vaſa lactea ex inteſtinis deductus eſt, nec in venas; ſanguis etiam, ex illis venis miſſus, quieſcensque, ſerum excolor dedit. Ex arteria ad venas

inie-

iectum lac colorem non mutauit, nec ad inteſtina per hanc quidquam deuenit, neque vena repleta, ligatis antea communicantibus ramis, magis turguit. Poſt autem in mortuo animali flatum ex vena ad in- p. 46.
teſtinum vrgere potuit. In alio ſolutio moſchi in aqua calida in vaſis lacteis percepta eſt, nihil in venoſo ſanguine. Haec eſt ſumma experimentorum, ex quibus elicitur, venas rubras in corpore humano non abſorbere. Obiectionem vulgo adſumtam, de defectu vaſorum lacteorum lymphaticorumque in ouiparis, non omni exceptione maiorem eſſe, adfumit, neque in his abſorptionem per venas compro-batam, neque in placenta vterina, ob vaſa lympha-tica non viſa, eorum abſentiam certam reddi, nullo tandem experimento declarari, per venas expelli aut exſudare iniectos humores per corporis ſuperficiem, immo male concludi ad communicationem natura-lem fluidorum in canalibus, per quos arte illa excitari poteſt, ſiquidem tunc facilis deſtructio fieri poſſit.

Sed ad alia progreditur Cl. Auctor in ſexto capite p. 53.
de vaſis cartilaginum, et ductibus glandularum lacry-malium exponens. Vbi candide primo errorem a ſe commiſſum profitetur atque emendat, et vaſa, quae olim inter cartilaginem et os circa articulos de-currere crediderat, nunc ad cruſtas articulares non deuenire concedit, ſed in nondum perfecte formatis oſſibus his immediate ſubiecta eſſe. Deinde vero ſe glandulae lacrymalis ductus per immiſſas ſetas iam 1747 demonſtraſſe, excitatis etiam teſtibus adfirmat, miratus Cl. MONROUM, vna vice tot nouas inuen-tiones facere potuiſſe.

Porro cum patre MONROO, quem honorifice no- p. 56.
minat, ipſi res eſt, quantum in defendendo occupatus fuit filio, capite ſeptimo. Fecerat id in *Critical Review* menſe Nouembri 1757; ad propoſita itaque ibidem momenta varia ſic reſpondet Noſter, vt exponat primo,

quare

exemplum idem notet, qui in viuo ſuo corpore flexores digitorum nil ſentire percepit. Praeterimus reliqua. Ill. HALLERI enim demum 1753 opinionem reſciuit, a quo in eo tantum diſſentit, vt vulnera ligamentorum in articulis ob ſymptomata omnino grauia eſſe arbitretur.

p. 70. Tandem, quatenus cum Cl. POTTIO *) ipſi diſceptationem interceſſiſſe dici queat, in nono disquirit capite, quod de hernia agit, quatenus illa cum teſticulo communi comprehendatur ſacculo. Cl. SHARP 1748 in herniotome obſeruarat, hoc fuiſſe factum, quod, quum vix videretur Cl. HUNTERO poſſibile ſic contigiſſe, petiit ab eo, vt data occaſione ſtudioſius inquireret, hac ſeſe offerente in infante, duplicata hernia adfecto, in dextro latere communi ſacco herniam cum teſte incluſam vidit, in altero non aeque. Hanc adoptauit animadueriionem in ſua ſcripta Cl. SHARP, et accepit a Noſtro Cl. CHESELDEN. Ill. poſt HALLERUS in Opuſcul. Patholog. de hernia congenita agens, Auctori incitamento fuit, vt fratri ſuo diſquirendi teſtium in foetu ſtatum, deſcenſum et relationem ad hernias, officium imponeret, cuius etiam delineationem aliquam 1756 auditoribus ſuis propoſuit. Immo Cl. POTTIUS, cum eo verſatus, praeparationi atque demonſtrationi interfuerat, ſine eo tamen, vt ea de re ſcribendi ſibi animum eſſe ſignificaret. Attonitus hinc Cl. HUNTERUS paullo poſt ſibi traditum Pottianum libellum perlegit, ſuaque ibidem inuenit.

p. 75. Inſeruit autem hic inſtitutas a fratre ſuo HUNTERO, chirurgo obſeruationes de ſtatu teſtis in foetu et de hernia congenita. Illuſtrantur eae iconibus, deſcenſum teſtium in foetu declarantibus, quarum potiora momenta adducemus. Ad partum vs-

que

*) Vid Comment. Noſtr. Vol. IX. P. I. p. 54.

que teſtes in abdomine latent, atque ad eius viſcera pertinent. Conſtituuntur immediate ſub renibus ſupra muſculum pſoas, ad quem mediante peritonaeo adnectuntur, inſtruuntur ſuis vaſis, epididymide et vaſe deferente, cui tamen ab hoc loco deorſum ad veſicam vrinariam eundum eſt. Ab ima etiam teſticuli parte ad annulum ſcrotumque ligamentum deſcendit, ſeu, vt vocat HUNTERUS, gubernaculum teſtis, pyramidalis formae, ad celluloſam oram ſcroti intus definens, anterius in abdomine a peritonaeo tegitur. Vaſcularis et fibroſae ſtructurae eſt, forte ex cremaſtere muſculoſas fibras accipit. Peritonaeo firmiter adhaeret, in deſcenſu teſticuli vero hoc laxius redditur. Ipſe deſcenſus non certo tamper tempore fit, plerumque circa octauum menſem in foetu, ita, vt ad nonum iam menſem in ſcroti cauia reperiatur. Tunc etiam ligamentum illud deorſum trahitur, atque teſti ſubiicitur, peritoneum vero, vt in abdomine, illum tegit, ſimul deducit, vt aliqua ex parte ſaccum hernioſum aequet, Cellulaſaque tela cum vicinis cohaereat partibus, hae peritonaei deſcenſum facilem reddere videtur. Peculiaris autem eſt huius ſacci conditio in homine, cuius orificium verſus abdomen, quamprimum inſerit teſticulus ad ſcrotum, conſtringatur, inferior autem pars tunica vaginalis propria teſticuli euadat. Quum autem haec conſtrictio a cauſis viribusque naturalibus dependeat, fieri poſſe, vt inteſtini portio aliqua ingrediatur, et vno cum teſticulo ſacco comprehendatur hernia. Cauſa deſcenſus teſticuli ex homine non patet, intelligitur autem facilius, quare vaſa ſo longinque accedant vaſa ad eundem, quod ſitus eiusdem in foetu in ſuperiori abdomine ex vicinis regionibus repetat, quae ſerpentina antea in progreſſu diuturnitur. Ex his autem clarum eſſe concluditur, quae obſeruante Ill. HALLERO hernia poſſit congenita

genita esse, si vel intestina in saccum decidunt, a
tea quam clauditur, vel si eadem vrgentia in saccu
eum sensim sensimque iterum aperiunt.

Tandem, ne lectores fugiat, quid scriptum
de hac in controuersiam ducta sententia, in appe
dice recudi curauit Cl. HUNTERUS relation
diario *Critical Review* insertas. Quamuis autem i
grata videatur fuisse Cl. Auctori haec scribendi co
mentaria causa, laetamur tamen eum hac ratio
coactum quasi fuisse, ex penu suae eruditionis vti
depromere documenta, quae nos etiam optare
gunt, vt reliquas partes protinus communicet c
eruditis, quas communi vtilitate destitutas non f
confidimus.

## XIII.

Oeuvres anatomiques de M. DUVERNEY,
l'Academie Royale des Sciences, Consi
ler, Medécin ordinaire du Roy, Profess
en Anatomie et en Chirurgie au Iardin Ro
des Plantes de Paris. A Paris, chez Charles A
toine Iombert. 1761. T. I. Alph. 3. pl. 14
aen. 18. T. II. Alph. 3. pl. 19½. tab. aen. 1

h. e.

Opera anatomica Auctore Cl. DUVERNEY.

Quamquam summa fuit doctrinae, industria
perspicacitatis gloria, quam vel ex pauc
mis illis scriptis, quae ediderat olim, consecutus
Cel. DUVERNEY, tamen multo maior modes
laus ei debetur, qui, cum omnibus aliis ex asse
tisfeciſſet, sibi tamen ipse satisfacere nunquam
tuit. Semper enim in libris suis emendandis lim
dis

disque occupatus, pauca tantum edidit, plura inedita, e viuis discedens, reliquit. Quae, cum diu a morte celeberrimi viri, quae anno huius seculi tricesimo accidit, latuissent, nunc laudabili studio Ill. SENAC collecta et edita esse, vnus certe quisque, qui rem medicam et anatomicum in primis studium amat, grata nobiscum mente agnoscet. Desunt tamen in hac editione notae, quibus recentiorum inuenta addere, Ill. Editor in posthuma editione tractatus Cl. DUVERNEY de morbis ossium *), promiserat. In ipsis vero his operibus anatomicis multa iam occurrunt, quae aliorum, qui post Cl. DUVERNEY tempora scripserunt, celebertimorum dissectorum industria, detecta aut accuratius, DUVERNEY inuentis nondum cognitis, explicata sunt. Quapropter inter ea, quae hic posuimus, aliqua nunc satis vulgaria, temporibus vero Cl. Auctoris adhuc ignota, nec accurate definita occurrere, nemini mirum videbitur.

Continetur vero duobus hisce voluminibus, compendium quasi totius anatomiae, siue potius splanchologiae, quod ab Auctore *cursus anatomicus* (*cours d'anatomie*) dicitur, cui variae aliae tractationes, quibus partium descriptiones in hoc cursu desideratae, supplentur, tandemque aliae obseruationes, vel antea reditae, vel, quoad maximam partem ex actis societatis Regiae Parisinae collectae, adduntur. Singulo volumini ab editore copiosus et accuratus index adiectus est, quo ea, quae, vt in posthumis operibus fieri solet, de vna eademque re, hinc inde sparsa et disiecta occurrunt, vno loco collecta si-



*) Prodiit hoc opus cura Ill. SENAC, duobus voluminibus sub titulo: *Traitè des maladies des os.* Paris 1751 in 8. vid. Comment. h. Vol. I. Part. IV. pag. 640. seqq.

mul lectorum oculis ſubiiciantur. Haec omnia
diſpoſita fuerunt, vt primum volumen curſus a
tomici primam partem, quae de cerebro et org
nis ſenſoriis agit, nec non oſteologiam, myol
giam, adenographiam, angeiographiam et alias
rias obſeruationes: alterum vero volumen, curſu
anatomici ſecundam partem, in qua thoracis, e
tertiam, in qua abdominis viſcera deſcribuntur, ne
non varia alia, ex ſcriptis Academiae Regiae Par
ſinae collecta, contineat. Liceat vero paullo accu
ratius ſingula peruestigare, et ex vniuerſo oper
quaedam hinc inde proponere, quo de felici a C
DUVERNEY in diſquiſitione partium corporis hu
mani adhibita induſtria, eo melius iudicare poſſimu

Praefationem elogium Cl. Auctoris, iam ali
tractatui de morbis oſſium praefixum, Auctore C
DE FONTENELLE excipit, in quo pro mo
Academiae Regiae Pariſinae ſolenni, vita eius laud
T. I. biliter acta deſcribitur. Sequuntur definitiones
p. I. notiones generales, introductionis loco in anat
miam praemiſſae, in quibus corporis humani diu
ſiones, partiumque externarum nomina proponunt
In prima vero curſus anatomici parte, hiſtoria cer
bri, neruorum et organorum ſenſoriorum ita exp
nitur, vt harum partium deſcriptioni, vbique br
p. 16. uis, de vſu eorum, tractatio adnexa ſit. Durae m
tris motum, a pulſu arteriarum, quae ſub ea dec
runt, deriuat. Acido ſtimulo irritata, ſummam
ſenſibilitatem, nullam vero fibrarum contractione
omni propria mouendi vi deſtituta, oſtendit. In viol
tioribus reſpirationibus magis quoque eleuatur, ce
bro eo potiſſimum, quo cor contrahitur, tempore
maiori copia ſanguinis ad cerebrum pulſa ma
diſtento. Subtilis certe et ſatis plena arteriar
p. 20. durae matris deſcriptio hic datur. Arteriae o
t

thalmicae origo, ingreſſus in orbitam, rami ex ea per foramina orbitaria interna ad duram matrem progredientes: carotidis internae in ſuo per receptaculum itinere rami ad duram matrem, pituitariam glandulam et neruos vicinos: nec non arteriola, quae per foramen paris noui aduenit, recte hic deſcribuntur. Vaſa, quae per foramina parietalia, et ea, quae per maſtoidea poſtica tendunt, pari modo Noſter cognouit. Nullas arterias immediate in ſinus patere, propriis, hac de re inſtitutis, experimentis, edoctus eſt. Inter durae matris ſinus, occipitales primus forte deſcribit, ſinuum vero vſum in vniuerſum, in calore et fluido ſtatu liquorum, in cerebri vaſis contentorum, conferuando, ponit. Neruos paucos ad duram matrem ire fatetur, quo vero inſignem, quam adſumſit, huius membranae ſenſibilitatem explicet, ad arctam eius, cum omnibus neruis coniunctionem, confugit. Durae matris glandulae, quarum ductus in ſinum longitudinalem aperiri putat, et eae, quae in arachnoidea ad latus ſinus falciformis ſedent, in cadaueribus morboſis copioſe, minus autem euidenter, in ſanis et ſubito extinctis corporibus, adparent. In vniuerſum tale officium cerebro dura mater praeſtat, quale cordi pericardium. Arachnoidea piae matris, a Noſtro cum peritoneo comparatae, externa eſt lamina. Malpighiana de fabrica ſubſtantiae corticalis ſententia, et cauum fibrarum medullarium defenditur. Cornu poſterius ventriculorum lateralium, cauumque inter ſepti lucidi laminas, quod in morboſis corporibus inprimis anterius ſatis amplum eſt, deſcribit. Nullas glandulas in plexu choroideo adſumit, ſed vaſa, per celluloſas membranas, quas cum foliis comparat, diſtributa, in hydatides intumeſcere putat. In media et ſuperiore thalamorum neruorum opticorum parte, qualis aliqua in variis ſubiectis

p. 22.

p. 25.

p. 29.

p. 31.

p. 35.

p. 41.

p. 43. varians, eminentia deprehenditur. Quae vulgo te-
p. 50. ſtes dicuntur eminentiae, male hic *têtes* appellantur. Arteriae carotidis ſanguis, a reliquo ſanguine per corpus diſtributo, non differt, cum vis cordis et arteriarum nimis magna ſit, quam vt talis ſeparatio in initio arteriae fieri poſſet, et ſimilis ſpirituum ſecretio in medulla ſpinali, quae ex ramis arteriae aortae aliis ſanguinem accipit, fiat. Aerem quoque in ventriculis cerebri contineri, lymphamque ex iis ad infundibulum deſcendere, et inde per venas reſorptam ad ſinus transferri, credit. Williſiana de diuerſa origine neruorum vitalium et animalium ſen-
p. 65. tentia multis argumentis negatur. Vt cauſas motus
p. 71. ſpirituum per neruos, vim cordis, alternum motum cerebri, vim elaſticam aeris in ventriculis contenti, et vaginarum, quae medulloſos faſciculos comprehendunt, nec non pulſum arteriarum, vbique neruis
p. 83. adiacentium, adſumit. Neruorum circa arterias flexus vim in mutando ſanguinis circulo nullam habent, cum nimis molles ſint, qui arteriam comprimant, ſed firmitatem tantum hi flexus neruis, aliis facile rumpentibus, praeſtent. Singularium neruo-
p. 86. rum diſtributio ſatis curioſe deſcribitur. Ganglii ophthalmici, a tertio pare et primo ramo quinti paris orti, inuentor omnino Cl. DUVERNEY eſſe videtur, cum hic accuratam eiusdem deſcriptionem
p. 100. reperire liceat. Intercoſtalis nerui ſplanchnicum
p. 109. ramum *hepatimeſenterium* dicit. Quinque truncos neruorum brachialium, eorumque nomina nunc adhuc vſitata conſtituit, ſolo axillari, quem ad ramos radiales refert, excepto. Ad hactenus indicata priores quatuor tabulae aeneae pertinent. Harum prima caput per ſuturam ſagittalem ex perpendiculo ſectum: altera cerebrum horizontaliter diſſecatum, quo corpus calloſum appareat, exhibet. Tertia vaſorum, per plexum choroideum et eius cel-

luloſa

lulosa folia, diuisionem ad microscopium examinatam, tandemque quarta basin cranii, sinus et neruorum egressus, exhibet.

In tractatione de oculo eiusque vsu, conica fi- p. 124.
gura orbitae describitur. Meibomianas glandulas *ciliares* dicit, ductumque intermedium inter grana vtrinque posita excurrere, asserit. Ex glandula la- p. 129.
crymali septem vel octo ductus difficiliores in homine quam in brutis visu, oriuntur, qui inter tendinem leuatoris palpebrae superioris, et huius palpebrae tunicam excurrunt, et in illius medio aperiuntur. Qui ex punctis lacrymalibus proueniunt ductus, non penitus recti sunt, sed superior eorum magis curuam lineam quam inferior describit. In angulo oculi nasali paruus musculus saccum lacrymalem obtegit, ex anteriore parte ossis plani ortus, et tendini orbicularis insertus. In saccum lacrymalem multae minores glandulae orificiis suis patent. Canalis nasalis, ostiique eius amplitudo in diuersis subiectis variat. Caruncula lacrymalis figuram strobili pini p. 131.
habet, et ex multis minoribus glandulis componitur, ad quorum ostiorum latera multi tenuissimi pili propullulant. Circa hanc glandulam multa grana glandulosa similis fabricae sedent. Canalis, siue trian- p. 134.
gulare illud spatium, quod inter corneam et tumidum palpebrarum marginem est, recte hic describitur. Septimus oculi musculus, animalibus proprius, in p. 139.
vrso et fele in quatuor minores, insertione sua diuersos, diuiditur. Sclerotica coctione in collam, macerationc in fila abit, sique, post eam, solutioni aluminis immittitur, durescit, et osseam quasi naturam acquirit. Est vero sclerotica peculiaris membrana, non a dura matre orta, quippe quae in loco, quo nerus opticus bulbum oculi ingreditur, euanescit. Crassities pro temperamenti et aetatis ratione differt. Exterior corneae lamina, quae con-

iunctiuae propago eſt, poſt leuem putredinis gradum facile ab ea ſecedit. Ex oculo vaſa magna lympha plena, ſcleroticae agglutinata, eo loco proueniunt, quo ea corneae adhaeret, facile in
p. 143. boue et equo conſpicua. Choroidea pariter non a pia matre oritur, quae etiam in ingreſſu nerui optici euaneſcit. Pigmentum choroideae tantam habet nigredinem, vt vel ab vno oculo deſumtum, colorem vaſis ſatis magni, aqua pleni, (*d' un Sceau d' eau*) mutare poſſit. Cataractam membranaceam, in camera oculi poſteriore, in variis animalibus Cl. DUVERNEY obſeruauit, eamque lapſu praegreſſo, aut ictu accepto ex vaſis diſruptis et elongatis formari putat. Vidit quoque illam per corneam, in hominibus ophthalmia laborantibus, morbo diſcuſſo iterum
p. 146. ſecedentem. Exteriores fibrae iridis circulares, interiores longitudinales ſunt, quae ex acie vueae ortae ad marginem exteriorem producuntur. Aquei humoris copia in ſenibus imminuta, inter cauſas corneae et oculi totius, hac aetate collabentis, eſt. Lentis capſula anterius fortior eſt, quam poſterius a vitrea diuerſa, elaſtica, et per morbos cartilagi
p. 149. neam quaſi duritiem acquirit. Fibrae laminarum lentis hic deſcribuntur. Totus humor vitreus cellulis communicantibus, membrana communi inclusis, componitur. Proceſſus ciliares vsque ad anteriorem lentis ſuperficiem producuntur, ex vaſis tot conſtant, vitreo humori per vaſa adhaerent, maxi
p. 151. mamque humoris aquei partem ſecernunt. Arteriae lentis cryſtallinae, ad poſteriorem eiusdem ſuperficiem progrediens, iam hic et recte quidem deſcribitur, vaſa vero, quae anteriorem lentis ſuperficiem adeunt, a vaſis proceſſuum ciliarium deducun
p. 154. tur. Piſcium lens pene ſphaerica eſt, quo fortior eius refringens vis, defectum refractionis, quae in aliis animalibus per aqueum humorem fit, ſuppleat

Vari

Varia huic tractationi satis curiosa, de coloribus et eorum mutationibus adnectuntur. p. 165.

Sequitur tractatus de auditus organo, qui iam ante multos annos a Cl. DUVERNEY editus *), auctus hic et emendatus legitur, tertia tamen parte, quae de morbis huius organi agit, tota omissa. Ex iis, quae in hac editione adiecta fuerunt, sequentia notari merentur. Aures natura sua a capite remotae distant, non appressae sunt, quales in nobis ob fascias, capiti in puerili aetate applicatas, apparent. Musculis auriculae, noua hac editione, anterior additur. Cartilaginea meatus auditorii pars, quo facilius comprimi possit et obsequiosa sit, crebris flexionibus quasi interrumpitur. Longitudo osseae partis eiusdem per aetatem augetur, cum aeris pressione indurescat. Tympani membrana obliquum situm ita obtinet, vt cum meatus auditorii superiore parte obtusum, cum inferiore peracutum angulum faciat. Quibus ea exterius inuestitur cuticula et reticulare corpus, maceratione facile ab ea secedunt. Verius tubae Eustachianae nomen, quam in priore editione semper aquaeductum dixerat, in addendis huius adiicitur. Processus Raiiani aliquam, sed quodam modo obscuram, descriptionem Noster dare videtur. Lenticulare os, non distinctum os, sed epiphysis cruris longi incudis est, quae cum eo in foetu cartilagine, in adultis ossescente, iungitur. Ossicula auditus perioste o inuestiuntur, per quod vasa distribuuntur, quae, dum ad interiora eorum penetrant, foraminula, quae in p. 170. p. 171. p. 174. p. 176. p. 179.

*) Prodiit Parisiis a. 1682 sub titulo: *traité de l'organe de l'ouie par M.* DU VERNEY, in 12mo. Attamen iam primis huius seculi annis auctorem additamenta ad hanc tractationem Academiae Regiae exhibuisse, ex horum operum Vol. II. p. 683. percipimus.

in his officulis adsunt, efficiunt. Attamen periosteum, vbi inter se articulantur, deest, superficie eorum car-
p. 180. tilagine tantum obducta. Externus mallei musculus ligamentosis fibris augetur, quae exterius a ligamento, ab exteriore meatu auditorio et capsula articulari ad apophysin styloideam protenso, adueniunt.
p. 189. Casserianum musculum Noster negat. Mucus, quo in foetu vtero adhuc incluso membrana tympani inuestitur, epidermidi, qua haec obducitur, adhaeret. Superficialem siue petrosum neruum MECKELII, qui a Vidiano ad durum progreditur, viasque eius Noster iam cognouit, quamuis fibras has a trunco quinti paris deducat. Duri nerui, per faciem distributi, copiosae, cum neruo quinti paris cerebri et tertio ceruicalium, anastomoses, hic describun-
p. 191. tur. In hac praeterea editione soni aliqua theoria, et varia ad physiologicam de auditu tractationem adduntur. Omnes, quae in priore editione adsunt, figurae, et in hac editione reperiuntur, noua tabula, quae hic duodecima est, adiecta. In ea auris externa cum musculis eius, inter quos anterior est, integumenta meatus auditorii, os temporum ex infantili corpore cum vasis, quae per illud et membranam tympani distribuuntur, ligamentum ab osse temporum ad maxillam inferiorem protensum, musculus mallei internus in situ, vasa per periosteum mallei et incudis distributa, et mallei processus longissimus aliaeque partes pinguntur.
p. 197. In tractatione de narium structura, et partibus, quae ad illas pertinent, varia notatu digna inueniuntur. Ossa, inprimis nasalia, accurate Noster describit, eaque vno vtrinque foramine perforari docet. Cartilagines porro narium, earum aperturas, et ipsas narium caueas, verbis accurate depingit. Pyramidalis musculus, non in omnibus subiectis adest, sed loco eius, vt plurimum fasciculus, a frontali

ad

ad naſum deſcendens, deſcriptus fuit. Nares, a ſepto ſuo ſaepe inaequaliter diuiduntur, vt vna earum cauea aliquando fere tota obſtruatur. Sinuum et oſſium, quibus interna cauitas componitur, deſcriptiones multa curioſa continent, quae tamen omnia hic repetere nimis longum foret. Oſſis ſpongioſi ſuperioris laminam, quae ex parte aperturam ſinus maxillaris claudit, Noſter verbis delineat, et cum vneo comparat. Oſſicula, quae vulgo a SERTINO dicuntur, ſinuumque ſphenoidalium partem efficiunt, et eorum cum oſſe palatino coniunctionem deſcribit. Sphenoidales et frontales ſinus ſaepe per lamellas oſſeas, in minores cellulas inter ſe communicantes diuidi, et hinc non nunquam quatuor ſinus ſphenoidales adeſſe, vidit. Oſtium maxillaris ſinus accurate verbis depingitur. Singulus aceruus folliculoſarum glandularum, quae in membrana pituitaria ſunt, vno tantum oſtio aperitur. Haec vero membrana a perioſteo differt, diuerſamque in variis locis craſſitiem obtinet, omnesque narium receſſus ſubit. Vaſa narium, inprimis arteriae accurate indicantur. In neruorum naſalium recenſione locus occurrit, ex quo nobis patere videtur, Cl. DUVERNEY iam alteram nerui intercoſtalis radicem, ex ſecundo ramo quinti paris prouenientem, cognouiſſe *). Aſſerit enim, truncum nerui maxillaris ſuperioris in foſſa zygomatica latentem, ramum emittere magnum, qui per canalem in parte ſuperiore apophyſium pterygoidearum, et os ſphenoideum progrediens, ſe neruo intercoſtali eo loco

p. 214. p. 216. p. 219. p. 222. p. 226.

*) In hac re, vt vbique, adſumimus, nil poſthumis his codicibus additum fuiſſe, quod non Cl. DUVERNEY ſit, cuius rei fidem Illuſtrem SENAC HALLERO dediſſe, ex *Element. Phyſiolog.* T. V. p. 438. percipimus.

p.237. loco iungat, quo carotis oſſeum ſuum canalem ingreditur. Per inciſiuum canalem, quem apertum eſſe putat, partem liquidi in naribus ſecreti ad oris cauum deſtillare, ibidemque ſimilem, quam ſaliua, vtilitatem praeſtare credit. Multum de vſu neruorum olfactoriorum diſputat, per quos ſerum ex ventriculis cerebri ad nares deſcendere negat. Cum Noſter aerem in his ventriculis adſumat, elaſtica ſua vi motum fluidi neruei promouentem, liquorem, qui in ventriculis reperitur, neruos inungere et a vi aeris exſiccante defendere, perſuaſum ſibi habet. Ad hanc tractationem tabula decima quarta pertinet, in qua nares internae et vaſa, per earum membranas diſtributa, pinguntur.

p.248. In ea, quae praecedentem excipit, diſſertatione, de guſtus organo, tria facit linguae inuolucra, cuticulam, mucoſum corpus, et tendinoſum inuolucrum, ex quo papillas prouenire putat. Linguae
p.253. fabricam, in primis qualis in brutis eſt, tres papillarum eiusdem ſpecies, coecumque linguae foramen deſcribit. Structuram caninae, equinae, bouinae et felinae linguae, earumque inuolucra et corneas, quae in felis lingua occurrunt, eminentias examinat, et cum humanae linguae fabrica comparat. Sola linguae inuolucra, non caro ipſa, guſtus organon efficiunt, qui enim in palato ſenſus perci-
p.264. pitur, ad tactum referri meretur. In deſcriptione ductuum ſublingualium aſſerit, eos ſaepe cum maxillaris glandulae ductu confluere. Saliuam acidam naturam habere, per multa experimenta refellit. In tabula decima octaua, quae figuras ad hanc tractationem ſpectantes continet, lingua et eius inuolucra, papillae et foramen coecum etc. in decima
p.281. vero nona lingua equina, canina, bouina et felina huiusque corneae eminentiae delineantur.

Copi-

Copioſa eſt ea, qua de cute vt tactus organo agitur, pars, ex qua, qualis Cl. DUVERNEY induſtria et doctrina fuerit, abunde patet. Edita quidem haec iam fuit tractatio, in *diario eruditorum* (*Iournal des Scavans*) anno praecedentis ſeculi octuageſimo nono, aucta tamen hic, figurisque elegantiſſimis ornata, traditur. Fibrae tendineae vere in cutem variis in locis tendunt, eamque craſſiorem reddunt. Craſſities cutis ad eius denſitatem nil facit, cum in abdomine, vbi longe minorem quam in capite craſſitiem habet, tamen longe difficilius penetretur. Papillas, quae praecipuum tactus or- p.283.
ganon ſunt, fuſe Noſter deſcribit, easque concauas eſſe, non planas, monet. Corpus reticulare in elephanto diſtincte apparet, in homine vero cum epidermide, cute, aliisque partibus adeo arcte cohaeret, vt non ab iis diſtingui poſſit, quapropter id, quod mucoſi corporis loco vulgo in homine oſtendunt, lympha tantum e vaſis effuſa ſtagnansque, Noſtro eſſe videtur. Attamen fibras, quae, epidermidi et cuti connexae, papillas ſuſtinent, et in interna ſuperficie cuticulae deſinunt, reticulare corpus, non vero mucoſum vocare poſſumus. Glan- p.294.
dulae, quae in ſuperficie corporis noſtri apparent, ad conglomeratas a Noſtro referuntur, cum ex folliculis inter ſe vaſis et membranis iunctis fiant. Circa radices pilorum, qui in myſtacibus nonnullorum animalium, vt canis et felis, deprehenduntur, plures glandulae ſedent, quae radicibus vt bulbi adhaerent, et orificiis ſuis ad ipſam pilorum vaginam pertinent. Quinque vero glandularum ſpecies Cl. p.295.
Auctor facit, quarum prima eas continet, quae craſſum et vnctuoſum liquorem ſecernunt, qui in vnguentum quaſi cogitur, ad quam glandulas narium, et eas, quae in genitalibus vtriusque ſexus circa perinaeum, anum et axillas ſunt, refert. Se-

cun-

cunda eas comprehendit, quae in cute capitis, f
cie et pone aures sunt, atque vilcolam et oleum
lympham separant. Tertia glandularum est, qua
circa palpebras sedentes vnctuolam illam mucilag
nem, qua illiniuntur, effundunt. Aliquarum gl
dulas meatus auditorii, vt cerumnis, fontes, a
quintam vero omnes reliquas per corporis superf
ciem distributas, quas transpirationis organon el
putat, refert. Addit subaxillares, quas pro cola
toriis humoris, fortiter olentis, quo cutis sub axilli
p.296. inungitur, habet. Vnguium originem a papill
elongatis deriuat, pilos vero planis comparat, e
de differentia pilorum humanorum ab is, quae in m
stacibus animalium reperiuntur, nec non de orig
ne, radice et vagina eorum multa egregia mone
In addita tabula decima quinta papillae ex elephan
cute, pori in naribus et labiis patentes, linae f
digitis, horum integumenta, papillae et reticular
corpus, in decima vero sexta, aliae partes ad han
tractationem pertinentes, pilorum imprimis orig
nes et vngues elegantissime pinguntur.

p.325. Finita hac ratione prima cursus anatomici parte
Osteologia sequitur, in qua de ossibus in vniuersum
eorum structura, incremento, partibus et articulationi
bus Noster disputat, singulorumque ossium descriptio
p.352. nem subnectit. Ossa neque per medullam, neque pe
succum nerueum, sed per humorem lymphaticum nu
triuntur, ex membranis vero fiunt. Medullam acri
ter sentire per experimenta propria cognouit. Me
dum, quo cornua ceruorum quotannis regenerantur
indicat. GAGLIARDI sententiam de claviculis lamina
osseas connectentibus refellit, suamque formam sin
gulorum ossium in foetubus diuersae aetatis describit
p.364. Cauitates externas ossium in cotyloideas et glenoi
deas diuidit, et definitiones diuersarum specierum
addit. De articulationibus ossium similia fere, quae

alii recentiores diſſectores, habet. Rationem, qua ſingula oſſa inter ſe iunguntur, ad diuiſionem articulationum propoſitam, ſpeciatim examinans, ligamenta ſimul, cartilagines et articulares glandulas indicat. Styloideam apophyſin ad os hyoideum vsque produ- p.429.
ctam vidit. Os vaguis et os palatinum partem cellularum ethmoidalium efficere annotat. Foramen coecum oſſis frontis ad nares patet, et durae matris proceſſum emittit. Oſſis palatini pars, quae partem ſinuum ſphenoidalium, et ea, quae orbitae partem conſtituit, recte indicatur. Articulatio capitis p.443.
cum prima et ſecunda vertebra accuratius deſcribitur, negaturque caput a prima, aut hanc a ſecunda, luxatione diſcedere poſſe. Obſeruauit tamen primam anterius aut poſterius ſecedentem per morbos aut in ſuſpenſis. In quinque puerperis vidit oſſa pu- p.461.
bis a ſe ita ſeparata, vt ſuper ſe inuicem mouerentur, et cartilago intermedia digiti transuerſi craſſitiem aequaret.

Adnexa Myologia longe breuior eſt oſteologia, p.486.
nec ſatis elaborata. Subcutaneum colli *ſternocleidomaſtoidei*: coracohyoideum *pleurohyoidei*: crycoarytenoideum poſticum *interioris* nomine Noſter inſignit. Caninum ad leuatores labii inferioris refert, eumque ab oſſe zygomatico oriri, et per angulum labiorum ad labium inferius produci aſſerit. Intercoſtales internos ad depreſſores coſtarum refert. Cubitalem externum falſo *bicornem*, quadratum vero lumborum *triangularem* dicit. Sequitur adenogra- p.523.
phia, ſine glandularum deſcriptio, quas in conglobatas et conglomeratas diuidit. Ad has membranaceas quoque partes, quae humorem ſecernunt, vaginalem tunicam, et tunicas ventriculi et inteſtinorum refert. Qui in tunica vaginali reperitur humor, p.534.
lymphatici generis eſt, et per acida, ignemque coagulatur. Ventriculi ex variis animalibus tunicas

describit Cl. Auctor. Membranas acriter sentiendo
p. 542. ex neruis fieri, adhuc credidit in angeiographia tantum de arteriis et vasis lymphaticis, venis plane
p. 557. omissis, agitat. His omnibus hactenus decensitis, elegantissimus de dentibus commentarius, alias iam in diario eruditorum editus, adiectus est. Varias
p. 569. eum obseruationes excipiunt. Harum prima de vegetatione cornuum est. Quae per morbos aliquando in hominibus cornua nascuntur, et vaginis papillarum elongatis proueniunt, pressione aliqua, a causa interna vel externa praegressa, humoribusque copiosius ad hanc partem ab irritatione tumoris allectis. Sequitur obseruatio super rete mirabile in
p. 573. variis animalibus, et de differentia, quae inter cranii eorum et humanum est. In ea ex boue, fele, sue, oue duplex rete vasculosum, quod in basi cerebri et circa oculum est, describitur, nullumque tale in homine existere ostenditur. Vltimae obseruationes
p. 584. palpebram internam quadrupedum et auium, glandulas vicinas et musculos, nec non oculum felinum et vueae mutationes in eo describunt.

T. II. Posterioris voluminis initium facit secundum com-
p. 1. pendii anatomici pars, quae de thorace agit. Pericardium duabus laminis fit, quarum fibrae secundum modo decussant. In robustioribus et variis animalibus inter has duas laminas alia fibrarum stratu adsunt. Pericardii liquor alias diaphanus, in animalibus vivis apertis et ita valde excruciatis sanguinolentus apparet, vnde per auricularum inprimis dextrae parietes hunc humorem transsudare, Cl. [illegible] eludit. Venas cordis in cardiacas externas, quae
p. 12. in coronariam magnam patent, et internas, quae hinc inde in ventriculis et auriculis aperiuntur, dividit. Inter causas motus cordis, praeter influxum
p. 19. fluidi nervei, sanguinem ipsum quoque refert, qui

ad

admotum cordis excitandum multum quantitate, motu et pondere suo tribuit. Motus cordis exsecti inquirendo, pungendo et immissa aqua calida excitatus. Calor sanguinis agitationem spirituum in fibris cordis manifestiorem magnet, qui fortius affluentes cor ad contractionem sollicitant. Cartilagines, quae in p. 59.
ramis asperae arteriae per pulmones diuisae reperiuntur, sic comparatae sunt, vt sibi ex ordine imbricatim incumbant; unde lenta in pulmonum motu facilitas datur. Membranae pulmonis a pleura proueniunt tam, vt exterioris pulmonis membrana a lamina interna, quae cauum thoracis spectat, oriatur, interior exterioris laminae pleurae, siue cellulosae illae, quae pleuram nouerit, propago sit, quae et septa lobulorum et cellulas ipsas efformat. Fibrae bronchiorum, a quibus pulmonum contractio oritur, ligamentosae magis sunt et elasticae, quam musculosae. Pulmonum fabricam non esse vesicularem, p. 61.
sed cellulosam, multis adductis experimentis et obseruationibus probat, structuramque eorum in vniuersum cum liene, ouium comparat, ac ex rana testudineque describit. Aerem ex lobulo in lobulum per interstitia transire, nosque eundem in his potissimum, si respirationem per aliquod tempus suspendimus, retinere, credit. Vtrumque musculum intercostalem costas eleuare, hoc loco adsumitur. Primae respirationis in foetu causam, aeris nares ingredientis irritationem, nec non copiam sanguinis in pulmonibus collecti, nemos. visceris huius irritantis, facit. p. 72.
De voce differens, gruis vocem et organa eius, in- p. 79
primis vero asperam arteriam intra sterni laminas flexuose decurrentem describit. Adiicit actiones cum respiratione coniunctas, risum, tussim, sternutationem, rhonchum et singultum, quem in inspiratione bibitanea et forti fieri credit, tandemque de asthmate diuersisque eius speciebus differit.

p.127. In tertiam cursus anatomici partem de abdomine eiusque visceribus disputatur. Musculos abdominales et vsum eorum, et eo, quo de funiculo umbilicali agit, loco, arteriae quoque umbilicalis praeterea
p.135. mosque eorum ad vesicam vrinariam, quos *tussiculos vrinarios* Noster dicit, in adulto adhuc superstites et eleganter describit. Vrachum ad funiculum umbilicalem
p.138. re, dubie proponit. Venam umbilicalem in adulta genariis senibus adhuc lumen suum seruasse, fuisse
p.170. que sanguine repletam vidit. Peritonaei saccum quae in omenti saccum patet, nec non omentum minus, quod *productionem ad hepar et lobulum* vocat, fuse verbis depingit. Saepius obseruauit oesophagum in thorace morbose dilatatum, membranis eius callosis et crassioribus redditis, cibos in ventriculum patente angustato, vndea cibis in sacco retentis, arteria aspera compressa, suffocationis periculum aegris imminebat, vomitu succedente sublatum, donec aegri tabe tandem cum nutritionis defectu ad ventriculum peruenientis, perirent.
p.187. Duodenum reliquis intestinis tenuibus longe amplius est, glandularumque multarum orificiis perforatum quae in primis circa initium eius in cellulosa tela sedent. Tunicae quoque eius reliquorum intestinorum tunicis longe crassiores sunt. In colo tria ligamenta, et cellularum, quae inter ea sunt, ordines Noster indicat. Ligamenta haec ex carneis fibris longitudinalibus fiunt, cellulae enim circulares tantum fibras habent, paucis longitudinalibus exceptis, membrana communi non separandis. Situm horum ligamentorum, rationem, qua cellulae coli oriuntur, et plicas longitudinales circa intestini recti orificium
p.199. describit. Hepar ex folliculis siue vesiculis compositum esse assumit. Mala, quae ex obstructione canalis choledochi a calculis biliariis facta oriuntur, ex sectionibus cadauerum illustrat, simulque de

ictero

dero, colica biliosa periodica, et fluxa hepatico

Ductus biliares hepaticystico duplex tantum p. 234.
proponit. In hepate vero bilem secerni, multis
argumentis defendit. Fructorum et humanum re- p. 241.
nem describit. In prioris parenchymate muscu-
lum sibi assumit, eiusdemque a humano differen-
tia indicat, quem cellulis constare asserit. Lienes
minores in omento ad plenem productione, nucis
vomicae magnitudinem habentes, conglobatis glan-
dulis similes, sed diuersae ab iis structurae, saepius re-
periri asserit. Lienem in hypogastricam regionem
ex ruptione ligamentorum descendisse vidit No-
ster, vnde a vesicae et rectum recti compressione,
item ob foetum aranearum fluxus impediebatur,
in alio lienem, qui pondus decem et octo librarum
habebat, inuenit. Glandularum suprarenalium ca- p. 261.
rinam describit, in qua flauus aut croceus li-
quor reperitur, qui ab aetate mutatur, in foetu au-
tem copiosus adest, et ad venas emulgentes defert
dicitur. Fibras vesicae musculosas verbis depin-
git, et figura, ex quibus foedes gonorrhoeae varis
in locis cognosci potest, examinantur. Vrinam sine p. 275.
sedimento cadia sanguinolentam reddi posse, in se-
nibus et virginibus bene menstruatis obseruauit. Per
duos annos aeger quidam, cum vrina maximam puris
copiam ex abscessu renum latente reddebat, sine
vllo doloris circa renem morbosum vestigio. Sectio
post mortem instituta renem pure valde distentum,
membrana eius callosa facta omnibusque vasis exe-
sis, et vesicam vrinariam callosam et purulentam,
ostendebat.

Vasorum per penem virilem distributionem, et p. 294.
corpora glandulas, quas *prostatas inferiores* dicit,
satis amplo describit. In foemina sub inferiore parte p. 319.
penis venam, qui ad orificium vaginae est, multae
glandulae a Nostro primum in vaccis, deinde in

foeminis obſeruatae, ſedent, ex minoribus veſiculis compoſitae, planae, proſtatis virorum ſimiles, longitudinis quatuor vel quinque linearum, quas Cl. DUVERNEY *vaginales* dicit. Ex ſingula ſuperius ductus oritur, qui quinque vel ſex lineas longus in medio tandem externi vaginae orificii aperitur. Hymenis membrana deſcribitur. Vteri fabrica cum cutis natura, fibris carneis quae in cute deſunt exceptis, conuenit. In ouariorum hiſtoria de veſiculis et corporibus ſic dictis luteis multa Neuter diſputat. Semen non ad tubas, quas *ouiductus* dicit, peruenit, mucus vero, quem nonnulli diſſectores, in animalibus poſt coitum ſtatim diſſectis, in illis inuenerunt, ex lamina tubarum interna exſudat, et viam oui lubricam reddit. Verum ſemen foeminae non habent, ſed vagina tantum humore, ex glandulis ſupra deſcriptis ſecreto, inungitur. In generationis hiſtoria varias obſeruationes de foetubus in ouario, tubis et abdomine repertis addit, tum ex aliis collectis, tum a ſe ipſo copioſe obſeruatis. Hermaphroditos veros exiſtere negat. Quoscunque enim pro talibus ab aliis habitos examinauit, ad vnum alterutrumque ſexum pertinere vidit. Anatomiam ouarii gallinarum, ipſiusque oui breuiter exponit, tandemque de diſpoſitione ad foecundationem neceſſaria, et menſibus mulierum, quorum cauſam in fermento aliquo quaerit, agit. Varia ex his in peculiari de generatione tractatu repetuntur. In eo ſemen foemineum copioſius refutat, coitum ranarum, limacum et lumbricorum terreſtrium ex ſuis, hac de re multa cum induſtria inſtitutis, obſeruationibus recenſet. Tunicas porro, quibus foetus includitur, et fontes liquoris amnii diſquirit, quem ex amnio ipſo oriri, foetumque eo nutriri, contra alios defendit.

p. 325. p. 329. p. 349. p. 369. p. 380.

Quae ſequuntur appendicis quaſi loco adnexae obſeruationes de circulo ſanguinis in foetu, occaſione

p. 414.

Mery-

Meryuae litis collectae fuerunt. Continent descri-
ptionem partium, per quas peculiaris motus san-
guinis in foetus corpore peragitur, cum vsus earum
physiologici explicatione. De valuula EUSTACHII
multas obseruationes proponit, Winslouianamque de
vsu eius sententiam reiicit, veriorem que in foetu et
adulto vsum exponit. Alia obseruatione de ventri- p. 434.
culorum animalium ruminantium structura et vsu
agitur, simulque rugae in camelorum ventriculis, et
globuli, qui in ventriculis variorum animalium inue-
niuntur, eorumque origo disquiritur. Variae se- p. 440.
quentes adnotationes de partibus, quae nutritioni
suum inseruiunt, de structura rostri psittaci, de re-
nibus variorum animalium agunt. Reliquae omnes p. 458.
ex scriptis Academiae Parisinae collectae sunt. Huc
referri merentur obseruationes super sanguinis in
foetu circulum et variorum animalium, testudinis in-
primis et ranae corda, obseruationes de glandula-
rum in ventriculo et intestinis fabrica, de musculis
palpebrae internae in animalibus, de situ ductuum
biliferorum et natura succi pancreatici, de vasculis
omphalomesentericis, de circulatione sanguinis in
piscibus, de foetu tubario, de monstro bicorporeo.
Claudunt tandem totum opus excerpta ex Actis So-
cietatis Regiae, in quibus omnia continentur, quae
Cl. DUVERNEY eiusque inuenta Academiae exhi-
bita, ab anno 1674, quo in hanc academiam receptus
est, ad annum 1730, quo e viuis discessit, concer-
nunt. In tabula prima aenea huic volumini ad-
nexa vesica vrinaria anterius et posterius, vasa, fibrae-
que eius musculosae delineantur; secunda vrethram
apertam pene dissecto, vesicam apertam et glandu-
las Cowperianas cum ductibus suis etc. deinde ve-
sicam, qualis inferius visa adparet, cauernosa penis
corpora et arteriarum per penem distributionem ex-
hibet. In tertia rami arteriosi per vesicae faciem

adhaesorem diffundi, in quarta vero, qui partis horum superficiem adeunt, egregie delineantur. Ab his quinta tandem vasa, quae per pedem ab ipso aperto mare decurrunt, pinguntur. Reliquae ad dissertationes Actis Societatis Regiae defunctas pertinent.

## XIV.

IOH. BASTERI M. D. Acad. Caes. Societ. Reg. Lond. et Holland. Socii, Opuscula subseciva, obseruationes miscellaneas de animalculis quibusdam marinis eorumque ouariis et seminis continentia. Liber tertius. Harlemi apud Ioan. Bosch, 1761. c. ind. pl. 7. tab aen. 6.

Elegantis operis, cuius initia iam alio tempore cum laude indicauimus *), continuat primum, tertium
p. 101. hic liber claudit. In eo primo de *mytilis* in primis vero de ea specie, quam LINNAEUS *edulem* dicit, agitur. Mytulus ab ostrea facultate sese loco in locum mouendi differt. Progreditur vero ope membri linguae formam habentis, quod, si in alium locum se transferre vult, valvulis apertis exserit, et omnia circa se pertangens, corpori cuidam ope glutinosi humoris, quo hocce membrum obducitur, affigit, sicque sese pernoluens adeundem locum protrahit. Hoc membrum, quod nonnulli *pedem* dicunt, a Cl. BASTERO accurate describitur. Musculosae naturae est, in superiore vero parte fissuram habet, cuius latera hinc inde labiorum instar leuiter propendent. Horum ope humorem in fila con-

*) vid. Comment. nostr. Vol. VIII. P. III. p. 535. et Vol. IX. P. IV. p. 587.

angelabentem e receptaculo, in ima huius membri parte sito, mytulus lapsum pellit, eumque alteri corpori donec soliditatem acquisiuerit, adplicat. Mytulo deinde linguam retrahente, filum textum conspicitur, laboreque enarrato repetito, tandem mytulus, filorum anchoralibus irretitus immobilem situm acquirit, semperque eodem loco, cum fila non rumpere possit, affixus manet. LEEUWENHOEKII porro p. 104. circa generationem mytulorum errores Cl. Auctor corrigit, suasque hac de re obseruationes proponit. Ex his probabile est, mytulos non hermaphroditos, sed diuersi sexus esse, mytulum marem absque coitu stato tempore animalcula seminis virilis eiicere, mytulos constipatos iacentes, aliqua forte affectus suo pruritus signa sibi communicandi facultate gaudere, sicque foemellam hoc virile semen accipere, ad foecundanda oua continere, donec matura et ad partum apta sint. Mytulorum testae periosteo obducuntur, quo sublato polituram admittunt. Hoc ex fibris tenuissimis componitur, et ad orificia testarum paullo eminet, quo mytulus forte, clausis testis, aquam et aerem per hoc periosteum, vt per filtrum hauriri possit. Aeris concussu et vehementiore motu mytuli grauiter afficiuntur, ita, vt, qui capti in nauibus transportantur, si fragore tormentorum belli perterreantur, fere omnes pereant. Dum enim nimis subito testas, quibus apertis subinde iacent, claudere cupiunt, aquam se circumfluentem amittunt, et siccati occumbere coguntur. Mytulum natantem nemo vidit vnquam, quapropter, quos v. c. nauibus affixos reperimus, paruos leuesque aquae vi motos illis adhaesisse Noster putat.

Sequuntur obseruationes de *turbine littoreo* LIN. p. 110. NAEI, linguaque huius animalis delineatur. Ex p. 111. *echinis marinis* ei potissimum speciei inhaeret, quam KLEINIUS *cidarin* vocat, atque aculeos, pro-

beficiles et animalos, ex quibus haec conſtant, quarum et officia in corpora huius animalis contenta deſcri-
p. 116. bit. Ex *Aſtinomidibus ſ. Aſtellis marinis tubentem* LINNAEI verbis depingit, et aſſerit ſexus diſtinctionem, ceſtumque hoc in echinis, non in ſtellis marinis re-
p. 119. periri, ergo hermaphroditos eſſe. *Priapum, marinum* a LINNAEO dictum, trasque *Aſinias* ſpecies, quas ad Priapos refert, variasque earum contra-
p. 125. ctiones indicat. Variarum porro *Meduſarum* brevis hiſtoria ſequitur, quam alia de *Balanis* et ſtructura eorum tractatio excipit. Cum hi omni facultate ſe ſe e loco in locum mouendi deſtituti, locum vt coeant, nunquam mutare poſſint, hermaphroditos eſſe Cl. Auctor putat.

p. 127. Tandem de *ſquamis piſcium* agitur. Piſcium cutis aut glabra et laeuis coriacea eſt, vt v. c. in balaenis, aut aculeis et nodulis, vt in ſqualis, vel ſquamis tecta apparet. Hae vero numero et figura pro varia piſcium ſpecie inſigniter variant. In vniuerſum teneram piſcium carnem ab ictibus et laeſionibus tuentur, atque ne ea perpetua in aqua macoratione molleſcat, prohibent. Squamae hae non quotannis mutantur, ſed noua eaque tenuiſſima priori increſcit, ſeſeque ſuper oras veteris ſquamae expandit. Omnium piſcium ſquamae expurgatae candidae ſunt, cum color piſcium a membrana proueniat, quae ſuper ſquamas expanſa, eas in ſitu ſuo conſeruat. In multis concharum teſtis, ſi microſcopio conſideratur, ſimiles ſunt. In parte, quae extra proxime incumbentes ſquamas prominet, ſtriis in orbem redeuntibus, ex vno centro proficiſcentibus et arctiſſime inter ſe nexis, obſitae ſunt. Nonnullorum piſcium ſquamae, praeter hos orbiculares ſtriis reſpondentibus et ad-
p. 137. aptatis quoque quaſi interſcinduntur. Claudit hunc faſciculum *de Gado ſ. Aſello maiore hermaphrodito* obſeruatio. Piſcatores aliquando gados capiunt, lacti-

lacibus et ouis variis inuentos, quibus Chemnitzius obiectus est, cuius tabes parua, ova perfectam magnitudinem erant. Ex adnexis tabulis sex aeneis prima, quae vndecima totius tomi est, ad echinorum et hystricum historiam, secunda s. duodecima ad stellas marinas et bolandos pertinet. Tertia praeponam s. octauam duas species, quarta turbinem litoreum et tertiam animae speciem, tresque medusae refert. In quinta vitrea quadraginta squamae diuersis ex diuersis piscibus, et in festa lactea et ouaria gadi illae hermaphrodito delineantur. Additus est huic voluminis index rerum in prioribus hisce tribus fasciculis contentarum.

## XV.

Acta Helvetica, physico-mathematico-anatomico-botanico-medica, figuris aeneis illustrata et in vsus publicos exarata. Volumen IV. Basileae, typis et sumptibus Ioh. Rudolphi Im Hof. 1760. 4. 2 Alph. 6 plag. 17 tabb. aen.

Vix veremur, ne nostris displiceat Lectoribus, si tribus prioribus Actorum Helveticorum Voluminibus, iam indicatis, nunc eorum quartum Volumen adiungimus; quod quidem, cum eodem studio sit peractum atque ab iisdem viris eruditis collectum, a quibus priora edebantur, eodem profecto modo, vt illa, et declarari et praedicari meretur.

1) *Summarium epistolae Rupellae datae d. 7 Oct.* p. 1. 1758. *Auctore methodi thermometri vniuersalis, vt exinde terminus temperiei globi terrarum determinetur.* Cum perpetua sit vicissitudo materiae frigoris et caloris,

ris, eaque semper vel sole vel ventis excitetur: temperiem globi terrarum, quem Cl. Auctor exacte sphaericum credit, medium esse caloris et frigoris edicendus. Quod autem materia frigoris ab calore aequali copia in athmosphaera nostra atque terra distributa: temperiem globi terrarum 45 gradui eiusdem latitudinis esse, necessarium foret. Attamen, cum sol in suo cursu annuo sex dies et quartam diei partem diutius in nostro haemisphaerio commoretur, quam in altero, temperiem globi in nostro haemisphaerio 46 gradus 8 minutas latitudinis eiusdem esse, Cl. Auctor existimat, e contrario in altero tantum 43 gradus 52 minutis.

p. 23. 2) LAUR. THEOD. GRONOVII *descriptio astaci Norvegici curiosi.* Hic autem cognoscitur thorace depresso, superne rugoso inermi, lateraliter aculeato, chelis manuum latissimis, compressis, villosis, denticulatis.

p. 26. 3) *Eiusdem descriptio gymnoti tremuli, atque experimenta cum eo instituta.* Hic gymnotus anguillis rotundatis, aequalibus, cauda truncata subtus pinnata, in fluminibus Americae meridionalis invenitur. Qui eum tangant, quamquam etiam sint nudati, statim in membro tangente eiusmodi ictu afficiuntur, qualem post vehementem cubiti conquassationem sentimus *). Omnes eius partes hanc caussam vim, inprimis cauda pinnaque ani, et quo magis agitetur, eo magis haec vis augetur. Adeoque si tangens manus chirotheca armata, vel oleo ac cera inbuta est, vel si piscis baculo, inprimis ferreo, tangitur, eius tremor vehementer sentitur, minime autem

*) Cuius rei mentionem iam fecimus in Commentar. nostr. Vol. VIII. p. 396.

4) *Eiusdem obſeruationes de animalculis aliquot maximis aquae immortalibus atque in litoribus Belgicis* p. 35.
*aquae* Haec ſunt *Bivora*, corpore octagono, ſphaerico, tentaculis binis plumoſis longiſſimis; *Meduſa* haemiſphaerica, radiis transuerſalibus quatuor, tentaculis marginalibus plurimis minimis, margine integerrimo; *Squilla* acaudata, pedibus quatuordecim; *Eiuris* corpore oblongo cylindrico gracili, tentaculis brevibus.

5) IOANNIS GESNERI *deſcriptio campanulae maximae, foliis latiſſimis, flore coeruleo, eiusque varietatum.* p. 40.

6) GEORG. CHRIST. SCHLOTTERBECCII *obſeruatio, de cochlea quadam ad turbines referenda.* Ob eius analogiam cum turbine quodam, a GESNERO olim deſcripto, hanc cochleam appellat *turbinem parvum, ſpirulis arctiſſimis et varie tuberculoſis.* p. 46.

7) *Eiusdem obſeruatio ſecunda botanica, de fungo peculiari.* Quem Cl. Auctor propter odorem ingratum potius ad BELLENII *Amanitas noxias*, quam ad *eſculentas* refert, quamquam cum vtraque ſpecie magnam habet ſimilitudinem. Attamen hic fungus neque nova ſpecies, nec inſolita varietas eſſe videtur, cum crescendo caput globoſum, dehiſcente annulo, in pileolum expandere ſoleat. p. 49.

8) *Eius-*

p. 53. 8) *Eiusdem observatio curiosa botanica, de fungo pediculato poroso.* Hunc addit Cl. Auctor, vt nouam speciem, DILLENII *Boletis*, eumque nominat *Boletum superne coloris fusci, rasuras, inferne pallide fusti, pedicolo obsoleto albicante, cum odore crassiusculo.*

p. 55. 9) LUDOV. WENTZII *solutio famosissimi problematis geometrico-pratici, de inuenienda distantia duorum locorum remotorum ope unicae et cuiuscunque, et quamcunque stationis; ad eum casum restricta, quo accessus ad locum quaesitae distantiae ante dimensionem conceditur.*

p. 63. 10) R. I. D'APPLES *observatio meteorologico-pratica circa miseriae anni* 1758. Hic enarrantur incommoda, quae ex pluuiosa tempestate huius anni oriebantur, et omnibus vegetabilibus, et inprimis sanitati incolarum Heluetiae maximopere nocebant. Etenim excitabantur febres putridae verminosae, variolae confluentes, icterus, rheumatici et arthritici dolores, tusses ferinae infantum, colica pictorum, cet. Ex quibus hae duae obseruationes inprimis notari merentur.

p. 65. Prima *febris putridae spasmodicae et rheumaticae.* Virgo, triginta annorum, doloribus lumborum et suppressis menstruis laborans, drastico medicamento auxit, vt motibus conuulsiuis atrocibus angeretur, extremitates rigidae et immobiles fierent, et lenia deliria accederent. Haec eandem, reliquis frustra tentatis remediis, balneo tepido ex herbis et floribus emollientibus quotidie bis adhibito, mobilitatem membrorum recuperauit.

p. 67. Secunda *febris catarrhalis cum vitare puluinis.* Vir robustus per duos annos languore, tussi sicca et dyspnoea laborabat, tandem subito horrore et membrorum tremore afficitur. Febris consimilabat cum pulsu profundo et frequenti; tandem, cum obie-

rat,

rat, in eius ſectione pulmonum vlcera mortis cauſam manifeſtabant.

(1) Cl. Auctor *relatio de planta venenata in* p. 69.
*inſula Gorea*. Cum ſeptendecim milites in conuiuio amico cibum a foliis et radice cuiusdam plantae praeparatum comediſſent: poſt vnam horam nonnulli in ſyncopen et motus conuulſiuos incidebant, et vnus mox moriebatur. Statim olei magnam copiam bibebant et deinde in noſocomium transferebantur, vbi Cl. Auctor omnibus et clyſmata oleoſa et potiones emeticas ex grano vno tartari emet. et oleo dedit. Cum aegroti de nullo dolore conquererentur, nec ſectio demortui ſigna inflammationis ventriculi, inteſtinorum et viſcerum oſtenderet: facile apparebat, venenum frigidae ac ſtupefacientis eſſe indolis, qua propter oleoſa, vt noxia, intermittebat et emetica iis, qui nondum euomuerant, vlterius praeſcribebat. Auctor conuiuii *Trelacheau*, qui prae aliis ſefe replerat, grauiſſima etiam ſymptomata experiebatur, oculi torui erant, maxilla inferior contracta, pulſus debilis, motus et ſenſus plane ſublati, et totum corpus frigidum. Conquaſſatione tandem, ad duas horas peracta, ad ſe rediit, vomuit, et emeticis datis refectus eſt. Alter poſt plures vomitus ſtatim plane conualeſcebat, relicta leui imbecillitate. Reliqui vel nulla vel leuia ſymptomata ſuſtinebant, et ſexto die omnes ſani e noſocomio egrediebantur. *Trelocheau* tantum ibi permanebat, qui poſt ſoporem quindecim horarum, vehementibus doloribus totius corporis iisque in dies crescentibus, et haemorrhagia narium vexabatur. Quem tamen ſtribus venaeſectionibus, oxymelle, cum theriaca exhibito, clyſmatibus, purgante ex manna et ſyrupo de cichor. et extracto iuniperi ita reſtituit Cl. Auctor, vt vigeſimo tertio die tandem

e no-

e noſocomio ſanus exiret. Haec planta venenata ex vmbellarum genere erat, ſapore dulci, paululum acri, radice radici napi quodammodo ſimili, et ad flumina menſe Maio floret. Haec minime eſt cicuta, ſed potius oenanthae aquat. RAII maximopere ſimilis, et vt venenum ſtupefaciens et frigidum nomine *Occhio griſo* incolis nota eſt. Succus radicum eſt acris, nauſeoſus, qui vulneri in crure ſuis ſalis applicatus, nec cauſticam, nec venenatam vim efferebat; ſuccus foliorum et ramorum multo mitior inueniebatur.

p. 82. 32) ALBERTI V. HALLER *Orchidum deſcriptio conſtituta.* Et copia ſpecierum Orchidum, quarum in Heluetia ad quinquaginta naſcuntur, et charactere in floris figuris latens, et quod in hortos inferri non poſſunt, ſed in ſyluis, alpibus et pratis inquiri debent, maximam quidem parit difficultatem in earum claſſe conſtituenda: quam tamen Ill. Auctor facile ſuperauit et nobis omnium harum ſpecierum accuratiſſimas deſcriptiones exhibet.

p. 84. Primo differit *de generibus conſtituendis.* Generis vniuerſae character definitur ab habitu monocotyledone, foliis ſemper integris, a neruis ſibi et orae folii paralelis, a fructu vniloculari, a valuarum diſceſſu, a foraminibus, quibus ſemen defluit, a ſeminis adhaeſione ad carinas, a flore plerumque hexapetalo, ſtaminibus duobus collicule adnatis, a quo via ad ouarium ducit, qua propter LINNAEUS has ſtirpes *gynandras* appellat. Porro diſquirit, ex quibus partibus Orchidum genera conſtituerint, et quomodo hae in re inter ſe differant TOURNEFORTIUS, RAIUS, RIVINUS, BOERHAAVIUS, KNAUTIUS, KRAMERUS, WEDELIUS, LUDWIGIUS, MICHELIUS, GMELINUS et LINNAEUS.

p. 89. Ill. Auctor non probat duo filamenta omnibus Orchideis

chileis plantis [illegible] tributa, quae ipsa tantum in Orchidearum [illegible] nec vtiquam semper adest, ab Ophryi [illegible] Satyrium habet. Orchidi [illegible] itaque adgeneratio [illegible] nec calcar, nec labellum adhibet, [illegible] quam stapiniformem observamus, in qua [illegible] est, quae ad ouaria duo [illegible] Sola [illegible] hac gente quatuor antheris [illegible] sinu. Plerumque bas habuit machinis stamina [illegible] tum, ut [illegible] filamentis nudae antherae [illegible] Calcaria, [illegible] scapus antherarum erectus in duas partes diuiditur, quarum superior fungosa in duabus foueis duas antheras sessiles continet, [illegible] est antherae sustentaculum. Eius modi plantas *Epipactides* appellat; *Orchides* vero, quae vel palmatae, vel testiculatae sunt, scapum [illegible] habent [illegible], non bifidum, sed antrorsum pedis [illegible] exaratum, qui duo stamina continet [illegible]

[illegible] alia plantarum genera et species describit, et [illegible] quae species nouas, apud alios Botanicos vsitata, addit, et, si quae sint, varietates simul [illegible]

Genus I. *Cotallorhiza*. Ophryos Sp. LINN. p. 92.
[illegible] omnium Orchidearum quatuor antheris ornata [illegible]

Genus II. *Calcaulus*. TOURNEFORT. Cypripedium LINN. p. 94.
[illegible] calcar, duas species habet, 1) fol. ouato-lanceolatis, petalis interioribus ligulatis, 2) foliis ouatis, petalis ouato-lanceolatis.

Genus III. *Epipactis*, continet TOURNEF. p. 100.
Ophryn, Listeram suis, Helleborinen LINN. Ophryn, quae Scapiadem, et ab vtroque labello tres ordines constituuntur.

Ordo I. *calcare nullo, labello integro*, decem Epi- p. 101.
stidis species comprehendit, quarum enumera-

tionem, cum profecto nimis longa sit, hic plane omittimus.

p.123. Ordo 2. *calcare nullo, labello bifido*, tres alias Epipactidis species complectitur.

p.129. Ordo 3. *flore calcare donato*, duas Epipactidis species constituit.

p.133. Genus IV. *Orchis* TOURNEF. LINN. et GESN. Ophryos Sp. et Satyrium Eiusd. Eius flos quatuor ordines facit, cum vel calcar habeat, vel eo destituatur.

Ordo 1. *calcare nullo.* Ibi sex Orchidum species adsunt, quae plerumque labello inter se differunt.

p.142. Ordo 2. *calcare breuissimo*, sex species Orchidum radice, cucullo, labello ac petalis diuersas comprehendit.

p.148. Ordo 3. *calcare longiusculo*, decem Orchidum species radice, galea, caule, labello et segmentis medio diuersis, componitur.

p.162. Ordo 4. *calcare longissimo*, tres Orchidum species varia radice et labello diuerso insignes, habet.

Hae sunt Orchidum species, quas Ill. Auctor summo cum studio ac industria diuersas reperit, vix plures in Heluetia, quin etiam in Europa temperata, vt asserit, vnquam nascuntur.

p.167. 13) SCHMIDII *Epistola ad I. I.* D'ANNONE de puella nouem annorum, quae Bernae filiam peperit, quam chirurgus imprudens in partu laborioso per partes ex vtero protraxit.

p.169. 14) IO. HOFERI, *Filii*, *tentaminis lithologici de Polyporitis vel Zoophytis petrefactis*, *Missus primus.* Cum distributio zoophytorum, ab aliis Lithologis facta, nouis obseruationibus PEYSONELII IUSSIEUI, DONATI et ELLISII valde locupletata sit: Cl. Auctor primus est, qui hanc vlter-

p

perficere, et in genera et ſpecies diuidere tentat. Quamquam quidem hic vnum genus tantum exhibet: in quouis tamen horum Actorum tomo miſſum huius claſſis promittit.

Claſſis prima *Polyporitae* vel *Zoophyta petrefacta* p. 178 continet, quae ſunt corpora ſolida variae figurae, a polypis marinis et exſtructa, et inhabitata, atque olim in lapideam vel aliam mineralem ſubſtantiam mutata.

Genus I. *Anthoporita ſiue Anthopora petrefacta.* Haec conſtat ex columna ſcapiformi, nodulo craſſiori, radios in forma floris ſuſtinente, columna vero, nodus ac radii ex variis trochitis componuntur. Trochita eſt corpus durum, a polypo anthoporae factum, in quo eius corpus in medio, extremitates ſub baſi continentur. Entrochus ſiſtit columnam, ex trochitis ſibi impoſitis conſtructam, in quorum medio foramen conſpicitur, ſiue axis, quae ſemper cylindrica eſt, extremitates vero illius ſaepe pentagonae, pentapedaloideae et quinque radiatae apparent. Baſes dicuntur ſuperficies planae ſuperioris et inferioris trochitae lateris; corpus trochitae peripheriam externam ſignificat. Anthopora quidem a pleriſque ſcriptoribus ſtellis marinis adnumeratur; cum vero Cl. Auctor ex trochitarum ſtructura cognouerit, hanc magnam habere affinitatem cum aliis polypis: originem illius ſic ſibi finxit. Vermes marini lum- p. 181. briciformes et polypi, brachiis, in radios diſpoſitis, inſtructi, ex inſtinctu ſeſe materia corneo-lapidea obtegunt. Cum igitur in ſingulo trochita ſit polypus, eiusque corpus in axi, et os, brachiis radiatim cinctum, ad inferiora poſitum ſit, et anum ſuppoſiti polypi arripiat: ſic vel radius vel columna ſcapiformis oritur. Generationem ſic deſcripſit. Si polypus anthoporae ab agmine ſolutus eſt, tum a maris motu tam diu hinc illinc agitatur, donec attigerit corpus

ſolidum, quo arrepto, ſenſim formam mutat, vt trochita nodoſus, anthoporae florem ſuſtinens, fiat. Hic generat polypos quinque iuuenes, quos quinque inciſuris applicat, et ſenſim alii prioribus iunguntur; ſic quinque radii, mox bis duplicati, oriuntur. Rudimenta ſolidi corporis, vermes marinos cingentis, iam in ouulo adſunt. Subſtantia trochitarum marmorum petrefactione in ſeleniticam denſam mutatur, quae, malleo diffracta, in parallelepipeda diſſilit, acidis ſpirituoſis arroſa, poſt efferueſcentiam in circulos concentricos abit, ignis vi in parua fruſtula cum ſtrepitu diſrumpitur, tandem in albiſſimam calcem mutatur.

p.188. In catalogo anthoporarum deſcribuntur 1) *Trochitae cylindrici ſimplicis* 22 ſpecies; 2) *Trochitae cylindrici tuberculis aſperi* 9 ſpecies; 3) *Trochitae pentagoni* 12 ſpecies; 4) *Trochita quadratus;* 5) *Trochitae ſcapiformis* 2 ſpecies; 6) *Trochitae nodum inter ſcapum et radios conſtituentis* 9 ſpecies; 7) *Entrochi floralis, ſiue, Encrini* 3 ſpecies; 8) *Entrochi ob ſtructuram ſingularem rarioris* 4 ſpecies; 9) *Entrochi et trochitae a cauſa quadam deſtruente mutati* 11 ſpecies; tandem *Entrochi et trochitae corporibus petrefactis variis tecti* 7 ſpecies, omnesque ſimul accurate ſunt delineatae.

p.212. Adiecta eſt *Eiusdem obſeruatio zoologica*, de cochlea minima, quae a LINNAEO dicitur, *Nautilus, teſtae apertura orbiculata, anfractibus contiguis, articulis annulatis dorſo ſpinoſis.*

p.214. 15) A. SOCINI *tentamina electrica in diuerſis morborum generibus, quibus accedunt leuis electrometri Bernoulliani adumbratio, et quorundam experimentorum inſtituendorum ratio.* Electricitas aegris paralyticis et rheumaticis interdum nullam, ſaepe inſignem affert vtilitatem. Adhibet Cl. Auctor globum vitreum

reum vndecim pollicum in diametro, et ſcintillas ex brachio nudo ad 2 vel 3 pollices cum globo metallico elicit. Sic in viro 57 annorum dolorem labii inferioris et artuum tremorem, poſt 20 experimenta electrica, ſuſtulit, et ſimili modo alius dolorem brachii dextri, et in alia dolorem manus depulſit. E contrario in foemina 60 annorum ab electricitate nauſea, ſudor et ſymptomata hyſterica oriebantur; in auditus et oculorum vitiis, ipſaque hemiplegia, haec fruſtra eſt adhibita.

16) IOH. RUDOLPH ZWINGERUS *de dyſuria ex vlcere inteſtinali in veſicam peruio, in maraſmum deſinente.* Senex 78 annorum, caelebs, ſtudiis litterariis et vitae ſedentariae deditus, ſubito corripitur dolore acuto in regione lumbari, cum febricula continua. Ab hac breui tempore reſtitutus, relicto tantum languore, mictione dolorifica et alui teneſmo afficitur, et ſenſim dyſuria moleſtior fiebat, cum aeger clyſmata et iniectiones repudiaret. Tandem quaedam bullulae ex vrethra propullulabant, et deinceps vrinam, nigricante foeculentia turbidam, cum ſtrepitu reddebat, ex quo apparebat, meatum ex inteſtino recto in veſicam adeſſe. aeger autem paulo poſt moriebatur maraſmo. p. 231.

17) *Idem de vomitu puellae diuturno, hauſtu mercurii viui ſublato.* Puellam vndecim annorum vomitus, cum ſiti et fame ingenti, ad quatuor menſes vexabat, qui, omnibus aliis remediis fruſtra tentatis, tandem hauſtu quatuor vnciarum mercurii viui, cum duabus vnciis olei amygd. dulc. ſenſim plane ſedabatur. p. 234.

18) D. C. E. BERDOTI *obſeruatio de vtriusque femoris a cauſa interna luxatione feliciter curata.* Puer p. 236.

ſeptennis febre miliari pleuritica, paulo poſt febre verminoſa decumbens, vagos dolores ſentiit ad ſcapulas, coxas et genu ſiniſtrum, quod intumeſcebat, ſed lintea calida, ſacculi ex floribus ſambuci et chamomillae, et fumus aromatum hos breui ſuſtulit. Paulo poſt in genu dextro magnus, durus et dolens oriebatur tumor, qui, adhibitis ſacculis ſupra dictis, cum herbis aromaticis et ſpiritu vini camphorato, imminuebatur, cum puer noctu dormiens e lecto decidit, nullo tamen exinde oriente corporis vitio. Sed poſt octo dies pes dexter fere flaccidus, ad motum non aptus, ſiniſtro breuior, et ſiniſter quoque languidus inueniebatur, atque vtriusque femoris luxatio apparebat. Caput dextri femoris prominebat ad duos digitos ſupra acetabulum, paulo retrorſum, et ſiniſtri caput recta linea ad dimidium digitum extra acetabulum deſcenderat. Cum repoſitum caput femoris dextri, ob aegri colicos dolores, ter ab acetabulo recederet, peculiare inſtrumentum, hic ſimul delineatum, adhibuit C. Auctor, quo femoris caput in acetabulo retinuit, et vſu aromatum et adſtringentium vtriusque femoris luxationem tandem curauit.

p. 240. 19) IOH. CONRAD. FUESLINI *obſeruatio anatomico-medica, praeternaturalem ſtructuram veſicae urinariae referens.* Puer 3½ annorum per ſex menſes dolorem inſignem in emittendo lotio ſentiit. Chirurgus, qui calculum ſuſpicabatur, ad collum veſicae tumorem ſcirrhoſum fugandis magnitudine inuenit, cum inteſtinum rectum digito indagabat. In ſectione defuncti tres vrethras reperit, veſica vrinaria calculo ſpongioſo, quinque drachm. pondere, referta fuit; duae vrethrae in lateribus poſitae erant, media, reliquis breuior, tumore ſcirrhoſo circumdabatur, tandem hae tres vrethrae in oſſis pubis infima parte

parte in faeculum iungebantur, a quo vnus canalis, vrethrae naturali similis, vsque ad glandem progrediebatur.

20) LAUR. THEODORI GRONOVII *Animalium in Belgio habitantium Centuria prima.* Hunc catalogum secundum LINNARI methodum, in speciebus animalium adhibitam, instituit, ideoque hic describuntur mammalia, *primates*, mammalia, *feras*, mammalia, *bestiae*, mammalia, *glires*, mammalia, *pecora*, mammalia, *bellua*, mammalia, *pete*, aues, *accipitres*, aues, *picae*, aues, *anseres*, aues, *grallae*, aues, *gallinae*, aues, *passeres*. Cum vero nimis ampla foret descriptio, si omnes species, quae his characteribus indicantur, accurate declararemus: harum vlteriorem enumerationem hic omittamus. p. 243.

*Centuria animalium secunda in Belgio ab eodem observatorum* simili modo hic tractatur, et continet amphibia *reptilia*, amphibia, *serpentia*, amphibia, *nantia*, pisces, *apodes*, pisces, *iugulares*, pisces, *thoracicos*, pisces, *abdominales*, pisces, *branchiostegos*, et insecta, *coleoptera*. p. 256.

21) CAR. ALLIONI *descriptio cortusae* MATTHIOLI. Radix est fibrosa, protrudit folia sex, odorata, glabra, lobis vndecim incisa, quilibet lobus in tres lobos dentatos diuiditur; scapus est teres, nudus; ex inuoluero vniuersali prodit vmbella, radiis duodecim vnifloris instructa, flos ornatur calyce semiquinquefido, segmentis erectis, lanceolatis, corolla odorata patente, rotata, segmentis purpureo-violaceis, antheris quinque conniuentibus tubi orificio, stylo filiformi, hamato; fructus sistit capsulam oualem, vniocularem, quae semina plura nigra compressa, angulata continet. p. 271.

p.275. 22) IO. IAC. D'ANNONE *de petrificatis quibusdam minus cognitis*; I. differit *de singulari echinitae specie*. Cum in omnibus echinis ac echinitis taeniae omnes semper ex vno puncto, testae vertice, oriantur, hic in eo quam maxime ab his differt; quippe qui ex meris assulis componitur, et cuius taeniarum paria tria ex vertice, duo reliqua oblique excurrunt et in os desinunt, duo vltima, ex puncto in summitate ani proficiscentia, oblique versus os tendunt. Sic basis testae in quinque triangulos diuiditur, et superior, siue conuexa superficies, etiam quinque partes habet, duos triangulos similes, quorum vertex cum vertice testae conuenit, alium aequicrurum, cuius vertex in ani summitate est, duo tandem trapezia; vnaquaeque vero harum partium per futuram
p.282. in duas aequales partes dispescitur. II. *de concha anomia plicata πολυλεπτογίγγλυμος petrificata* agitur. Est concha ex duabus valuis inaequalibus plicatis composita, et propter valuarum commissuram, quae exilissimis fit denticulis, inprimis notari meretur.
p.284. III. *ostreum plicatum, plicis valde inaequalibus, lapidefactum* considerat Cl. Auctor. Hoc plerumque *imbricatum* dicitur, et in eo a reliquis differt, quod duas plicas in medio ambitus interiectas habet, quarum latera inaequalia sunt, et proximas plicas quin-
p.286. quies longitudine superant. IV. *millepora tubulis paralleliis* describitur, quae speciem constituit tubulariae, tubis hexangulis.

p.288. 23) WERNERI DE LA CHENAL *obseruationes nonnullae botanicae*. Prima describit *Sisymbrium foliis pinnatis, imorum pinnis oblongis; superiorum*
p.292. *linearibus integris, siliquis ouatibus, oligospermis*. Secunda ostendit, *duas* esse *species Raphani aquatici*, alteram *folio in profundas lacinias diuiso*, alteram *folio plerumque integro, interdum ad pediculum laciniato*,

quas

quas quidem LINNAEUS et HALLERUS coniunxerunt. Tertia indicat nouam in Heluetia detectam speciem *cardui foliis lanceolatis, amplexicaulibus, serratis, spinoso setaceis, capitulis triphyllis.* LINN. *Sp. plant.* p. 822. Quarta *aliam cardui speciem* concernit, cuius synonima adiiciuntur. Quinta differt de Trifolii specie, *meliloto parisiensi humifuso, foliis serratis, glabris,* VAILLANTII. p. 294. p. 298. p. 299.

24) IO. IAC. D'ANNONE *Epistola ad* IO. HENR. RESPINGERUM, sententiam Cl. Auctoris explicat, quam habuit de piscículis et vermibus circa Birsam in riuulis et paludibus repertis, quorum figurae simul depinguntur. Piscículi ex *gasteropodeorum* genere sunt; vermis, in piscis abdomine inclusus, ad taeniarum genus pertinet, et simul cum ingestis, inprimis aquae haustu, hoc intrasse, minime vero congenitus esse, videtur. Similem hic enarrat obseruationem de foemina, et condylomatibus vexata, et saepe eiusmodi taenias excernente, quae, intermisso haustu aquae ex fonte quodam, riuulis taeniarum referto, mox ab vtroque malo liberabatur. Tandem hic delineatur animalculum, a muliere taeniis laborante per aluum excretum, quod *muscae, in aquis stagnantibus et locis impuris habitantis,* simile deprehenditur. p. 301. 1798

25) ACHILLIS MIRGII *Homolocenchrus, nouum graminis genus.* Est phalaridis spec. LINNAEI et cognoscitur locustis simplicibus, hermaphroditis, elliptico-oblongis, compressis, calyce nullo, corolla biualui, persistente, valuulis carinatis, staminibus tribus, pistillo breui, dystilo, semine vno. Radix fibrosa est, geniculata, plures protrudit culmos teretes; foliorum vaginae sunt longissimae, ad internam foliorum basin terminatae membranulis breuissimis, p. 307.

mis, albidis, folia vtrinque glabra, margine ſpinis rigidis obſito, flores paniculati, locuſtae caducae, ſemen ſplendens, glabrum, ſubfuſcum, inſipidum.

p.315. 26) I. H. LAMBERT. *de variationibus altitudinum a luna pendentibus.*

p.337. 27) IOH. RUDOLPHI ZWINGERI *Diariolum noſologicum Baſil. Anni* 1759. Adiecta tabula noſologica huius anni oſtendit, ex aegris 275 variis morbis affectis, 16 aegrotos manſiſſe, 42 periiſſe, et 217 conualuiſſe.

p.351. 28) EMAN. WEISII *obſeruationes de globulis ſanguinis.* Cl. Auctor hic primam tantum partem harum obſeruationum nobis offert, quae globulos ſani corporis cum globulis diuerſorum animalium comparatos conſiderat. Ii, qui microſcopio duas globulorum ſanguinis animalium ſpecies detexerunt, etiam animalia in duas claſſes diſtribuerunt; ad quarum primam, globulis ſphaericae figurae praeditam, hominem et quadrupedia piloſa, ad alteram, globulis oualis figurae inſtructam, animalia volatilia, piſces, amphibia et reptilia ſquamoſa retulerunt, quamquam diuerſitas globulorum, in vtraque claſſe nonnunquam occurrens, ſaepe hanc diuiſionem interrumpit.

p.361. 29) *Obſeruationes thermometri in Sibyria, maximo frigore ſaeuiente, factae a* DELISLE *et communicatae ab* ABR. GAGNEBIN. *ſen.* Summum frigus, quod Cl. Auctor adnotauit, 1735 d. 6 Ian. in Sibyria fuit ad 70 gradus.

p.364. 30) *Obſeruationes meteorologicae anno* 1757 *et* 1758 *Ferreriis (a la Ferriere) factae ab* ABRAH. GAGNEBIN. *ſen.* 31) *Ob-*

31). *Obſeruationes meteorologicae, factae Baſileae* p. 365.
757 *et* 1758 *a* I. IACOBO D'ANNONE.

## XVI.

Elementa Phyſiologiae Corporis Humani. Auctore ALBERTO V. HALLER, Praeſide Societatis Reg. Scient. Goetting. Sodali Acadd. Reg. Scient. Pariſ. Reg. Chir. Gall. Imper. Berolin. Suecic. Bononienſ. Bauar. Societ. Scient. Britann. Vpſal. Bot. Flor. Heluet. In Senatu ſupremo Bernenſi Ducentumuiro. Tomus Quartus. Cerebrum. Nerui. Muſculi. Lauſannae, ſumptibus Franciſci Graſſet. 1762. 4. Alph. 3. pl. 8.

Laetantur ſane, Ill. Auctorem in edendo opere phyſiologico indefeſſe pergere. Egregius hic liber, qui publicae vtilitati deſtinatur omnino, multum quidem Ill. Auctori in colligendis rebus, quae ad ſaeculum 18 vsque innotuerunt, faceſſit negotium, multa tamen, inque compendium contracta, largitur, adeo, vt nobis, qui haecce legimus, et poſteris, qui eadem legent, communem adferant vtilitatem. Qui nunc ſub manibus noſtris eſt, quartus tomus ex duobus libris componitur, quorum prior, ordine decimus, cerebrum et neruos, poſterior, vndecimus, muſculos motumque animalem pertractat. Multa ſunt, diceremus cuncta, quae attentionem noſtram merentur; ſed liceat nobis eorum tantum epitomen tradere, quae Noſtro propria ſunt, quaeque alii percepiſſe geſtiunt.

A cerebro initium capit Ill. Auctor, non a dura p. 1.
membrana: hanc enim a venis cerebri ſeparare, iſtasque ab arteriis diuellere, animus non fuit. In omnibus

anima-

animalibus, quibus oculi ſunt, cerebrum eſſe, n
que hoc absque oculis in vllo animale reperiri, N
ſter aſſerit. In omnibus quadrupedibus cerebri r
tio ad reliquum corpus maior eſt, quam in aliis, m
nor tamen in animalibus ferocibus, et quorum vit
genus maximos muſculos temporales poſtulat, qu
bus ad praedam vincendam idonea redduntur. Nu
lum tamen quadrupedum hominem in ea re ſupera
hominique grandius quam boui vel equo eſſe c
rebrum, conſtat; figuramque, cum mathem
ticorum figuris comparandam, cerebro in vniuer
ſum ſumto nullam eſſe, in eo tamen elliptici aliqui
deprehendi, autumat.

p. 12. Hactenus cerebri nomine et cerebellum ſimu
intelligendum cupit Ill. Auctor, nunc cerebrum pro
prie dictum conſiderat, eamque portionem ence
phali, quae orbitis incumbit inque oſſium cuneifor
mium alas deſcendit et tentoriis innititur, cerebri no
mine notam, cum dimidio quo comparat, ita, vt
anterior vertex aliquanto acutior, poſterior obtu
ſior ſit. Membranis iſtud inuoluitur, quarum tamen
vera vna eſt, pia dicta, a qua differt arachnoidea,
indolis celluloſae, neutiquam pro exteriori lamina
piae habenda. Haec, pia nimirum, firmior, verum
que involucrum cerebri ſiſtens, hanc nacta eſt vtili
tatem, vt molliſſimum viſcus contineat, firmet, va
ſaque ipſi vndique ſuppeditet, eaque vaſa ordinet et
fundet; ſentire autem neruosque accipere non vi
detur.

p. 25. Cerebri corticem glanduloſum non eſſe, hoc
argumento probat Noſter, quod celerrima voluntā
tis imperia, et corporum, ſentientes neruos longe
a cerebro ferientium, ſuccedentes in anima repraeſ
ſentationes, eiusmodi in neruis requirere videan
tur liquorem, qui celerrime neruos percurrat. To
tum autem vaſculoſum eſſe et ex arteriolis, venu
lis

lis rubris et non rubris, et tenerrima celluloſa tela, maximam partem conſtare, ex eo probat, quod cortex vniformem cinereum et vitreum colorem referat, et iniectus liquor de cinerea iſta ſubſtantia aliquam partem in rubra vaſcula conuertat, ita, vt totus cortex interdum rubeat.

Medullae fabricam obſcuram dicit Ill. Auctor, in lineas tamen rectas lacertulasque amare figurari, nec celluloſam, nec ſpongioſam, nec veſicularem etc. eſſe, monet. Ventriculos laterales cerebri imaginariam intercapedinem, neque vere cauam eſſe, dum animal viuit et ſanum eſt, aſſerit, aquamue ventriculorum, ab arteriis ſecretam venisque reſorptam, gelatinoſam in morbis augeri concedit. Ventriculum tertium nihil niſi contiguorum thalamorum limitem eſſe, neque cum anterioribus communicare, eiusque oſtium anterius ad baſin cranii ducere, docet, idque, quod infundibulum dicitur, cauum eſſe, dubitat. Glandulam pituitariam, nullius alterius glandulae ſimilem pro cerebri appendice habet, neque ventriculorum aquam ad eam venire, eiusque vtilitatem conſpicuam non eſſe, putat. p. 30.

Cerebellum omnibus animalibus, exceptis inſectis, eſſe, id ipſum cerebro mollius, minus quam cerebrum hominique fere ſubnoncuplum, oſtendit, atque quartum ventriculum pro imaginaria cauitate, vt in cerebro, habet. p. 68.

Medulla oblongata, coniunctas cerebri et cerebelli medullas habens, ſecundum Noſtri ſententiam, a medulla ſpinali ſeparari non debet, nullo quippe euidente limite diſtincta, intusque corticem naturam habet cum medulla ſtriatim miſtam. Quae hanc ſequitur ſpinalis medulla in homine pro lingua cerebri appendice habenda eſt, neque totam dorſi longitudinem ſequitur, ſed circa primam aut ſecundam lumborum vertebram finitur, maximam par- p. 79.

partem medullaris, intus tamen, vbi fiſſura interio
cinereae naturae. Inter primam et ſecundam ve
tebram lumborum et inter os ſacrum in neruos abi
horumque collectio ſub caudae equinae nomine n
ta eſt. In hac ſede non raro aquula eſt eiusdem g
neris cum perſpirabili halitu, quam ex ventriculis c
rebri collectam eo deſcendere poſſe, Noſter autum

Nunc duram matrem ſeorſim conſiderat Ill. A
p. 88. ctor; hanc ob rationem, quod diuerſa, a cereb
figura ſit, quod cranio multo accuratius, quam cerebr
adhaereſcat, et venis, de cerebro reducibus, vagin
peculiares praebeat. Membrana haec a medu
ſpinali laxe repletur, multoque magis amplum ſp
tium inter membranae faciem exteriorem eſt, et int
ligamenta, quae columnam vertebrarum interius v
ſtiunt. Quaerit inde Noſter, vtrum medulla
homine viuente turgidior, in mortuo in minus ſp
tium ſe colligat; vel an vapore iſtud ſpatium vni
occupetur. Ex celluloſa tela intricata componit
arterias venasque habens, neruos nullos. Exteri
eius lamina cranii perioſteum eſt. Fibras de reliq
in dura matre eſſe, easque longitudinales, exteri
res, tranſuerſales internas in homine Noſter vid
inſimulque in dicta membrana veras glandulas, d
ras, rotundas, alias verrucis ſimiles, alias moll
deprehendit.

p. 140. Sanguinis, ad vniuerſum caput tendentis, qua
titas, ſi menſuretur, tertiam partem totius ſanguii
ad iſtud ire, Noſter oſtendit, hancque rationem a
dit, quod liberior per id viſcus ex arteriis in ven
tranſitus ſit, deinde autem, quod rami arterioſi c
rebri molliores ſint, quam vſque alibi. Num aute
ſanguis, ad cerebrum propulſus, a ſanguine ar
riae aortae deſcendentis plurimum differat, Ill. Auct
dubitat. Expeditum vero huius ſanguinis per cer
brum circuitum, facilemque ex arteriis in ſinus

ni

nasque transitum esse; neque tamen in sinus rubras arterias patere, sed venas cum sinubus coniunctas esse, statuit; num vero sinus pulsu agitentur, Nosser in dubium vocat, hanc ob rationem, quod pertinaciſſime cranio adhaereſcant, inque adulto homine firmiſſimum os adnatum habeant, dilatationi reſiſtens.

Arteriis ſanguineque arterioſo conſiderato, venarum nunc ſinuumque cerebri tradit Noſter hiſtoriam, quibus expoſitis motum ſanguinis venoſi, ex encephalo declarat, et oſtendit, ſanguinem, ad ſinum falciformem et quartum delatum, in venas iugulares internas, externas et vertebrales tendere, ſinusque occipitales anteriores et petroſos inferiores in annulares vertebrarum, inque foſſas iugulares ſanguinem ſuum ducere, exque petroſo ſuperiori, cauernoſo et circulari ſinu ſanguinem in plexum pterygoideum venarum, a venis iugularibus natarum, deriuari poſſe, exque ſinu occipitali poſteriori ſanguinem difficilius in tranſuerſum, facilius vero in foſſas iugulares venaſue vertebrales peruenire. Retrogradum autem venoſi ſanguinis motum ex eo declarat, quod ſanguis per venam iugularem manifeſto in exſpiratione repellatur, et contra caput adſcendat, per inſpirationem contra per eandem venam deſcendat et ad cor accedat. Cerebri praeterea motum ab arteriis, nec a dura matre, dependere, docet; hanc enim ex fibris muſculoſis compoſitam non eſſe, nec irritatam moueri, oſtendit. Sinuum vtilitatem exponens Ill. Auctor ea ſententia eſt; *refluxum ſanguinis venoſi in nixu et inſpiratione violentiori adeo frequentem, neceſſitatem feciſſe receptaculi venoſi robuſtioris, in quo ſanguis ad aliquam ſuper ſolitam rerum copiam colligi poſſet, neque periculum facere rupti receptaculi.* De vaſis cerebri lymphaticis demum addit, videri omnino lympham cerebri per venas rubras p. 144.

bras ad cor reuehi, nec pro dictis vasis testimonium hactenus esse.

p.185. Neruos in omnibus animalibus, quibus cerebrum est, reperiri, eosque ex medulla factos, in homine, quadrupedibus, auibus, piscibus et insectis summam alere similitudinem, Noster putat. Neruos deinde omnes cellulosa tela inuestiri, hancque cum arachnoidea cerebri continuari, duram vero cerebri membranam neruos, praeter opticum, omnes continuo deserere, et robustam illam atque albam vaginam, quae artuum potissimum truncos nerueos obducit, euidenter ex cellulosis fibris constare, inque eiusmodi fila scalpello quoque dissolui, docet. Qui porro in cellulosa hac tela continetur vapor, ab inuisibili illo neruorum spiritu distinguendus, Nostro ex arteriis halare, perque morbos colligi posse, videtur. Neruos praeterea ex origine sua ad fines vltimos simili modo ferri, arteriis magis plexuosos esse, inque foetu pro corpusculi proportione maximos, inque adulto minui posse, Noster autumat, neque hactenus neruos in dura, pia, et arachnoidea cerebri, cerebelli et medullae spinalis, in funiculo vmbilicali dein, placenta, amnio et chorio reperit, neque etiam in tendinis substantiam et ligamenta capsularia neruos immissos vidit. Fines autem neruorum in minimis vbique surculis esse, inque pulpam mollissimam resolui, statuit. De gangliis demum notat, iis omnibus eandem fere naturam esse, inque ea sede nerui, in qua plures rami oriantur et a qua plures secedant, ganglia constanter reperiri, neque musculosam aut tendineam fabricam, adscriptam, per experimenta confirmari.

p.203. Haec in genere de neruis annotasse ipsi libuit, nunc sigillatim neruos considerat, ita, vt plenam neruorum historiam tradere Nostro animus non esset, eos tamen, qui frequentissime cogniti citantur, secundum

nume-

numerum, vnice ex consuetudine receptum consideraret.

Progrediamur ad viui cerebri phaenomena, et audiamus, quid sensus sit. Hic Noſtro dicitur quaecunque mentis noſtrae mutatio, quae ex corporis humani cum mente connexi contactu oritur. Id itaque, quod tactum mutationem in anima producit, neruus est. Cum autem absque neruis sensus non sit, et praeter hos plurima cellulosa tela, et ossea materies, et cartilaginea, et musculosa reperiatur, multam partem corporis humani insensibilem esse, sequitur. Ossa igitur non sentire, medullam vero ob neruos aliquos, perexiguos tamen, sentire posse, itidemque tendines absque sensu esse, vaginam tamen eorum ob plurimos neruos, qui eo tendunt, sentire, solidis argumentis et experimentis Noſter confirmat, simulque experimentis contrariis obuiam it, et ad obiectiones respondet et ostendit, neruos in experimentis laesos, et aduersarios ignitis bacillis et venenis chemicis ita liberaliter vsos esse, vt ad alienas partes corporis, ad cutem, ad carnes, ad neruos ea violentia peruenire posset. Praeterea et ligamenta, et capsulas articulares, et periosteum, et pericranium, aliasque membranas, pleuram nempe, pericardium, peritonaeum et mesenterium, corneamque oculi membranam absque sensu esse, viscera autem ob neruos, qui ea adeunt, parum sentire, reliquas contra partes, vt musculos, et in quibus partibus tunicae fibris musculosis insignes sunt, sensu donatas esse, docet. His expositis, sensum in medullari nerui parte, non in inuolucris, quaerendum esse, idque experimentis probari, Ill. Auctor ostendit. Sensum tam in parte, quam externa corpora tangunt, non esse, neruumque laesum, ligatum, resectum, compressum, itidemque cerebrum compressum partis istius sensum auferre, medullam spinalem compressam partium p. 269.

inferiorum ſenſum tollere, ſenſusque ſedem in cerebro eſſe atque ad cerebrum per neruos mandari, multis obſeruationibus et experimentis Noſter confirmat, neque tamen ſenſum in meningibus quaerendum, neque capitis dolorem, ad quem prouocant Ill. Auctoris aduerſarii, ſenſum hunc probare, eundemque alias cauſas habere poſſe, experimentis itidem probat.

p. 312. Ad cerebri medullam Noſter progreditur, hancque ſentire, obſeruationibus a praxi medica ſumtis, propriisque experimentis egregie confirmat, et capitis dolores a varia cerebri labe, vulneribus et compreſſione oriri, oſtendit. Negant quidem Ill. Auctoris aduerſarii, medullam ſentire, et ad experimenta prouocant; ſed, ſi verum fatendum eſt, corticis quidem irritationes animal non ſentire, et in nonnullis experimentis ſcalpellum inter cerebri gyros impulſum fuiſſe, vt medulla minime laederetur, concedendum eſt, et profundius requiri vulnus, vt medulla oblongata, thalami, cerebri crura vel cerebellum laedantur, tuncque ab iſtis vulneribus dolores certo oriri, perpendendum eſt. Porro neruorum ope exterorum corporum impreſſiones ad cerebrum deuehi, hasque in eo conſeruari, ita, vt propriis in regionibus cerebri eaedem habitent, ex eo Noſter probat quod morbi cerebri idearum perennitatem tollunt, cauſisque ſublatis, quae cerebrum vitiarunt memoria reſtituitur. Num vero, vt morbi oſtendere videntur, ſenſus atque mutatio, quae a ſenſ oritur, non ad cerebrum vnicum, ſed ad aliam etiam remotam corporis humani particulam defertur, cuius neruus cum partis affectae neruo vtrinque cohaeret? Nonne in morbis doloris ſigna adparent in alia ab ea parte, quae laeſa fuerat? Talia quidem ſymptomata medici per neruorum communicationem

ex

rplicare ſolent, et conſenſum aliquem neruorum
icinorum, dolorisque propagationes, a neruo laeſo
1 alium peculiarem neruum definitum, experi-
ienta probant, in cerebro tamen eam coniunctio-
em potius, quam in neruis, locum habere, ex ipſo
nſu, quem anima percipit, quique nullus eſſet,
iſi ad cerebrum impreſſio illa quaecunque dolori-
ca perueniret, Noſter coniicit.

Hactenus de ſenſu, qui per neruos exercetur, p. 322.
: ad cerebrum venit, ibique animae repraeſentatur,
l. Auctor verba fecit; nunc etiam motus cauſam in
uſculis et vniuerſo corpore ex cerebro per neruos
eam partem, quae mouetur, deriuari, per ob-
ruationes et experimenta demonſtrat. In genere
aque, neruo quocunque irritato, muſculum, quem
eruus adit, contrahi, artumque ſuum aut flectere, aut
tendere, aut alio quocunque modo mouere, omnes-
ue pariter muſculos, ad quos vnus neruus diſtribui-
r, conuelli, notandum eſt. A neruis autem motum de-
ndere, paralyſis docet, quae poſt neruum diſſectum
ſeruatur. Itidem hoc probant experimenta, cum
edulla ſpinali aut cerebro inſtituta, ita, vt partibus his
l laeſis vel irritatis conuulſio, vel compreſſis paralyſis
cedat, malaque haec ceſſent, quam primum cauſa
lli potuerit. Sed fieri etiam ſolet, vt grauiores
ruorum irritationes aut remotos aut vniuerſos ner-
s in ſimilium malorum conſenſum trahant, quod
aenomenon Noſter ita explicat, vt ad conſenſum
endere cupiat, in quem grauior in neruis irritatio
ebrum primo cieat, deinde in vniuerſis muſculis
nuulſionem excitet. Quando autem nerui irri-
i conuulſionem faciant, etiam a cerebro ſeparati,
ic motus cauſam, quae per neruos demittitur,
ecunque ea ſit, aliquamdiu in neruo, licet iſte, a
ebro ſeparatus, eam cauſam nuper non acceperit,
egram et efficacem ſupereſſe, Noſter autumat.

p.345. Ad cerebellum denique accedens Ill. Auctor quaerit primo, num ei prae cerebro et medulla spinali praerogatiua sit? Prostant quidem obseruationes, laeso cerebello subitam illatam esse mortem, sed contraria etiam experimenta opponi posse, laeso cerebello aut corrupto vitam tamen superstem fuisse, contra cerebro laeso mortem produci notandum est. Ex cunctis his nunc colligit Noster videri cerebellum et a cerebro hactenus parum differre, et graues in vtrouis laesiones mortem inferre, leuiores in vtroque tolerari, cerebrumque ad vitalia organa et sentientem vim et mouentem mittere et ad partes, mentis arbitrio subiectas, cerebellum medullae spinalis vero vulnera semper subito letalia non esse, ostendit. Sub finem tandem huius sectionis exponit Ill. Auctor, qui fiat, vt absque cerebro viuatur? Sic obseruationes ostendunt, et secta, et quadrupeda frigidi sanguinis resecto cap viuere, in animalibus calidi sanguinis rariora quidem esse experimenta, aliqua tamen et foetuum ad occurrere exempla, aut omnino acephalorum, quibus, cranio deleto, cutis cum dura membra cerebri continuatur, et quibus aut nullum, exile valde in cranio cerebrum supereſt. Ad h nunc respondet, dicitque, in insectis sensation sedem et motus neruosi scaturiginem non vnice cerebro esse, quique absque cerebro et capite v rint, omnes foetus fuisse, et plerisque medullae et spinalis tantum, quantum sufficere posset, aut, c cerebrum nullum esse legatur, adfuisse et loco tum motum.

p.357. Quae ab Ill. Auctore huc vsque expo sensuum quidem fide affirmantur, nisi in experi tis erratum fuerit, nunc ad alia progreditur, rum *pars minima*, vt Noster ait, *sensibus patet*,

q

*quam ex collectis vndique probabilibus argumentis eruere oportet, quorum tanta ſit vis, vt nobis quidem ſpem faciat veri, non ea vero conſtantia, vt ad alium conuincendum ſufficiat.* Quaeſtio nimirum eſt, quid ſit in neruis ſuſcipiendis ambientium corporum impreſſionibus motuique perferendo aptum? Primo igitur variorum ſententias, a veritate aberrantes perpendit, et egregia argumenta opponit, tanta omnino vi, vt nihil valde firmum in iisdem ſupereſſe videatur. Sic per membranas ſenſus minime perferri, neque per ſolidam neruorum naturam, v. g. tenſionem, oſcillationem cet. eosdem vehi oſtendit, neruorumque fibrillionem chordarum oſcillantium naturam non ſequi, ſenſumque adſcendere, et motum deſcendere, nec contrarium obſeruari, docet. Quid vero, num ſenſus motusque a fluido dependeant? Multi ſane hanc de ſpiritu doctrinam impugnare anniſi ſunt, vaque argumenta protulerunt, ex quibus alia facilime labefactantur, alia, grauiora quidem, ita tamen a Noſtro inuertuntur, vt vltro vim contra doctrinam e ſpiritibus habere vix videantur. Fluidum itaque neruis ineſſe, cum Noſtro ſtatuendum eſt; requiritur autem, vt iſtud ſit mobiliſſimum, absque cordis potestate tamen in motum ductum, dein fluidiſſimum, vt celerrimo motu fungatur, porro tenuiſſimum, vt minimos, nullo microſcopio inueniendos globulos perfluat, ita tamen, vt cum hac tenuitate talis ad neruum adhaeſio ſit, vt neruo contineatur, neque ante abſolutum munus neruum deſerat. Tantem etiam requiritur, vt nullus in eo excitatus et vitidus ſapor, aut odor, aut color, aut calor, aut alia quaecunque qualitas ſit, quae ſenſus noſtros vehementer feriat. Atqui haſce dotes qui perpenderit, fluidum iſtud nec aqueum albuminoſum, nec ſpirituoſum, aut acidum, aut ſulphureum eſſe poſſe, perſpiciet. Sed neque aereum videtur, ſiquidem aer

ea ſubtilitate non eſt, vt facile minimos tubulos animati corporis ſubeat, aut tranſeat absque impedimento; praeterea absque periculo in tenerrimos tubulos recipi non poſſet, quin neruearn naturam deſtruat, eamque reddat duriſſimam. Porro nec aethereum eſt, ſiquidem aether, omnia corpora peruadens, neruis nec contineri, nec a vinculo moram pati poteſt. Neque etiam igneum eſt, ſiquidem ignis ex neruis, nullo pariete coercibilis, ſe in partes circumfuſas diffunderet, donec eae pariter cum neruo calerent, pariter hinc fluido igneo replerentur. Neque demum electricum eſt, ſiquidem electrica materies ex ea ſede, in qua abundat, in alteram, in qua parcius continetur, ſummo impetu ruit; quod vero de neruis dici nequit, quippe qui impari eiusmodi materiae copia repleti eſſe non poſſunt. Praeterea omnis materia animalis per communicationem electricam naturam accipit; quare fieret, vt, ſi v. g. neruus iſchiadicus aut muſculus plenus eſſet electrica materie, materies haec vndique ſe in circumpoſitum adipem vicinosque muſculos diffunderet, donec aequilibrium natum fuerit. Quaenam nunc ſpirituum materies? Eam forte ex rectore illo ſtirpium ſpiritu conſtare, augmentum ſpiritus noſtri ab illo ſenſuum acumen intenſum, imaginatio viuidior factaque viresque muſculorum increſcentes, demum nimi excitati motus ipſique ſenſus, per foetentes halitu compeſcendi, ſuadent. Ex animali etiam materi eam conſtare, in ſummam tamen ſubtilitatem euect ex eo Noſter probat, quod vires muſculorum a ea potiſſimum dependeant, hominesque viribus fract a valido cibo muſculorum vſum et robur recupe rent: vtramque tamen materiem in tantam raritate expanſam eſſe debere, vt noſtros ſenſus non feriant Ill. Auctor monet. Fiſtuloſas hinc fibras neruea eſſe, Noſter putat, idque ex eo declarat, quod l quoris, ex cibo potuque nati, et aethere, aut el

ſtric

ſtrica materie, aut aere craſſioris motus per liberum tubulum magis, quam per ſpongiam expeditior ſit; cumque neruea medulla cum cerebri medulla continuetur, fibraeque nerueae cum medullae fibris, neruoque medulla ex vaſculis fiat, hinc et cerebri medullam eiusdem indolis eſſe, fiſtulasque medullae ab arteriis vltimis, in medullam ſe figentibus, continuari, ob ſummam analogiam arbitratur.

Duplicem motum in hoc liquore eſſe, Noſter ſtatuit; alterum, a corde impreſſum, vtique lentum, quo in foetu, homine dormiente, inque neruis, quorum officio nunc anima non vtitur, a cerebro ad neruorum fines tendunt ſpiritus; alterum vero, rapidiſſimum, ab obiectis ſenſus ferientibus, aut ab anima, motum muſcularem volente. Ex his autem, neruos ab arteriis corticis cerebri ſuum habere ſpiritum, Noſter colligit, animales autem et vitales diuerſos non videri, et cerebellum ſenſationes percipere, et cerebrum ad vitales motus ſpiritus mittere, neque etiam diuerſos ſpiritus ſenſorios et motorios eſſe, ſed neruos eosdem, qui v. c. digitorum pulpam ſenſorii adeunt, et muſculos digitorum ad motum incitare, oſtendit. p. 384.

De ſede animae haec habet Noſter: cum medulla cerebri ſenſus ſedes ſit et cauſam motus muſculorum generet, et ſenſorium commune ſit, in quo omnes ſenſus exerceantur, et vnde omnes motus muſculares oriantur, qui per neruos cientur, id ergo ſenſorium tam late patens eſſe, quam cerebri et cerebelli medullam, ex Noſtri ſententia ſequitur, hinc ibi animae ſedem eſſe, ſtatuendum eſt. Ex his nunc colligendum eſt, non diſperſum eſſe per vniuerſum corpus ſenſorium commune, nec debere anguſtiorem animae ſedem poni, quam ſit coniuncta omnium neruorum origo, neque etiam diuerſas diuerſarum animae functionum prouincias eſſe, neque cerebri cuidam particulae, aut cerebro ſeorſim, aut p. 392.

peculiariter cerebello propriam aliquam vtilitatem, quae a communi totius encephali vtilitate differat, adſignare.

p. 398. Quod tandem ad vtilitatem funiculorum tranſuerſorum aut rectorum attinet, communis harum coniunctionum ea Noſtro videtur, vt ſana cerebri pars ſuppetias ferat morboſas, et ad neruos, quorum propria regio obſtructa eſt, alias fiſtulas integras a partibus non laeſis adducere poſſit. Ventriculorum autem vtilitatem in eo Noſter ponit, vt pia mater ad medullam adhaereat, et ex hac vaſcula in medullam breuiora dentur; gyrosque dein ob hanc cauſam factos eſſe, vt corticis copia, et piae matris ſuperficies, et vaſorum numerus, quae corticem ſubeunt, ideoque fibrarum medullarium numerus, quae a cerebro generantur, augeretur. Tandem, quo ſpiritus abeant vniuerſi, ardua Ill. Auctori quaeſtio eſt; pars tamen eorundem reſorberi, et aliqua per cutem exhalare, ei videtur.

p. 409. Haec de cerebro et neruis: nunc cum Ill. Auctore muſculos et motum animalem conſideremus. Fibra muſcularis Noſtro tenuiſſima, vndique ſui ſimilis, non valde longa, et non, niſi paucis in exemplis ramoſa eſt, rugasque interdum, ſed non conſtanter, in fibris eſſe, hasque feciſſe, vt fibra muſculorum intorta aut ſpiralis nonnunquam viſa ſit, perhibet. Minimum vero filum nec celluloſae nec vaſculoſae fabricae eſſe, ſolidam autem fibram non ſine poris illis, qui in omni etiam ſolidiſſimo corpore ſuperſunt, videri plus virium promittere, autumat; aſt in muſculo celluloſam telam vna cum adipe reperiri, filaque celluloſa fibris muſculoſis ſtabilitatem cum mobilitate coniunctam praeſtare, monet. Praeterea et arterias, et venas, et vaſa lymphatica, et neruos muſculis ineſſe, hos tamen per minima fila non diuidi,

diuidi, oſtendit, idque ex eo probat, quod fibra muſculoſa contractilem vim, a neruis abſentem, et irritabilem ſuam naturam propriam habeat, quando ligatus alioue modo deſtructus fuerit.

Tendine plerosque muſculos inſtructos eſſe, nul- p.426.
las vero fibras tendineas in muſculis, qui oſſi non committuntur, reperiri, cum Noſtro ſtatuendum eſt, fibramque tendineam in vniuerſum ſimilem rubrae fibrae eſſe, multo tamen duriorem, firmiorem, et tenaciorem, perinde rugoſam adparere, plicisque interdum intercipi, oſtendit. Singula inſuper filamenta tendinis ad vicina ſibi et ſimilia fila vndique celluloſo textu reuinciri, raro adipem in hominis tendinibus eſſe, arterias vero et venas, pauciores tamen, quam in muſculo reperiri, neruos autem nullos eſſe, Ill. Auctor probat. Extremi tendinum fines, quin ex perioſteo proueniant, fibraeque tendineae minime in pleuram cutemue hominis inferantur, Noſtro dubium nullum eſt, continuas tamen cum carneis eſſe, dubitat, hocque argumento vtitur, quod fibra carnea neruos accipiat et irritabilis ſit, fibra tendinea vero neruum non accipiat, neque irritabili vi inſtructa reperiatur. Variis tamen modis tendines cum muſculis coniungi, aliosque cum muſculis mixtos ex oſſibus prouenire, alios pennarum modo cum muſculis concreſcere, aliosque alio modo vniri, concedit.

Progredimur ad motus muſculorum phaeno- p.440.
mena. Late patens in animali aeque ac vegetabili regno vis contractilis in vniuerſum cohaeſionis cauſa Noſtro eſſe videtur, cui tamen poteſtati ſua etiam menſura eſt, ita vt, ſi fibra vltra eam producatur, eadem ſubito nulla ſit, viribusque diſtrahentibus cedat. Nullam forte partem corporis humani penitus huius poteſtatis expertem eſſe, manifeſtiſſimam tamen in muſculis, Noſtri ſententia eſt: contractio-

nem etiam, qua fibra animalis perpetuo in viuo animali ad breuitatem adſpirat, in cadauere, ſed humecto ſupereſſe, cum ſiccitate vero euaneſcere, oſtendit, eiusque contractionis menſura Noſtro ſpatium eſt, quod fibra, a ſuis ſodalibus ſeparata, percurrit, vt breuior fiat. Caeterum hanc vim cum vita nihil commune habere, eamque per venena chemica et frigus demonſtrari, absque alterna tamen laxatione peragi, Noſter autumat.

p. 446. Deſcriptam hactenus poteſtatem omnes animati corporis particulas habere, oſſibus forte, dentibusque exceptis et pulpa encephali, quae vero ſequitur acrior vis, eam muſculis ſolis propriam eſſe, Ill. Auctor innuit, vix tamen muſculi perpetuo alternis vicibus, vt quidam putarunt, laxari Noſtro videntur. Solet autem, vt Ill. Auctor oſtendit, haec vis viua a ſtimulo quocunque excitari, ſoletque ea a vi illa mortua, modo deſcripta, differre, eademque in ſeparato a reliquo corpore muſculo obſeruatur, acriorque viſa fuit a morte, quam quidem dum animal viuebat. Verum vtraque poteſtas ſede ſua inſigniter differre Noſtro videtur, ita, vt vis contractilis mortua fibrae animali omni communis, vis viua vero muſculo propria ſit. De reliquo cum facultate ſentiendi eadem non eſt, ſiquidem plurimae partes ſentiunt, quae non ſunt irritabiles, vt princeps neruus, aliaeque, vt cor, ad motum aptiſſimae, obtuſe ſentiunt. Praeterea acerrima vi contractili cientur animalia, quae et capite et neruis deſtituuntur, dein cauſa, quae vim ſentientem in neruo tollit, vim contractilem non deſtruit, quae tamen tollitur a cauſis, quae ſenſum non auferunt. Hanc vim contractilem irritabilitatem dici, Ill. Auctor monet, ita, vt omnem fibram muſculoſam irritabilem, et contra, quod irritabile eſt, fibram muſculoſam pronunciet. Separat autem irritabilem naturam a vi mortua, a vi neruoſa et

ab

ab animae poteſtate. Ab ea motum cordis et inteſtinorum irritabilem naturam vnice pendere, eamque vim perpetuo adeſſe, et ſaepe nullo noto ſtimulo externo indigam in motum erumpere, a ſtimulo tamen, quoties quieuerit, facillime reuocari, docet. Vetuſto irritabilitatis vocabulo vſus eſt, iſtam tamen vim *inſitam* potius ſeu *propriam* muſculi dicere mauult. In glutine hanc vim reſidere, dudum notauit: omnem enim fibram ex terra et glutine componi, conſiderandum offert. Caeterum hanc vim in embryone, qui materno ouo continetur, quaſi dormire, cieri inde et excitari, in conceptu a ſpermate maſculo irritatam, dein augeri alimento et ipſo robore vitae, atque certo cum gradu firmitatis conualeſcere, minora vero magis, quam maiora animalia irritabilia eſſe, oſtendit. Varii praeterea, ex Noſtri ſententia, ſunt irritabilitatis gradus, aliisque hominibus ingenium magis irritabile eſſe videtur, aliis minus. Inde etiam et diuerſorum temperamentorum cauſa praecipua dependet. Sic *aptitudo*, inquit Noſter, *ad recipiendas vehementes ſenſuum impreſſiones, cum robore muſculoſo coniuncta, videtur cholericum temperamentum efficere. Aptitudo eadem, ſed cum fibra debili, temperamentum hypochondriacum et hyſtericum facit. Minor ad commotiones corporis et animi facilitas cum robore ſanguineum temperamentum, cum fibra debili, phlegmaticum videtur conſtituere.* Fatetur tamen, *cuique homini ſuam peculiarem in natura irritabili cum neruoſi ſyſtematis mobilitate combinationem eſſe.* Tandem et notandum eſt, irritationem a fibra ad fibram propagari, huncque conſenſum vel per neruos vel per cellulоſam telam videri obtinere. Ab inſita hac vi diuerſam dicit Noſter vim neruoſam, a motu muſculi non remouendam, per neruos a cerebro in muſculos aduenientem, ita, vt haec cum vita pereat, neque in ea, vt

in

in irritabili vi, perpetuitas adſit. *Vno verbo*, inquit Ill. Auctor, *vis inſita in muſculis habitat et artus conſtituit in aequilibrium: vis neruoſa non agit, niſi imperante voluntate, neque anima eius conatus non eſt conſcia, quem edit volendo motum.*

p. 470. Expoſitis his phaenomena huius motus explicat Ill. Auctor, quae breuiſſimis nos nunc tangimus. Fibrae muſculi, vt Noſter oſtendit, tremunt et trahuntur, dumque id fit, rugae in iis et quaſi plicae adparent; muſculi dein fibrae et lacerti, et muſculi ex lacertis compoſiti, dum agunt, breuiores euadunt, finesque, ad quos adnaſcuntur, ad ſe inuicem accedunt. Porro muſculus agens tumet, nec pallet, ſed colorem ſuum immutatum conſeruat, nec etiam in actione ſua volumine augetur. Tendo nihil patitur, niſi quod trahentibus carnibus obſequatur, et ad eum finem muſculi accedat, ad quem caro accedit. Voluntatis imperio vique neruea, in operando deſinente, in muſculo eorum omnium contraria fiunt, quae ſunt in contractione: ſummaque celeritas muſculoſae contractionis ea eſt, vt multo minus, quam tertio minuto ad contractionem egeat. Quod ad robur contractionis muſculoſae pertinet, id ſane accurate determinari nequit, ſiquidem magna et rari exempli dantur hominum et beſtiarum robora, ita tamen, vt ſint certae vires vnius paucorumue muſculorum. Porro quoque notandum eſt, muſculos toti ſuae vi aequalem effectum non ſortiri, idque quidem 1) ob inſertionem, quae prope hypomochlion eſt; 2) ob angulum, ad quem muſculus oſſi adaptatur, recto multo minorem; 3) ob inclinationem fibrarum ad tendinem; 4) ob firmitatem praeſtandam vecti; 5) ob id demum, quod multi muſculi longi vltra duas, etiam vltra tres articulationes incedant, vt flexor digitorum ſublimis.

p. 495. Vires muſculi impenſas ex viribus efficacibus eruendas eſſe, Noſter autumat, viriumque efficacium men-

menſuram eſſe eleuatum pondus, innuit. Id autem, ſecundum Noſtri ſententiam, oportet to ties maius ſumere, quoties muſculus propius hypomochlion inſeritur, quam adpenditur pondus. Qua erit autem Noſter, cur in corpore animato ea admiſſa fuerit fabrica, in qua neceſſe ſit, magnam partem virium impenſarum perire. Ad haec reſpondet, quod pondus magnam viam, potentia vero paruam percurrere debeat, et amplitudo requiratur, artusque trunco minores teretesque eſſe oporteat. Praeterea et adminicula motus muſcularis recenſet, quae in proceſſibus, oſſibus ſeſamoideis, variisque oſſium anſis, vt trochanteribus et clauiculis, reperiunda eſſe, monet. Quod ad vaginas ſpectat, eas hanc ob cauſam extrinſecus circumiectas eſſe putat, vt maiores muſculorum longorum flexiones iſtis coerceantur.

De antagoniſtis muſculis ita ſentit Noſter: aequi- p. 506.
librari nimirum in corpore humano vbique inter ſe aduerſantes ſibi muſculos, ſique altera claſſis aliquid praerogatiuae habeat, pro eius menſura artus ad eas partes flecti, vimque neruoſam ad vim inſitam in altero aduerſariorum accedere, putat. Hinc, quaſi nouo pondere lancium alteri iniecto, reſiſtentiam muſculi flexoris ſuperari, artumque pro ea vi neruea noua, quae extenſori adiecta ſit, extendi, autumat. A vi autem neruoſa vim inſitam minui vel augeri, Noſtro probabile non videtur, cum contrariorum effectuum contrarias cauſas eſſe, par ſit.

Sed quaenam motus muſculorum cauſa? hanc p. 514.
nunc proponit Ill. Auctor, eamque propriam et fibrae animali innatam, perpetuam, interdum latentem, interdum conſpicuam eſſe, eandemque in corde, in inteſtinis, in oeſophago, in ventriculo, in veſica vrinaria, in penis erectoribus clitoridisue, in arteriis venisque magnis, in muſculis inconſpicuis ſphincterum minimorum, qui vaſa lactea et vaſa re-

ſor-

ſorbentia cutanea ambiunt, reſidere, putat; hanc ipſam autem a voluntate regi, negat, voluntatem tamen in alios muſculos ſemper, in alios nunquam imperium habere, concedit, neutiquam vero cordis motum, neruis irritatis, ſuſcitari, neque ligatis tolli, aſſerit. A conſuetudine etiam claſſes motuum voluntariorum et vitalium non turbari, motusque, qui in adulto homine voluntati obnoxii ſunt, fuiſſe ſemper et in puero et infante, oſtendit. *Aeterna ergo lege*, inquit, *ſeparatur voluntatis imperium ab irritabilitatis prouincia. Nemo mortalium vnquam, vllo exemplo, voluntate ſua aut in cor, aut in inteſtinum, aut in ventriculum, aut in arteriam, aut aliud in vitale organon arbitrium exercuit vllum, neque eos motus vel excitare didicit, vel retardare, vel accelerare, vel ſupprimere. Nemo mortalium in muſculis, voluntati obnoxiis, ſi ſani fuerunt, deſiderauit obſequium, quod praeſtarent voluntati. Eos omnes muſculos et ad motum ciere nouimus omnes, et in motu incitare, et viciſſim morari, ad quietem denique iubendo reducere.* Itaque motum iſtum aliunde, quam ab anima oriri poſſe, notat, omnesque muſculos a ſtimulo ad motum cieri, viribus vitalibus et inuoluntariis, vt agant, ſtimulos naturam adplicare, cordi et arteriis ſanguinem; aerem et cibum ventriculo et inteſtinis; vrinam veſicae vrinariae; bilem veſiculae felleae; ſemen ſuis receptaculis; foetum vtero; lucem iridi, innuit.

P. 535. Ab his ad vis neruoſae ſcaturiginem tranſit, primoque muſculos voluntati obnoxios recenſet, muſculosque artuum omnes, et faciei, et oculorum, et colli, et faucium, et organi vocalis, et trunci corporis, demtis penis et clitoridis veris erectoribus, eo pertinere, oſtendit; de muſculis auris autem internae dubitat, quod parui, a ſenſibus remoti, nullum, qui tangatur, motum edant. His omnibus neruos ſuos aduenire, quibus irritatis conuelli, ligatis

gatis aut refectis voluntati desinere obedire, et solam vim insitam retinere, ideoque per neruos causam eius motus, quem voluntas excitet, et per neruos solos, aduenire monet. Variis posthac hypothesibus adductis, iisdemque solide refutatis tandem quaerit, num motus neruosus nullus sit, et musculi sola vi insita contrahantur? Contractionem musculi naturalem quidem eius statum esse, hanc autem vim contractilem et insitam a voluntatis imperio augeri, respondet. *Cum autem*, inquit Noster, *corporeum aliquid requiratur, quod augeat molem musculi, eumque duriorem reddat et breuiorem, omnium veri simillimum videtur, fluidum illud nerueum, ignotum quidem, sed celerrimum et subtilissimum, stimuli modo se habere, qui fibrae carneae elementa vndique pro sua subtilitate penetrabili ad contractionem sollicitat.* Sed quaenam causa motrix huius stimuli? Animam alii, vt STAHLIUS, et qui influxum physicum tuentur, assumserunt; alii, vt CARTESIUS, causam Deo tribuerunt, qui occasione cogitationum in anima natarum coniunctos cum iis cogitationibus motus produceret; LEIBNIZIUS denique non ad singulos motus corporis humani generandos, sed ad omnes Diuinam Legem latam esse, docuit, secundum quam anima, animaeque coniunctum corpus, ex praestabilita harmonia a primis hominis primordiis vniantur, vt ad cogitationem datam, animaeue desiderium in corpore motus, ad eam voluntatem exsequendam aptus, nascatur. Hanc autem sententiam potiorem sibi videri, Noster fatetur. In relaxationis postea causam inquirens, asserit, naturale esse musculo laxari, hanc autem laxitatem non esse plenam inertiam, sed absentiam maioris contractionis, quae a voluntate nata sit, ostendit, spiritumque nerueum, qui, in musculum vberius impulsus, in musculo motum fecerat, ad cerebrum non redire, sed adhaerere aliquid de eo

ad

ad gluten muſculi, cumque eo coniunctum abire in ſtatum fixum, vti aer glutini adhaereat, arbitratur.

p. 563. Vltimo demum loco de motus muſcularis vtilitate agit Ill. Auctor. Prima vtilitas eſt, pro animae arbitrio aut totum corpus, aut aliquas eius partes de loco in locum transferre; aliae in ſtatione, greſſu, curſu, ſaltuque producendo conſiſtunt; aliae ſunt, vt muſculi ſibi ipſis robur addant. Ad maximum enim, vt Noſter docet, muſculi robur, requiritur certa in glutine animali firmitas; haec autem adquiritur preſſione, quae eſt in muſculi actione, dum lacerti ad ſe inuicem accedunt. Alia porro vtilitas muſculorum in figuratione oſſium eſt, licet non negandum ſit, omnem oſſium figurationem et indurationem muſculis tribuendam non eſſe; exempla praebeant dentes et auditus oſſicula; pauciſſima interim oſſium adulti hominis ab oſſibus foetus eſſe diſcrimina, quorum ratio in muſculis non inueniatur, Noſter innuit. Humores praeterea corporis humani muſculorum motu promoueri, et ſecretiones et excretiones ab irritabili natura organorum pendere, ad omnes tamen ſtimulos eodem modo ſe fibras irritabiles non habere, et a ſtimulis aliis alias partes vehementius affici, oſtendit; multum interim in diuerſo ad ſtimulos habitu diuerſa earum partium velamenta, quae ab aliis aliisque partibus facilius penetrentur, facere, monet.

XVII.

## XVII.

CHRISTIANI LUD. WILLICH, Medici Nordheimenſ. de plantis quibusdam obſeruationes. Gottingae ap. Vid. Abr. Vandenhoeck. 1762. 8. pag. 76.

Cum pro gradu doctoris, praeſide Ill. HALLERO diſputaret an. 1747 Cl. Auctor, obſeruationes medicas et botanicas exhibuit, atque in his induſtriae et cognitionis ſuae, circa vegetabilia non vulgaris, plura dedit ſpecimina. Eandem operam et hactenus continuauit, atque nunc alia, nouaque communicat obſeruata, quae partim variantem plantarum habitum, partim ſpecierum proprietates, harumque nomenclaturam et ſynonymiam, partim generum conſtitutionem concernunt. Et cum eiusmodi plantarum rite inſtituta examina, ac inde enatae obſeruationes, maximum rei herbariae adferant emolumentum, omnino Cl. Auctoris libellum, licet paruae ſit molis, lubenter perluſtrauimus botanicisque merito commendamus. Omnia hic propoſita enarrare atque repetere, nimis prolixum foret, pauciſſima ex plurimis ſeligamus. *Myrica cerifera* ſtamina modo quatuor, modo ſex, et *Carpinus betulus* octo ad quatuordecim gerit, ita, vt bina communem ſemper habeant pedunculum, baſique conglutinata ſint. *Alaternus* non dioica eſt, ſed perfecta planta. *Ricinus vulgaris* rore caeſio aſperſus, p. 4. p. 10. calicis floris maſculini lacinias obtuſas, *rutilans* autem nullum rorem, vt easdem lacinias longe acuminatas habet. *Aſari vulgaris* ſtamina baſibus ſunt connata, et quaelibet lacinia tubae inſcriptam oſtendit lineam, verſus interiora productam, quo viam pollinis ſpermatici indicare videtur, praeterea fructus non ſex locularis eſt, ſed ſex quidem ſeptis profunde

distinctus, quae autem axi media destituuntur, vt in papauere. *Muscari* ouarium, nulla nectaria, et
p. 18. *Botconia*, vt iam IACQUINUS Pl. Carib. scripsit, nulla offert petala, IACQUINUS in hac staminum duodecim, Cl. Auctor vero sex, vtrinque scilicet tria numerauit, filamentis tenuissimis ex receptaculo ortis, antheris duplo longioribus, calice delapso, propendentibus, ouarium est pedicellatum, circu-
p. 23. lo auctum, et stigma bifidum villosum. In *Nigella orientali* tres aliquando siliquas, totidemque nectaria, et stamina septem; in *Isopyro* etiam tria nectaria, et siliquas septem ad duodecim, non omnes
p. 25. recuruas obseruauit. *Grewiae occidentalis* calicis monophylli segmenta in fine in exiguam cauitatem interius contracta, petala primo in tubum coarctata dein expansa, subtus vno sulco inscripta, fine leuiter bifido, margine paucis exilissimis sinubus inaequali, et nectarium in origine cuiuslibet petali scutiforme, rotundum, stellae, stylum cingenti, incumbens notauit, et *Harmalae* ouarium a calice paulo remotum, staminaque, lata basi ex calice orta vacuum constituere, asseruit Cl. Auctor, quod nectar continet, calicem huius plantae solium florale et stigma pedem vnicum, trigonum, nunc incuruum, nunc intortum, nunc rectum appellauit
p. 29. *Mesembryanthemi barbati* calix sexfidus est, et tubarum numerus senarius, nectaria etiam, siue glandulae sex diuersis sedibus in origine staminum latent
p. 38. *Diospyros Virginiana* mas stamina gerit sedecim, e fundo corollae oriunda, filamentis vix vllis, antheris apice conniuentibus, duos autem stamina constituunt ordines, et octo reliquis paulo inferior *Pauiae* calix quadripartitus, corolla tetrapetal
p. 24. staminibus octo ad decem instructa visa fuit. *Ranunculum bulbosum* in *repentem* mutari, in prioribus obseruationibus asseruit Cl. Auctor, nuperiores aute

obs

obſeruationes contrarium docuerunt; vbi inſimul monet, globos iſtos, quales auctores et deſcribunt et delineant, forte morboſos eſſe, ortos, quando planta ad radicem laeſa noua producit germina; in naturali planta foliorum radicalium lata baſis bulbum ſquamoſum efficit, qualis in *Porro* eſſe ſolet. FUCHSIUS reliquis melius radicem expreſſit. *Ciſſus leuipes* et *Fumana* LINN. non differunt, et *Ceraſtium aquaticum*, *Stellaria nemorum*, et *Stellaria dichotoma* LINN. forte vnam conſtituunt ſpeciem. *Holcum lanatum* LINN. duplici loco, vt ſynonymum, *Airae* ſcilicet et *Auenae*, propoſuit LINNIUS. *Delphinii linariae fol. minoris* nomine acceptam plantam copioſe deſcripſit Cl. Auctor, certe ob omnibus, a LINNAEO enumeratis, differt.

p. 26. p. 33. p. 12. p. 19.

## XVIII.

## Noua phyſico-medica.

Regia ſcientiarum ſocietas *Gottingenſis* in conuentu, cui deſtinatus erat dies vigeſimus quartus menſis ſeptembris, de commentariis iudicium tulit, qui propoſitam quaeſtionem oeconomicam *) *de ouium cultura in prouinciis Hanoueranis emendanda* enucleauerant, et praemio quidem dignus iudicatus eſt ab Academia commentarius, cuius auctorum nomen ſuum ſchedulae obſignatae non adſcripſit, ignoratur.

In alio conuentu, die nimirum duodecimo menſis nouembris, quo memoriam fundationis ſuae Academia celebrabat, propoſitum diſtribuendi praemium



*) vid. Comment. h. Vol. X. P. II. p. 371. et P. IV. p. 718.

mium caruit opportunitate. Etenim omnino nullum ea acceperat commentarium, qui *inſectorum lucentium* tradidiſſet *naturalem hiſtoriam* *), cui tamen elaborandae binos praegreſſos concederat annos. Argumento itaque hoc plane reiecto, repetit illud, quod ante hunc annum iam propoſuerat: *Determinare* nimirum, *quantum attractio montium ingentium valeat, ad directionem grauium mutandam, et methodum, rem experiundo cognoſcendi, aut, ſi fieri poſſit, obſeruationes ipſas exhibere.* Leges, ſub quibus ſocietas commentarios expectat, ſuperius iam indicatae fuerunt **).

Eodem hoc die ſocietas commentarios quoque perluſtrauit, qui argumentum de *communione paſcuorum* diſcuſſerant. Bini quidem Auctores anno iam praeterito aſſenſum ſocietatis promeruerant, variis tamen rationibus permota, neutri praemium conceſſerat, ſed vtrumque, duplicato praemio, exhortata fuerat, vt varia argumenti momenta preſſius tangerent, remque, qua fieri poſſet, ſumma diligentia determinarent. Ab vtroque ſocietas voti ſui facta eſt compos. Vterque enim ad eam auctos et emendatos ſuos miſit commentarios, in quorum altero paſcuorum communio prorſus diſſuaderi, in altero autem ea in pratis humidis, non vero in ſiccis, ſyluis, agrisque concedi dicitur. Quilibet vero cum tam grauibus ad confirmandam ſuam ſententiam vſus erat argumentis, ſocietas aequum eſſe iudicauit, vt duplicatum praemium dirimeret, atque ſingulum ſingulo tribueret. Prioris commentarii, qui paſcuorum communionem diſſuadet, Auctor nondum innotuit; poſterioris vero, FRIDERICUS GUILIELMUS WEISSENBORN, Gothan. hoc ipſo tempore mo-

*) vid. Comment. h. Vol. X. p. 369. et 717.
**) ibid. p. 717.

moderator ſtudiorum atque morum nobilis iuuenis, Gottingae commoratur. Nunc vero in annum ſequentem, 1764, nouam propoſuit ſocietas quaeſtionem, cuius ſolutio ante primum menſis ſeptembris diem ipſi eſt tradenda: quaeritur nimirum, *quomodo prata per irrorationes artificiales, quam fieri poſſet commodiſſime atque efficaciſſime poſſint emendari?*

Societas quoque eodem hoc conuentu duo diſtribuit praemia, quae tironibus, in eadem Academia commorantibus, quotannis ſolet exhibere. Alterum, quod ad annum praecedentem 1762 pertinebat, reportauit CAROLUS GOTTLIEB WAGLER, haud ita pridem Brunſuigam vocatus, ibidem Profeſſor Anatomiae conſtitutus: et alterum pro hoc anno, HENRICUS AUGUSTUS WRISBERG, in theatro anatomico Gottingenſi Proſector. Hic ſocietati *ſaturam* obtulerat *obſeruationum de animalculorum infuſoriorum geneſi atque indole*, qua de re in alio, priuatim habito, conuentu coram ſocietate experimenta fecerat, eique microſcopiorum ope oſtenderat. Ille vero in commentario quodam *nouam* tradiderat *oſſa dealbandi methodum*, cuius praecipuum artificium in eo conſiſtit, vt muriae, in qua oſſa, nondum ſiccata, ſed recentia, nec prorſus a carnibus denudata, macerantur, ad excitandum maiorem putrefactionis gradum, adiiciatur aliqua ſanguinis cerebrique animalis copia. Quo vero muria haec ſimul poſſit acuari, maceratio in vaſe inſtituatur, in quo halices ad nos apportari ſolent, vel, ſi illud haberi non poſſet, ſaltim muriae halicum aliqua portio affundatur macerandis oſſibus.

Regia Scientiarum Academia *Holmienſis*, quaeſtionem propoſuerat *): *qua ratione prata copioſe*



*) vid ſupra p. 165.

*muſco obtecta poſſent emendari*, et promiſerat ei, qui emendationis huius optimam doceret methodum, ſolitum praemium; quo, reſponſio inter duodeuiginti, quae Academia ad hanc quaeſtionem acceperat, optima, iam anno 1761 coronata fuit, cuius Auctorem M. IACOBUM STENIUM eſſe vidimus ex eius, ſuper hac re, conſcripta diſſertatione, quam inclyta Academia, vna cum quatuor aliis, de eodem argumento bene compoſitis commentariis imprimendam curauit, ſub indice: Svar pa Tragan om bäſta ſättet at vpodla Maſſlupna Angar; huilken Traga af Kongl. Vetensk. Academien blef upgifven ar 1761. Stockholm. 8 mai. 1762.

Memoriam virorum, fama atque meritis clarorum, dignis renouare laudibus, eosque ad imitandum poſteris quaſi proponere, eo laudabilius eſt inſtitutum, quo magis hi ad imitationem eo ſolent compelli. Sapienti itaque conſilio vir quidam, qui noluit nomen ſuum patefieri, Facultati medicorum Pariſinae centum miſit thaleros, quos conſtituit praemium ei, qui optimo elogio memoriam LUDOVICI DURETI, Ordinis medicorum Pariſini Doctoris quondam Regentis, medicinae Profeſſoris, Archiatri Regii, viri de medicina Hippocratica meritiſſimi, ſit renouaturus. Quo itaque voluntati ignoti huius viri, de hiſtoria et arte medica ſolliciti, fiat ſatis, Ordo medicorum declarauit, ſe in conuentu ſollemni, cui deſtinatus eſt dies duodeuigeſimus menſis octobris, anni ſubſequentis, 1764, praemium hoc propoſitum ei eſſe attributurum, *qui optimo elogio* LUDOVICUM DURETUM *eiusque merita praedicauerit, ſcriptorum eius optimum ſuppeditauerit indicium, et theoriam aeque ac praxin, quae celebri huic medico in morbis tum acutis, cum chronicis uſitata fuit, quam*

*quam fieri poterit, diligentiſſime ac breuiſſime propoſuerit.* Eruditis ab Ordine hoc data eſt libertas, vel latina, vel gallica vtendi lingua: ante primum tamen menſis auguſti diem anni 1764 conſcripta elogia, vt iudicio ordinis huius poſſint ſubiici, ſolutis antea publici curſus ergo impenſis, IOANNI IACOBO BELLETESTE, Decano, ſunt mittenda.

Vt iacturam, quam morte ROEDERERI paſſa fuerat, Academia Gottingenſis reſarciret, munus eius academicum celebri viro, GUALTHERO VAN DOEVEREN, medicinae in Academia Groeningeſi Profeſſori eximio tradere conſtituerat, quod vero delatum cum ille non accepiſſet, a Curatoribus Academiae Groeningenſis ipſi nunc demandata eſt prouincia Profeſſoris medicinae theoreticae atque practicae, chemiae et artis obſtetriciae, qua antea b. LAMBERGEN functus fuerat.

Accepimus quoque, *Hafniae* in munere Decanatus facultatis medicae, quo b. BALTHASAR IOAN. DE BUCHWALD laudabiliter perfunctus fuerat, ei nunc ſucceſſiſſe CHRISTIANUM LODBERG FRIIS, Conſiliarium hactenus Iuſtitiae et Profeſſorem medicinae.

*Patauii* anno praeterito, 1762, viuere deſiit celebris Marchio, IOANNES POLENUS, in Academia Patauina Phyſices experimentalis et Matheſeos Profeſſor, Reg. Scient. Academiae Pariſienſis membrum, vir in rebus mathematicis atque phyſicis verſatiſſimus, cuius ſcripta amplae et ſolidae eruditionis teſtes, non poterunt, quin nominis eius famam conſeruent quam diutiſſime. Inclaruit vero, vt alia eius merita atque ſcripta tranſeamus, vel maxime, editione *librorum X de architectura* M. VITRUVII

POLLIONIS atque exercitationibus ſuis in eundem librum, quas edidit Patauii 1739. Inſerta his exercitationibus quoque eſt MORGAGNI epiſtola, de quodam VITRUVII loco, ad rem medicam pertinente, conſcripta, in qua nonnullae ad nomina morborum continentur obſeruationes. Nouam quoque et ſatis elegantem editionem curauit *Commentarii de aquaeductibus vrbis Romae* SEXTI IULII FRONTINI, ibid. 1722. 4.

*Berolini* quoque nuper, die nimirum vigeſimo ſecundo menſis octobris, anni huius 1763, ſupremum obiit diem D. CHRISTIANUS FRIDERICUS LUDOLF, ſummus rerum medicarum atque chirurgicarum in exercitibus Regis Boruſſiae Praefectus, Conſiliarius ſupremi Collegii medicorum et Academiae ſcientiarum Berolinenſis membrum, annum agens quinquageſimum ſeptimum; cuius locum apud exercitus et collegium medicorum ſupremum, ex voluntate Regis, nunc occupat Cl. ELLENBERGER DE ZINNENDORF.

Aquam marinam ob ſalſum, amarum et nauſeoſum ſaporem, qui ex admixto ſale marino, nitroſo atque vnguine bituminoſo oritur, ſine nauſea atque damno a nauigantibus bibi non poſſe, res eſt notiſſima. Ingratam hanc et noxiam indolem multi phyſici vel emendare, vel abſtrahere ab ea anniſi fuerunt. Nec ſine felici euentu varia huno in vſum inſtituta fuere experimenta *). Eundem in finem noua nuper demum Cl. PETRUM POISSONIER, Conſiliarium Status, Regi Chriſtianiſſimo a conſiliis medicis, Facul-

*) vid. Comment. h. Vol. III. P. III. p. 556. Vol. IV. P. III. p. 387. et Vol. X. P. I. p. 142.

Facultatis Medicae Pariſinae Doctorem, Chemiae in Collegio Regio Profeſſorem non ſolum Pariſiis fecisſe, ſed etiam ad Briuates in alto mari nauigantem repetiiſſe, relatum legimus. Aqua haec marina, eius artificio, quod num ab eo, quo alii vſu fuerunt, differat, non innotuit, purificata et eduleorata, ita mollis, leuis ac pura fuit, vt, qui illam deguſtarunt, cum aqua pluuiali aequiparandam eſſe, perhiberent. Machina, quam ad haec experimenta adhibuit, licet admodum exiguum ſpatium, cuius ſumma in nauibus habenda eſt ratio, impleuerit, ex ea tamen intra matutinum atque veſpertinum tempus 750 menſuras (*pintes*) aquae purae deſtillauit. quae copia ad 2000 menſur. augeri poſſe dicitur, quod ſi ignis gradus, ligno atque foſſilibus carbonibus adiectis, augeatur.

Quem Auguſtiſſimum Regem, FRIDERICUM AUGUSTUM, vti omnium litterarum amantiſſimum, ita et ſui ſtatorem, venerata ſemper fuerat Vniuerſitas noſtra Lipſienſis, eum, hac vita nuper defunctum, eadem pie adhuc luget cum omnibus bonis ciuibus. Sed proh dolor! vnicum idque ſummum, quod remanebat, ſolatium paulo poſt nobis quoque ereptum fuit. Verum enim patriae Patrem, quippe quem haud adulantes, ſed perſuaſi omnique ex animo talem appellare numquam intermittemus, FRIDERICUM CHRISTIANUM, vix nacti fueramus Dominum, quum dirus variolarum morbus, inſecutusque apoplexiae inſultus, cariſſimae nimiumque breui ipſius vitae triſtiſſimum finem imponeret. Huius vere optimi Principis deſiderium eo magis effodit Saxonum pectora, quo maiore felicitatis ſpe maiorique gaudio omnium animos ille expleuerat, et quo rarius tam probatae tamque verae virtutis Principem populis dari conſtat. Inter alia permulta, quibus conſpicuus erat, merita, ſingularem,

quoque ipſius in litteras amorem depraedicare noſtrum in primis eſt officium. Non enim ipſe ſolum amabat colebatque litteras, ſed illarum quoque iuuabat incrementum, cultoresque honoribus aliisque praemiis afficiebat luculentiſſimis. Quo ſcientiarum amore factum etiam fuit, vt ipſius iuſſu calculi in cyſtide fellea, et polypi in corde Auguſtiſſimi Regis inuenti, in illum valde eximium rerum naturalium, quae Dresdae aſſeruantur, theſaurum illati fuerint, addito Medicorum et Chirurgorum Regio-Electoralium teſtimonio, quod ab ipſis conſcriptum, permiſſu Principis commentariis noſtris nunc inſerimus. En illud!

* * *

Cum ad condiendas ſacras exuuias Auguſtiſſimi et Potentiſſimi Poloniarum Regis, Electoris Saxoniae, AUGUSTI III. die V Octobris, MDCCLXIII. ex apoplexia ſeroſa ſanctiſſimis fatis functi, corpus diſſecaretur, reperti ſunt in veſica fellea calculi diuerſae magnitudinis viginti duo, pauca bile craſſa ad formam ipſius veſiculae cohaerentes, et pondus vnciae vnius cum dimidia et granis duodecim aequantes. Inuentae etiam ſunt concretiones verae polypoſae; maior quidem in ſinu et auricula cordis dextri, quae craſſis radicibus in ipſum ventriculum illius cordis demiſſa, intra carneas columnas firmiter implicata et adnata erat; minor vero, digitum longa, in arteria aorta leuiter ſolum columnis carneis ventriculi cordis adhaerens.

Haec itaque, ex mandato Sereniſſimi Principis Regii, Electoris Saxoniae, FRIDERICI CHRISTIANI, Domini noſtri clementiſſimi, ſplendidae collectioni rerum, ad hiſtoriam naturae pertinentium, ad perpetuam memoriam illata, Medici et Chirurgi Regii atque Electorales, qui diſſectioni interfuimus, has ipſas partes eſſe,

esse, communi subscriptione testatum facimus. Datum Dresdae, die VIII Octobr. MDCCLXIII.

D. Ioannes Ludouicus Bianconi.
D. Christianus Henricus Haenel.
D. Carolus Philippus Gesner.
D. Ioannes Guilielmus Fridericus Iahn.
Petrus Charron.
Vincentius Henry.
Ioannes Augustus Montanus.
Philippus Soumain.
Carolus Fridericus Gaertnerus.
Fridericus Henricus Schumannus.

Memoria IOHANNIS DE GORTER, A. L. M. Philosophiae et Medicinae Doctoris, vniuersae Medicinae in Academia Harderouicena Professoris Ordinarii, Reipublicae Harderouicenae Archiatri, Elisabethae I. Russorum Imperatricis, Personae Medici per quadriennium, Academiae Naturae Curiosorum, Scientiarum Petropolitanae et Societatis Batauo Harlemensis Socii.

Duplex est virorum doctorum ornamentum, alterum in doctrina, alterum in honestate positum. Doctrina, praesertim si magna sit et exquisita, celebratur illa quidem facile ab omnibus, proditurque scriptis etiam ad exterorum memoriam, et gloria eius doctis viris omnibus communis est; verum honestas, quae non libris declaratur, sed vita ostenditur, fere non nisi ciuibus, amicis aut familiaribus innotescit, hisque solis tribuitur, quorum animum penitus perspexerimus. Quod quam parum recte fiat, vel hinc intelligitur, quia doctrinae opinio fine

ſine gloria honeſtatis mera vel ingenii vel induſtriae admiratione cenſetur, ceterum non indicat, quod longe vtilius eſt ad imitandum, et ad laudem gloriosus, fuiſſe alicuius animum, quem tantopere ſcientia ornarat, etiam in eius poteſtate, nec denique anquirit, an quis, quamuis praeclare vixerit in ſolitudine et inter libros, etiam inter homines vel bonus vel probus fuerit. Sed cum vtrumque ſit neceſſarium viri docti ornamentum, optime videntur officio ſatisfacere, qui vitas eruditorum ſcribunt, ſi praeter narrationem eorum, quae ad rem literariam pertinent, imaginem vitae morumque intuendam proponant, nec poenitet nos, eiusmodi effigies aut cognoſcere aut proponere. Ideo, cum a certiſſimis auctoribus omnem rationem vitae GORTERI, cum magna laude honeſtatis actae, cognouerimus, cum aliis quoque communicandum putauimus, quod ipſi non ſine ſumma voluptate legimus. Haud dubie, qui talem imaginem adſpectare cupiunt, ante omnia quaerent, qua erga Deum pietate fuerit. Magnam vero fuiſſe cognoſcent, ſi audierint, eum et libenter et crebro ſe ad diuinos libros ſacrasque conciones legendas ac audiendas dediſſe, et hunc fructum inde deportaſſe, vt religionis veneratione atque amore plenus eſſet, ceterum vitam omnem diuinae voluntati conuenienter ageret, magna praeſertim animi tranquillitate beatam, quem nec proſperis, nec aduerſis rebus vltra modum efferri paſſus eſt. Hinc integritas in ſentiendo et veritatis amor, qui ex omnibus eius ſcriptis cognoſcitur, quibus proponendis non ſermones hominum captabat, ſed vtilitatem ceterorum et veritatem ſpectabat. Namque ſua modeſte tradidit, aliena raro et caute confutauit, ne aut glorioſus, aut rixoſus videretur, ac interdum maluit iniquas obiurgantium reprehenſiones praeterire, quam animos rixarum amantes, qui difficultes pla-

placantur, respondendo incendere. Similis huic modestiae humanitas in ceteris vitae partibus CORTESIUM amicis carum reddidit, neminem enim sciens ac prudens vmquam laesit. Praecipuae fuit temperantiae, qua corpus, quod a natura puer imbelle acceperat, subinde roborauit, nec vllo vitae tempore nimio cibo potuue grauatus esse dicitur. Acerrime contemsit ac fugit delicias et voluptates eas, in quibus magis est inopinata vitiorum disciplina, quam aut honesta oblectatio animi, aut corporis recreatio necessaria: nam tempus, a negotiis vacuum, vel ambulando transegit, vel musica, quam sua sponte didicerat. Egenis praesertim facilem se praebuit, siue liberalitate, siue consiliis succurrendum esset: quo loco prae ceteris studium erga aegros commemorari debet, quorum non solum maximum numerum eius curae se commisisse constat; sed quos etiam diu noctuque sine aliquo natalium aut diuitiarum discrimine alacriter et fideliter iuuit. Ac ne tum quidem aliquid ex hac cura remittendum putauit, cum podagra eum lecto adfixit, quo tempore cuique consiliis prodesse non desiit. Docuit etiam auditores e lecto, quando hoc ipso morbo vexabatur, quo vno argumento adsiduitas docendi, studium, contentio et fides, quae hoc loco laudanda erant, planissime cognosci possunt. Huic vitae grauitati nihil nimiae seueritatis aut morositatis adiunctum fuit; sed vt adeuntibus facillimus erat et in primis comis, ita, si tempus ferret, inter amicos adeo lepidus et vrbanus, vt sui sermonis suauitate facile ceteros ad hilaritatem commoueret. Domi etiam talem se gessit, qualem esse virum honestum volunt, hoc est, coniugis amantissimum, et liberorum optimum parentem, non alendo tantum, sed educando, non indulgentia, sed prudenti facilitate, et vero etiam virtutis eius praeclaro exemplo, quae diuino auxilio in animis

mis hominum gignitur. Filios praeſertim regendo monendo et docendo ad veram doctrinam acuit, ve raque laude dignos eſſe docuit, Corporis imaginem (fuit autem mediocris ſtaturae, nec propter ma ciem nimis exſiccum, aut a pinguedine craſſum) ac curate expreſſam dicunt, qui eum quotidie viderunt in tabula, quae libro de inſenſibili perſpiration (Lugd. Bat. 1736) et compendio medicinae (Patau 1751) praefixa eſt. Quem ergo huc vsque lectore virum honeſtiſſimum et imitatione dignum cognoue runt, eius reliquam vitae rationem enarrabimus cum neminem eſſe credamus, quin tanti Viri vitam quatenus in literis verſata eſt, per partes intueri cu piat.

Eamdem patriam habuit, quam vir ſummus VA DER LINDEN, Enchuſam, celebrem Weſtfriſiae v bem, vbi a THEODORO DE GORTER, ciue apu Enchuſanos honeſto, a. 1689 d. 19 Febr. progn tus eſt. Materna familia, habuit autem matrem WILHELMINAM DE BOER, indea longiſſimo tem pore reipublicae pace belloque profuit, ideoqu multis honorum documentis decorata eſt. Puerum incredibilis diſcendi ardor, et ſeuerius, quam pr illa aetate, deſidiae odium ſuis valde commendaui cum eum viderent tempus, a diſcendi neceſſita reliquum, non iocando transmittere, ſed arithm ticis potiſſimum tractandis. Cum primum aet poſtularet, vt certum vitae genus ſequendum elig ret, adplicuit ſe ad chirurgiam, quam et in pat vrbe, et Harlemi apud TIALLINGIUM VAN DE HOUT didicit, vnde Enchuſam redux, forte quo longius in chirurgia cognoſcenda progreſſus fuer ipſi medicinae ſua ſtudia dedicare ſtatuit. Sed an omnia, ne qua difficultas obſtaret, accuratius tr ſtauit graecas latinasque literas, ac ſedecim men

bus et praeceptoris BOGARTII, ſcholae Enchuſanae Conrectoris, et ſuo ipſius ſtudio, non contemnendam comparauit in hoc genere facultatem: mox enim Profeſſorum Leidenſium ſcholas vtiliter frequentare potuit. Ad hos adiit a. 1709, operamque dedit PERIZONIO, vnico humaniorum litterarum praeceptori, BERNARDO, BIDLOO, LE MORT, DECKERO et BERNHARDO ALBINO, medicis celeberrimis, denique magno BOERHAAVIO, enarranti botanicen et materiam medicam, explicanti etiam inſtitutiones, aphoriſmos, methodum diſcendae medicinae, et medicamentorum vires. Hoc loco non praetereunda eſt laudabilis conſuetudo GORTERI, quae omnibus exempli loco commendari debet. Quidquid interdiu audierat, id, etſi fuit memoria fideli, tamen domi in aduerſariis ſcripſit, vt et denuo cogitaretur, nec in magna rerum multitudine aliquid periret. Edidit interdum doctrinae documenta, praeſertim defendendis cum ALBINO theſibus phyſiologico pathologicis, in quo genere plures ſtudioſi per vices exercebantur. Sic Leidae triennium egit: nam a. 1712 edita diſputatione de obſtructione Doctor medicinae creatus eſt. Enchuſae, huc enim Leida ſe contulerat, non ſolum aegrotis ſanandis quotidie auxit doctrinam, in academia partam; ſed, quod multo potius eſt, quidquid, vt ante diximus, in aduerſariis ſcripſerat, recognouit, ipſasque medicinae partes denuo tractauit, hoc eſt, cognita earum tractandarum ratione accuratius, vtilius faciliusque examinauit ac cogitauit. Quae quidem res vt perquam neceſſaria eſt, ita tanti Viri exemplum grauiſſima ad imitandum cohortatio videri debet. Ceterum phyſicos medicosque libros permultos eo tempore legit, et optima quaeque in ſchedis, quibus *Siluae* nomen inſcripſerat, collegit. Incidit per hanc occaſionem in ALPH. BORELLI librum

librum de motu animalium, quo tractando incensa est physicarum et mathematicarum rerum magna cupiditas, qua adiutus et calculum algebraicum sine doctore sibi familiarem reddidit, et machinam confecit, qua syrtes ante vrbis portus remoueri possent, etsi nonnullorum inuidia inuentionis gloriam aliis tribuere maluit. Item staticam sellam fabricauit, in qua ipse suo corpore secundum SANCTORII mentem, incredibili cum patientia et accurata diaeta, insensibilem perspirationem expertus est. Inde nata est occasio scribendi nobilissimi libri de insensibili perspiratione Sanctoriana Batava, qui et argumenti praestantia et doctrina Auctoris satis commendatus est, et vero etiam BOERHAAVII iudicio probatus, a quo scimus GORTERUM per literas ad edendum librum esse incitatum, et magnifica laude doctrinae ornatum. Sed de quo tam magnifice senserat BOERHAAVIUS, eundem curatoribus academiae Harderouicenae commendandum censuit, quo tempore BARTHOLOMAEUS DE MOOR e viuis discesserat. In quo etsi multum tribuit GORTERUS voluntati BOERHAAVII erga se, tamen et patriae amor, et honores Commissarii Fori Iudiciarii minoris, et Praesidis eiusdem collegii, iam ante ad eum delati, aliquamdiu eum ancipitem tenuerunt, donec, conuento Leidae ipso BOERHAAVIO, grauissimis argumentis sibi persuaderi passus est, vt Harderouicum commigraret. Ibi ergo factus est Professor vniuersae medicinae anno 1715, quod munus sequenti anno adiit, habita oratione de dirigendo studio in medicinae praxi, s. de tabulis pro disciplina medica concinnandis. Eodem anno Archiater vrbis, et A. L. M. ac philosophiae Doctor creatus est. A morte BARTHOLOMAEI DE-MOOR ad aduentum GORTERI vltra annum medicae scholae habitae non fuerant: vnde studiosi omnes medici-

nae

nae aliorſum ſe contulerant, defuitque GORTERO oc-
caſio docendi. Cui incommodo vt ſuccurreret, pri-
mum chirurgis ſua ſponte anatomen ſermone bel-
gico tradidit, et praeterea chirurgiam, qua re eos,
qui latinam linguam didicerant, incitauit, vt medici-
nae quoque cognitione imbui vellent. Quod qui-
dem adeo feliciter eſt a GORTERO effectum, vt
ubinde tantus ſtudioſorum numerus e Belgio, Ger-
mania, atque adeo ex India occidentali conueniret,
quantus numquam antea dicitur Harderouici fuiſſe.
Duas horas quotidie ſyſtema morborum generalium
et particularium, a ſe conſcriptum, explicauit, quem
librum inſtitutionibus et aphoriſmis Boerhaauianis ſub-
ſtituit, in quibus interpretandis antea fuerat verſatus.
Chirurgiam porro et phyſiologiam docuit iuxta prae-
cepta, a ſe vel typis edita, vel manu ſcripto tan-
tum libro propoſita. Anni tempora ita deſcripſe-
rat, vt aeſtate botanicen ſecundum Boerhaauianam
methodum traderet, hieme chemiam experimentis
illuſtraret, et anatomen ſecandis cadaueribus, quo-
rum copia e noſocomio Amſtelodamenſi ei conceſſa
fuerat. Publicas lectiones deſtinauit iis locis copio-
ſius explicandis, quos priuatim non niſi celeriter
percurrere potuerat. Huc pertinent *praelectiones*
*de delirio, tuſſi, vertigine*, quae ab auditoribus cala-
mo exceptae, deinde impreſſae ſunt, item *de morbis*
*uteri, anginis, febribus, vromantia*, aliaeque plures.
Profuit etiam auditoribus explicandis caſibus medi-
cis, eosque ſecum ad aegrorum lectos duxit. Omni-
no ſe commendauit ſingulari in docendo perſpicui-
tate, quae promte differendi facultate multo ſua-
ior reddita eſt. Diſputationes ab eo in mediis his
occupationibus habitas infra poſuimus, et ceteros
libros, quos hic laudare ſuperuacuum foret, cum
quisque videat, quanti fuerit ingenii, quanti labo-
ris quantaeque doctrinae, ita ſcribendo excellere, vt

omnia conſentienti peritorum iudicio probarentur, et apud exteros recuderentur. Quam carus Harderouicenis fuerit, maxime eo cognitum eſt, quod filium GORTERI, DAVIDEM, patri ſocium adiunxerunt, et anno 43 Profeſſorem Botanices Extraordinarium crearunt, vt in magna occupationum multitudine viribus eius parcerent. Vnde neuter, et ambo aliorſum vocati ſunt, Harderouicum relinquere ſuſtinuit; ſed academiae per vndecim annos profuerunt, poſtquam DAVIDES Medicinae et Botanices Profeſſor Ordinarius conſtitutus fuerat. Praeterea academiae inſeruiit Rectoratu quater gerendo quartus autem Rectoratus in annum 40 incidit, qu academiae ante centum annos conditae memoria ſo lemnis fuit. Eodem tempore, cum Hagae Com tum GUILIELMO, Principi Auſtraſionenſi, ſuſceptar Belgii Gubernationem nomine academiae gratular tur, impetrauit, vt diplomata publica, quibus d ctores ornantur, auctoritate Principis confirmare tur. Nec doctrinae, nec dexteritatis in arte facie da fama domi ſe continuit; ſed quod inter omn conſtat, non tantum admirationi fuit exteris, veru etiam doctiſſimorum virorum familiaritate per lit ras vſus eſt, in his BOERHAAVII, SWIETEN MUSSCHENBROEKII, HALLERI, atque etiam aegrotos finitimorum locorum ſaepiſſime vocat vel conſiliis, vel enchireſi chirurgica incredibile ſui amorem apud omnes excitauit. Hoc modo detriginta annos Harderouici vixit, nec vmquam situr meliorem ſortem quaeſiiſſe. Sed cum ta Viri fama vbique celebraretur, commouit etiam Ruſſia eius admirationem, quo ab ELISABETHA I. p legatum, Hagae morantem, vna cum filio DAVI voluerat enim Auguſta duos Perſonae Medicos cr re, magna cum ſignificatione honoris archiater catus eſt. Ac filius quidem eo ſe adduci paſſus

vt hoc munus ſuſciperet; ſed pater, cum eſſet ſexagenario maior, eiusque valetudo ſubinde tentaretur, primum humaniſſimis verbis munus declinauit: tamen poſtea, vbi iuſſu Auguſtae ei oſtenſum eſſet, ſe, modo eum coram vidiſſet, rurſus dimiſſuram eſſe in patriam, faciendum putauit, vt tam honorificae voluntati erga ſe ſatisfaceret. Hinc anno 54 cum filio maiorique parte familiae Harderouico Petropolim profectus eſt, non ſine magno ciuium dolore. Exceptus eſt perquam liberaliter et ſplendide, maximaque cum integritate et fide archiatri munus per quatuor annos ita geſſit, vt Imperatrici vnice probaretur. Per id tempus Socius Academiae Naturae Curioſorum, et Scientiarum Petropolitanae cooptatus eſt. Anno autem 58, priuatus coniuge, eaque re vehementer adflictus, ab Auguſta petiit, vt reliquam vitae partem in patria tranquille agere ſibi liceret. Dimiſſus cum magna gratiarum actione, in poſterum idem ſalarium accepit, quod ei huc vsque ſolutum fuerat. Rediit per Lubecam, Hamburgum, Bremam et Weſtphaliam in Hollandiam, quantoque aegrius ciues diſceſſum eius tulerant, eo alacrius laetiusque redeuntem exceperunt: quorſum pertinet, quod ſequenti anno Societas Scientiarum Harlemenſis eum in Sociorum numerum adſciuit. Conſtituerat GORTERUS, Analyſin medicinae, quam propemodum abſoluerat, retractare, ſi quibus in locis aliqua immutatione indigeret; ſed imbecillitas virium, tantis occupationibus tamque indefeſſo literarum ſtudio fractarum, non paſſa eſt rem perfici, ſuaſitque GORTERO, vitae reliquum tempus ſine animi in literis contentione agere. Cauſa autem debilitati roboris fuit podagra, qua iam anno aetatis 63 ita affectus fuerat, vt propemodum de recuperanda ſanitate deſperandum videretur. Nihilo minus conualuit, ac tum quoque vim morbi

ſuperauit, cum ſecundo anno a reditu e Ruſſia denuo tentatus eſt, quamquam ex eo tempore ſemper infirmum fractumque corpus habuit. Quo tempore ei primum cum hoc morbo colluctandum fuit, coepit vino prorſus abſtinere, nec niſi lacte et aqua vti; ſed poſt decem annos ob aetatem ingraueſcentem paulum vini denuo bibere. Aliquamdiu eum refecit gaudium de reditu filii DAVIDIS e Ruſſia, vnde anno 61 propter arthritidem diſceſſerat, aeris item ſalubritas apud Batauodurenſes, apud quos, relicta poſt filii reditum Enchuſa, cum DAVIDE vixit. Verum maraſmus ſenilis cum perpetua ad ſomnum propenſione coniunctus, pedum tumor oedematoſus, difficilisque reſpiratio, ſatis certa in illa aetate ac corporis conditione mortis nuncii monuerunt GORTERUM de appropinquante vitae fine, quem ita conſtanter intrepideque exſpectauit vt hoc etiam tempore documentum eius pietatis in Deum ederet, quam omni vita demonſtrarat. Exſpirauit tandem anno 1762, d. 11 Septembris. Seu memoriam eius perpetuo conſeruabunt et merita, et libri, et permulti doctiſſimi viri, qui eius diſciplina vſi ſunt, ſibique honori ducunt, talem praeceptorem habuiſſe, in his ſuperſtites filii DAVIDES, Vir Celeberrimus, cuius ſaepe in hac vitae enarratione mentionem fecimus, THEODORUS et HERRMANNUS, Viri Experientiſſimi, illi Enchuſanorum, hic Amſtelodamenſium medicus. Quod ſi merita GORTERI laudes noſtras ſuperant tamen amorem Viri et venerationem nullus vnquam dies ex animis noſtris delebit.

## Syllabus Scriptorum

### a b. GORTERO editorum.

De perſpiratione inſenſibili Sanctoriana Batava. *Leydae*, 1725. 4.

De perſpiratione inſenſibili, editio altera, multis in locis aucta et emendata, atque commentariis in omnes aphoriſmos ſtaticos SANCTORII adornata. *Leydae* 1736. 4. tab. aen. 3 cum effigie Auctoris. Recuſa *Patauii* 1748. 4.

De ſecretione humorum e ſanguine, ex ſolidorum fabrica praecipue et humorum indole demonſtrata. *Leydae* 1727. 4. tab. aen. 1. Recuſa *Patauii* 1751. 4.

Compendium Medicinae in vſum exercitationis domeſticae digeſtum. Pars I. de morbis generalibus. *Leydae* 1731. 4. tab. aen. 2. Pars II. therapeuticam exhibens. *Leydae* 1737. 4. Recuſum *Francof.* et *Lipſiae* 1749. 4. *Patauii* 1751. 4. cum effigie Auctoris. *Venetiis* eod. anno 4.

Praxis medicae Syſtema. Pars I. de morbis generalibus. Pars II. de morbis particularibus. *Harderou.* 1750. 8. Recuſum *Patauii* 1752. 4. et *Lipſ.* 1755. 4.

Materies medica compendio medicinae accommodata, exhibens formulas, in vſum ſtudioſorum conſcriptas. *Harderou.* 1733. 4.

Formulae medicinales cum indice virium, quo ad inuentas indicationes inueniuntur medicamina, in vſum medicorum, praxin inchoantium. *Harderou.* 1752. 8. Recuſae *Amſtelodami*, vt ſub titulo legitur, apud fratres de Tournes. 1755. 8. ſed eſt editio Germanica, quae intentioni Auctoris minime ſatisfacit. Prior editio recuſa quoque eſt *Francofurti* et *Lipſiae* 1760. 4.

Gezuiverde Geneeskonſt, of kort onderwys der meeſte inwendige Zickten, ten nutte der Zee- en Veld-Chirurgyns. *Amſt.* 1744. 8. Ediditio ſecunda. *ibid.* 1751. 8. Ed. tertia aucta *ib.* 1761. 4.

Gezuiverde Heelkonſt ter onderwyzinge van den leerenden en konſt-oeffenenden Heelmeeſter. *Leyd.* 1731. 8. tab. aen. 1.

Chirurgia repurgata, ab Auctore recenſita, emendata, multisque in locis aucta. Acceſſit materia medica, chirurgiae repurgatae accommodata. *Leyd.* 1742. 4. Recuſa *Florent.* 1745. 4. et *Patauii* 1750. 8. *Viennae* et *Lipſiae* 1762. 4.

Nieuwe gezuiverde Heelkonſt in het latyn beſchreven door IOHANNES DE GORTER, in het Nederduits overgezet door HENDRIK KORP, Chirurgyn te Amſterdam, *Leyd.* 1746. 8.

Medicina Hippocratica, exponens aphoriſmos HIPPOCRATIS. Lib. I. *Amſt.* 1739. 4. Lib. II. *ib.* 1740. Lib. III. IV. *ib.* 1741. 4. Lib. V. VI. VII. *ib.* 1742. 4. Totum opus recuſum, *Patauii* 1747. 4. et 1753. 4.

Medicina dogmatica, tres morbos particulares, delirium, vertiginem et tuſſim, aphoriſtice conſcriptos et commentariis illuſtratos, pro ſpecimine exhibens. *Harderou.* 1741. 4. Recuſa *Patauii* 1751. 4.

Morbi epidemici breuis deſcriptio et curatio per diaphoreſin. *Harderou.* 1733. 4. Recuſa *Patauii* 1751. 4.

Exercitationes medicae quatuor. I, de motu vitali. II. de ſomno et vigilia. III. de fame. IV. de ſiti. *Amſt.* 1737. 4. Recuſae *Patauii* 1751. 4. Harum prima ſeorſim prodiit *Harderou.* 1734. 4. et ſecunda, *ibid.* 1737. 4.

Methodus dirigendi ſtudium medicum. *Harderou.* 1753. 4.

Geneeskundig Onderzoek na de oorzaak, voorkoming en Genezing van de tegenswoordig heerſchende Ziekte on der het Rundvee; opgeſtelt door de medicynſche Faculteit te Harderwyck. *ibid.* 1745. 8. *Opuſculum patris et filii.*

Kort

Kort vertoog of aanwyzing hoe en waar de Sluitband der Kraamvrouwen moet gelegt worden. *Amſt.* 1744. 8.

Het regt gebruyk der Sluytband, nevens eenige verbeterde behandelingen in Kraamvrouwen. *Amſt.* 1752. 8. *idem opuſculum ac praecedens, ſed auctius.*

Diſputatio medica inauguralis de obſtructione. *Leyd.* 1712. 4.

Oratio inauguralis, de dirigendo ſtudio in medicinae praxi, ſiue de tabulis prō diſciplina medica concinnandis, dicta publice ipſis Idibus Iunii, 1726. *Harderou.* 1726. 4. Recuſa *Leyd.* 1727. 4. coniunctim cum tract. de ſecretione humorum. Item *Patauii* 1751. 4.

Oratio de praxis medicae repurgatae certitudine, dicta publice d. 14 Iunii 1729. *Leyd.* 1731. 4. coniunctim cum compendii medicinae parte I. Recuſa *Patau.* 1751. 4.

Oratio de animi et corporis contentione mirabili, tam in ſecunda, quam aduerſa valetudine, publice dicta d. 12 Iunii 1730. *Leyd.* 1731. 4. coniunctim cum praecedente. Recuſa quoque *Patauii* 1751. 4.

Oratio pro medico dogmatico, habita a. d. 19 Iunii 1736. *Harderou.* 1741. 4. coniunctim cum Medicina dogmatica. Item *Patauii*, 1751. 4.

Oratio in centeſimum natalem, ſeu Annum Iubilaeum Academiae Ducatus Gelriae et Comitatus Zutphaniae, quae eſt Harderuici; habita a. d. 12 Iun. 1748. *Amſt.* 1748. 4.

Diſſertatio de ſuſtentaculorum vario vſu, *inſerta Actis Phyſ. med. Acad. Nat. Cur. Vol. IX. Obſ. LXXVII.* p. 316.

de uitgeleeze Natuurkundige Verhandelingen. *Amſt.* 1734. ſeqq. 8.

Onderzoek der Oorzaaken, waar door de Deelen in een lighaam t'zamen hangen. I. Deels I. Stukje. p 94. ſqq.

Genees- en Natuurkundige Verhandeling wegens het Zinken en Dryven der Longe van een jong gebooren Kind. III Deels 1ſte Stukje. p. 1. ſeqq.

In het Merg der Academiſche Verhandelingen. *Amſt.* 1736. ſeqq. 8. *Ipſe, licet anonymus, edidit.*

Aanmerkinge over het wel en Kwalyk leggen van de Sluitband der Kraamvrouwen. IV Deels 4de Stukje.

Onderzoek aangaande het Eeten der Pruimen. IV. Deels 5de Stukje.

Verhandeling over de Voeding van 's menſchen lichaam. IV Deels 6de Stukje.

Verhandeling over de Gylmaking en het veranderen van Spys in voedſel. V. Deels 1. Stukje.

Onderzoek of onder het zwelgen een gedeelte van de Spys, Drank of Medicyn, in den Ademhaaler komt. V Deels 2de Stukje.

Onderzoek aangaande de Pyn verwekkende Winden in ons lichaam. V Deels 3de Stukje.

Voorreden ter approbatie van de Land- en Zee-Chirurgie van IOH. VERRUGGE, vermeerdert door I. D. SCHLICHTING. *Amſt.* 1734. 8.

Opuſcula varia, medico-theoretica. *Patauii* 1751. 4. In his continentur 1. Tractatus de ſecretione humorum. 2. Oratio de dirigendo ſtudio in medicinae praxi. 3. Exercitatio de motu vitali. 4. Exercitatio de ſomno et vigilia. 5. Exerc. de fame. 6. Exerc. de ſiti. 7. Exerc. de actione viuentium particulari. 8. Oratio de praxis medicae repurgatae certitudine. 9. Oratio de animi et corporis conſenſione mirabili, tam in ſecunda, quam aduerſa valetudine.

Opuſcula medico-practica. *Patauii* 1751. 4. continent 1. Medicinam dogmaticam. 2. Orationem pro Medico dogmatico. 3. Morbi epidemici anni 1734. deſcriptionem et curationem.

Prae

Praeter haec ſcripta citantur adhuc in HERM. BOERHAAVE *Methodo ſtudii medici* ab HALLERO edita, p. 555. IOH. DE GORTER *I. F.* Materia medica. *Amſt.* 1740. 4. ſed huius Auctor eſt DAVID DE GORTER *I. F.* et pag. 1095. IOH. DE GORTER Diſputatio de cophoſi et hypocophoſi. *Harderu.* 1739. 4. Sed haec eſt diſputatio inauguralis Auctore THEODORE DE GORTER I. F.

## Scripta inedita.

Naaukeurig Onderzoek wegens de Oorzaken der tegenswoordige belemmerde Scheepvaart ter Zee, en Vervuyling der Zee Havenen der Stadt Enkhuyſen: beneffens de hier toe Vereiſchte hulpmiddelen: opgeſtelt volgens de Grond-Regulen der Wiſkonſt.

De Mogelykheid van het eeuwigdurend Werktuig te Kunnen maken, aangetoont.

Medicina Hippocratica exponens Coacas Praenotiones Hippocratis. Pars Ima.

Commentaria in proprium praxis medicae ſyſtema.

Oratio de mirabilibus proprietatibus et actionibus vitae, dicta publice d. XIX Iun. 1742.

Exercitatio medica de criſi, diebus criticis, et quid in his agendum.

Exercitatio medico-chirurgica de ſanguinis miſſione.

Exercitatio medico-theoretica de cauſa proxima inflammationis. In qua Auctor nouis argumentis ſententiam ſuam contra obſtructionem vt cauſam proximam adſtruit.

Lectio publica de morbis ſimpliciſſimis, habita anno 1725 et 1726.

— — in H. BOERHAAVE Inſtitutionum medicarum caput *συμπτωματολογια παθολογιας* inſcriptum, habita Anno 1735 et 1736.

— — de morbis vteri, 1739-1741.

Lectio publica de morbis grauidarum et parturientium 1744 et 1745.
— — de angina 1745.
— — de vromantia 1748 et 1749.
— — de febribus. 1750 et 1751.

## XIX.

## Index ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1761 prodierunt.

Noua acta phyſico-medica Academiae Caeſareae Leopoldinae-Carolinae Naturae Curioſorum, exhibentia ephemerides ſiue obſeruationes, hiſtorias et experimenta a celeberrimis Germaniae et exterarum regionum viris habita et communicata, ſingularique ſtudio collecta. Tomus II. Accedit Appendix et tab. aen. XI. Norimberg. 4.

*Der Römiſch-Kayſerlichen Academie der Naturforſcher auserleſene mediciniſch-chirurgiſch-anatomiſch-chymiſch- und botaniſche Abhandlungen, 9 und 10ter Theil. Nürnberg. 4. m. K.*

Hiſtoire de Academie Royale des Sciences; Année 1755; avec les Mémoires de Mathematique et de Phyſique pour la même Année, tires des Regiſtres de cette Academie, a Paris, 4. c. t. aen.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences. Année 1752, avec les Mémoires de Mathematique et de Phyſique pour la même Année, tires des Regiſtres de cette Academie. Nouvelle Centurie. Tome Premier, a Amſterdam, 12. c. tab. aen.

Recueil des Pieces, qui ont remporté le prix de l'Academie de Chirurgie. Tome VI. VII. VIII. a Paris, 12. c. tab. aen.

Philoſophical Transactions, giving ſome Account of the preſent Undertakings, Studies, and Labours of

of the Ingenious in many conſiderable Parts of the World. Vol. LI. P. II. for the Year 1760. London. 4. c. tab. aen.

Opuſculi di Autori Siciliani cet. Tom. IV. in Panormo, 4.

Gli Atti dell' Academia delle Scienze di Siena, detta de Fiſiocritici dell' anno 1760. Tom. I. in Siena. 4 mai. (*In hoc tomo hiſtoria quaedam generalis variolarum inſitionis, ab anno 1758 vsque ad finem 1760 Senae factae, traditur ab Academia Scientiarum ibidem conſtituta*).

Miſcellanea Philoſophico-mathematica Societatis priuatae Taurinenſis. Tomus II. Auguſt. Taurinor. 4.

Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſche Maatſchappye, der Weetenſchappen te Haarlem. Zesde Deel. te *Haarlem*, 8. c. tab. aen.

Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för Ar. 1761. Vol. XXII. i Stockholm, 8 mai. c. tab. aen.

*Der Königlich-Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften Abhandlungen aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt und Mechanik auf das Iahr 1759, aus dem Schwediſchen überſetzt von* ABR. GOTTHELF KAESTNER, *21ſter Band. Hamburg und Leipz.* 8. *m. K.*

Noui Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Tomus VI ad annum 1756 et 1757. Tomus VII. ad annum 1758 et 1759. Petropoli, 4 mai. c. tab. aen. Vol. 2.

Hiſtoire naturelle générale et particuliére avec la Deſcription du Cabinet du Roy. Tome neviéme, a Paris, 4 mai. c. tab. aen.

Deſcriptions des Arts et Métiers, faites ou approuvées par Meſſieurs de l'Academie Royale des Sciences, contenant

La Fabrique des Ancres par M. DE REAUMUR.

L'Art

L'Art du Chandelier par M. DU HAMEL.
L'Art de l'Epinglier par M. DE REAUMUR.
L'Art de faire du Papier par M. DE LA LANDE.
L'Art des Forges et Fourneaux a Fer par M. Marquis DE COURTIVRON, a Paris fol. mai. c. tab. aen.
Choix des Memoires et Abregé de l'Hiſtoire de l'Academie des Berlin, à Berlin (*Paris*) 12. Vol. 4.
Collection des obſervations ſur l'Anatomie, la Chirurgie et la Medecine pratique, extractes principalement des Ouvrages etrangeres. Tom. I. II. a Paris 12. Voll. 2. (*Has obſeruationes collegit et typis mandauit Cl.* SIMON.).
Collections Academiques compoſées des Memoires, Actes ou Iourneaux des plus celebres Academies et Sociétes Litteraires etrangeres, des Extraits des meilleurs Ouvrages periodiques; des Traités particuliers et des Pieces fugitives les plus rares; concernant l'Hiſtoire naturelle et la Botanique, la Phyſique experimentale et la Chymie, la Medecine et l'Anatomie. Tome huitieme (contenant le Tome VI partie etrangere), a Dijon, 4.
Excerptum totius Italicae nec non Heluеticae literaturae pro anno 1761. Tom. I. II. III. IV. Bernae, 8. Vol. 4.
*Abhandlungen der Natur-forſchenden Geſellſchaft in Zürich, Erſter Band, Zürich, 8. m. K.*
*Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie und den damit verwandten Wiſſenſchaften, 31. 32. 33. 34 Stück. Nürnberg. 8.*
*Allgemeines Magazin der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaften. 11ter Theil, Leipzig, 8.*
*Hamburgiſches Magazin der geſammleten Schriften aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften*

ten überhaupt, 1. 2. 3 und 4tes Stück des 25ſten Bandes, Hamburg, 8.

Dresdniſches Magazin oder Ausarbeitungen und Nachrichten zum Behuf der Naturlehre, der Arzneykunſt, der Sitten und der ſchönen Wiſſenſchaften 2ten Bandes, 3tes Stück. Dresden, 8.

Bremiſches Magazin, zur Ausbreitung der Wiſſenſchaften, Naturlehre, Künſte uud Tugend mehrentheils aus den engliſchen Monathſchriften geſammlet. 4ter Band und 5ten Bandes 1ſtes Stück, Bremen, 8.

Neue geſellſchaftliche Erzählungen für die Liebhaber der Naturlehre der Haushaltungswiſſenſchaft, der Arzneykunſt und der Sitten. 4ter Theil, Hamb. und Leipz. 8.

Neue Verſuche nützlicher Sammlungen zu der Natur- und Kunſtgeſchichte, ſonderlich von Oberſachſen, 45 Stück, Scheeberg, 8.

Vermiſchte Abhandlungen der Herzogthümer Bremen und Verden betreffend, zur Erläuterung der Politiſchen- Kirchen- Gelehrten- und Naturgeſchichte, 5ter Theil, Bremen, 8.

Verſuch einer Beſchreibung hiſtoriſcher und natürlicher Merkwürdigkeiten der Landſchaft Baſel, das 20ſte St. Baſel, 8.

Leipziger Sammlungen von allerhand zum Land- und Stadtwirthſchaftlichen Policey- Finanz- und Cammerweſen dienlichen Nachrichten, 180-182 Stück. Nebſt Haupttitul und Regiſter des 15ten Bandes. Leipzig, 8.

Ebenderſelben Generalregiſter über die erſten zwölf Bände, ibid. 8.

Schleſiſch oekonomiſche Sammlungen, 20 und 21 Stück, Breslau, 8.

Oekonomiſch- phyſicaliſche Abhandlungen, 19ter Theil, Leipzig, 8.

Oekonomiſche Nachrichten, 160 Stück, Leipz. 8.

Oeko-

*Oekonomiſche Gedanken zu weitern Nachdenken eröfnet, aus dem Däniſchen überſezt von L. G.* MENGEL, *2ten Bandes 4. 5. 6. 7 und 8ter Theil, Kopenhag.* 8 *mai.*

*Phyſicaliſch-oekonomiſche Auzüge aus den neueſten und beſten Schriften, die zur Naturlehre, Haushaltungskunſt-Policey-Cameral-und andern damit verwandten Wiſſenſchaften gehören, mit untermiſchten ganz neuen Abhandlungen, und Zuſätzen durch gemeinſchaftlichen Fleiſs ausgearbeitet. 2ten Bandes 4tes und 3ten Bandes 1ſtes Stück, Stuttgard,* 8.

Récueil contenant les Deliberations de la Societé Royale d'Agriculture de la Géneralité de Paris, au Bureau de Paris depuis le 12 Mars jusqu' au 10 Sept. 1761 et les Memoires publiés par ſon ordre pendant le meme tems. à Paris 8.

Corps d' obſeruations de la Societé d' Agriculture, du Commerce et des Arts, etablie par les Etats de la Bretagne, Années 1757 et 1758. à Rennes 8.

Recueil de Memoires concernant l'Economie Rurale, par une Société etablie à Berne en Suiſſe pour l'année 1761. Tome II. Partie 1. 2. 3. 4. *a Zürich* 8.

Idem liber germanice quoque prodiit ſub indice: *Sammlungen landwirthſchaftlicher Dinge der Schweizeriſchen Geſellſchaft in Bern, des 2ten Bandes,* 1. 2. 3. 4*tes Stück, ibid.* 8.

L'Agronomie et l' Induſtrie, ou les Principes de l'Agriculture, du Commerce et des Arts, réduits en pratique, par une Société d' Agriculture, de Commerçants et d' Artiſtes, à Paris, 8.

L'Agronomie ou les Principes de l' Agriculture reduits en pratique, Premiere Partie, ibid. 8.

Iournal oeconomique ou Memoires, Notes et Avis ſur les Arts, l'Agriculture, Commerce et tout ce, qui peut y avoir Rapport, pour l'Année 1761, Parties 1-12. à Paris, 8.

Obſer

Obſervations ſur divers Moyens de ſoutenir et d'encourager l'Agriculture, principalement dans la Guyenne, ou l'on traite des Cultures propres a cette Province et des obſtacles, qui les empechent de s'etendre. Troisieme Partie, à Paris. 12.

L'Agronome ou Dictionnaire portatif du Cultivateur, contenant toutes les connoiſſances neceſſaires pour gouverner les Biens de Campagne et les faire valoir utiliment, pour ſoutenir ſes droits, conſerver ſa ſainté et rendre gracieuſe la vie champêtre, a Liege et Fraucort. 8. Tom. I. II.

Natuurlyke Hiſtorie of lit voerige Beſchryving der Dieren, Planten, en Mineralien volgens het Zamengeſtell van LINNAEUS. Tom. I. P. I. II. t'Amſterdam, 8 mai. c. tab aen.

Onomatologia hiſtoriae naturalis completa, *oder vollſtändiges Lexicon, das alle Benennungen der Kunſtwörter der Naturgeſchichte nach ihren ganzen Umfang erkläret, und den reichen Schatz der ganzen Natur durch deutliche und richtige Beſchreibungen des Nützlichen und Sonderbaren von allen Thieren, Pflanzen und Mineralien, ſowohl vor Aerzte als andere Liebhaber in ſich faſst, von einer Geſellſchaft naturforſchender Aerzte nach den richtigſten Urkunden zuſammengetragen. Zweyter Band, mit einer Vorrede verſehen von* IOH. CHRIST. SCHAEFFER, *Ulm. Frankf. u. Leipz.* 8.

*Etwas neues und ſehr nützliches für alle Liebhaber der Stadt- und Landwirthſchaft herausgegeben von einem wohlerfahrnen Landwirth. Leipz.* 8.

Traité du Deluge par l'Auteur de la Methode d'un Thermometre univerſel, à Basle, 4. (Auctor eſt MICHELI DUCRET).

Con-

## Contenta in hac parte.

1. Kongl. Vetenſkaps Academiens Handlingar för Ar 1760. Vol. XXI. p. 198
2. ASTRUC, Traité des Maladies des femmes Tom. I-IV. p. 213
3. TIMONY, Diſſ. ſur l'Inoculation de la petite verole p. 225
4. *Eiusdem*, Diſſ. ſur les Bains des Orientaux p. 228
5. STOERCK, Libellus ſecundus de cicutae vſu interno, cet. p. 230
6. *Eiusdem* Supplementum neceſſarium de cicuta p. 236
7. *Eiusdem* Libellus de ſtramonio, hyoſcyamo et aconito p. 237
8. LOEBERS, *von der Nutzbarkeit des Schürlings in der Wundarzney* p. 241
9. VANDERMONDE, Iournal de Medécine, Chirurgie, Pharmacie cet. Vol. XI. XII p. 243
10. SCHAEFFER, Piſcium Bauarico-Ratisbonenſium Pentas p. 272
11. *Eiusdem*, Botanica expeditior cet. p. 279
12. HUNTER, Medical Commentaries. Pars I. p. 281
13. DUVERNEY, Oeuvres anatomiques, Tom. I et II. p. 290
14. BASTERI, opuſcula ſubſeciua, Lib. III p. 310
15. Acta Heluetica, Vol. IV p. 313
16. v. HALLER, Elementa Phyſiologiae corporis humani, Tom. IV p. 329
17. WILLICH, de plantis quibusdam obſeruationes p. 351
18. Noua phyſico-medica p. 353
19. Index ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1761 prodierunt p. 376

# COMMENTARII
## DE REBVS
## IN
# SCIENTIA NATVRALI
## ET
# MEDICINA
## GESTIS.

VOLVMINIS XI. PARS III.

LIPSIAE MDCCLXIV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amstelodami apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Parisiis apud Briasson, Patauii apud I. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.



## I.

Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences. Année MDCCLVI. Avec les Mémoires de Mathématique et de Phyſique pour la même année, tirés des Regiſtres de cette Academie. A Paris, de l'Imprimerie Royale. MDCCLXII. 4to, Alph. 3. pl. 6. tab. aen. 10.

h. e.

Hiſtoria et Commentarii Academiae Regiae Scientiarum Pariſienſis ad Ann. 1756.

Enarrandorum argumentorum huius Voluminis initium faciamus ab *obſeruationibus ad phyſicam generalem ſpectantibus*. In *prima* et *ſecunda* commemorantur p. 23. duo globi ignei, per aerem celerrime lati, et plurimos globos minores lucidos ex ſe proiicientes, quorum alter in Belgio et Flandria d. 15 Auguſti 1755, alter in Gallia d. 3 Martii 1756 veſperi viſus eſt. *Tertia* docet, ferrum tormenti bellici, quod plus, quam ſexaginta annos, in fundo maris de-

lituerat, ſub cruſta limoſa, qua totum obductum erat, molle, inſtar ſtanni, factum eſſe, remota autem cruſta, in aere libero ſpatio 24 horarum duritiem, huic metallo propriam, recuperaſſe. *Quarta* confirmat, quod iam olim Academia annotauerat, pannos, e filis laneis, vetuſto oleo imbutis, textos, et arte fullonia nondum a pinguedine repurgatos, cum ſat multi in loco, aeri non peruio, ſibi inuicem impoſiti iacent, aeſtate facile corrumpi, ita vt infimi ignem occultum concipiant, quo ſenſim in carbones redigantur. *Quinta* narrat, in monte quodam Galliae (*Eſperou*) fagos naſci, quarum lignum, ſi in loco natali maneat, vermibus intra paucos annos exedatur, translatum autem ex eo monte in loca, pauris tantum leucis diſtantia, diutiſſime conſeruetur. *Sexta* docet, in ingenti incendio, quod Conſtantinopolin menſe Iulio anni 1756 paene vaſtauit, templum patriarchale Graecorum ea ratione, quam Cl. HALESIUS propoſuit, nempe aedem terra, quoad fieri poterat, obtegendo, ſeruatum eſſe. *Septima* eſt de duabus quercubus annoſis, quae ambae fulmine ſecundum longitudinem in multa tigna fiſſae ſunt, ſed ita, vt vna prorſus decorticata, foliaque eius arefacta deprehenſa ſint, in altera autem cortex igni illaeſus perſtiterit. *Octaua* mentionem facit inuenti Cl. ALBERTI GESNERI, Archiatri Ducis Wirtebergici, qui ad praeparandum corium pro puluere corticis quercus vel pinus puluerem ex erica, in fornace ſiccata, ſubſtituere magno cum emolumento docuit; prodeſt enim hoc inuentum et ad ſiluarum conſeruationem, et ad pretium corii minuendum, licet coriariis plus morae infert. *Nona* ſiſtit maſſam ſalis gemmae, item maſſam cryſtalli, quibus incluſum fuit paullum aquae limpidae, quam ibi fluctuantem videre licuit. In quodam etiam achate, aliquot guttas aquae, et in quadam minera ferri maiorem copiam fuiſſe, narratur, quae, cum

eum prius auditui ſe prodidiſſet, diffracto deinceps lapide, effluens etiam in conſpectum ſe dedit.

Pergimus ad *obſeruationes anatomicas*: 1. Cl. SALERNE, Medicus *Aurelienſis*, cum duas aues, quas in Gallia *Canes-pétières* appellant, quasque ex otidum genere eſſe credimus, alteram marem, alteram feminam, diſſecaret, reperit in femina, praeter ouarium ceterasque partes femininas, teſticulos duos, in lumbis poſitos, illis, quos in mare inuenerat, mole, colore, ac ſubſtantia omnino pares: Et quia hae aues tetracibus (*Outardes*) ſimiles ſunt, exiſtimat, etiam tetraci feminae teſticulos datos eſſe, idque PERRALTO impoſuiſſe, vt ſex tetraces, quas cultro anatomico ſubiecit, omnes pro maribus haberet. 2. Cl. MORANDUS collegit quorundam medicorum et chirurgorum exterorum iudicia de hermaphrodito illo, qui anno 1750 Pariſiis ſe ſpectandum praebuerat, ex quibus apparet, eum ſexus foeminini eſſe, licet nonnulla alterius ſexus ſigna habeat. 3. In *Aluernia* prope *Ricomagum* ruſtici effoderunt loculum lapideum, cui incluſus erat plumbeus, continens cadauer adoleſcentuli, tam bene conſeruatum, vt non ſolum carnoſae partes, ſed et inteſtina ſic fere ſe haberent, vt in cadauere recenti, nullumque corruptionis ſignum appareret. Conditum tamen fuerat hoc cadauer, ratione multum diuerſa ab Aegyptiorum ratione. Tectum enim intum erat, et partim inuolutum, linteis imbutis alſamo quodam fortiſſimi odoris. 4. In cadauere irginis, vt putabatur, inuentus eſt foetus, circumfatus liquore ſero lactis ſimili, in ouario ſiniſtro, cui ſuperficiei fimbriae tubae Fallopianae applicatae erant; hymen autem erat illaeſum. 5. Puella, annos decem et dimidium nata, febri correpta, quae pro ratio morbillorum, tunc epidemice graſſantium, ha- p. 44.

bebatur, omnia medicamenta et alimenta reſpuebat, ſola aqua frigida excepta. Et morbilli quidem non erumpebant, ſed aegrota vehementiſſimo capitis dolore afficiebatur, quem ſequebatur ſyncope tam longa et abſoluta, vt pro mortua haberetur. Quo ſymptomate finito, vſum omnium membrorum, paucis diebus interiectis, perdebat. Recuperato membrorum vſu, cum loquela et cibi appetitu, remanebat dolor capitis, et paullo poſt in ſummum delirium incidebat, quae quidem venae in pede ſectione et cantharidum ad ſuras applicatione, victo, atoni conſequebatur. Nec membra ſua commouere, ne loqui, nec cibum aſſumere poterat; ſenſibus tamen auditus, viſus, et tactus adhuc praedita erat ratio etiam ipſi conſtabat, et quid vel appeteret, vel refugeret, per ſonos inarticulatos indicabat, quorum duos tantum initio proferebat, paullatim vero plures edere, et ſimul manus aliquantum mouere iterum coepit. Ceterum color faciei et labiorum qualis in homine ſano, oculi vegeti, pulſus ordinatus et ſatis fortis. Interea nihil edere, nihil bibere potuit, praeter aquam frigidam, eamque ab initio admodum paucam; et cum medicus illi iuſculum e carne vitulina, vt ipſam falleret, admodum dilutum propinaſſet, ſenſum quidem eius decepit, non autem ventriculum, quippe qui potum hunc continuſtim inter violentas conuulſiones reiiciebat, quae iam febrim aegrotae excitabant. Poſt aliquod tempus rediit ipſi loquela, cum aliquando ſiti excruciata poſcere aquam vellet, eamque deinceps non amiſit, brachiorum etiam vſum paullatim recuperauit, tandemque etiam pedum vſum, et appetitum cibi, cum menſtrua ipſi fluere coepiſſent, post quam per quatuor fere annos ab omni alimento praeter frigidam, abſtinuerat. 6. Femina in vtero geſtans foetum, qui mortuus inde menſe vigeſi-

ſe-

ſeptimo per ſectionem caeſaream extractus eſt, concepit interea, et ſolito tempore peperit.

In claſſe *botanica* legitur narratio de funeſtis effectibus fructuum *Bellaedonnae* comeſorum. Ruſticus, qui triginta circiter baccas huius plantae comederat, primum ſtuporem aliquem ſentiebat, cum vertigine, quaſi ebrius eſſet, et oculorum caliginem, deinde dolorem in ventriculo, et ſiccitatem oris absque ſiti, tandem tinnitum aurium, et borborygmos, contractionem faucium, cum deglutiendi difficultate. In quo ſtatu decumbens incidebat in ſomnum profundum, ex quo poſt paucas horas euigilans, tremore totius corporis, ac delirio corripiebatur. Cum tunc parum aquae bibiſſet, naufea ſecuta eſt, cum leui vomitu; paullo poſt autem magnam copiam materiae viridis ac flauae, ſanguine commixtae, euomebat. Hinc capitis quidem et pedum debilitas aliquantum imminuebatur, delirium tamen non ceſſabat. Arceſſitus tunc medicus pulſum exilem, contractum, durum et admodum frequentem, ventrem inflatum, ſed absque dolore, cutem ſiccam et ardentem deprehendebat, linguam albo et ſpiſſo muco tectam videbat, et aegrum de amiſſo viſu ſaepe querentem audiebat. Iubebat ipſum copiam ſeri lactis bibere, et clysmata laxatiua ipſi adminiſtrari, ac deinde decocti ex tamarindorum ℥iij, cremoris tartari ℥ß, et tartari emetici gr. viij certam portionem omni ſemihorio exhiberi, donec ſatis copioſae euacuationes conſequerentur. Vſus huius medicamenti ſolus per copioſam alui euacuationem ruſtico ſtatim reddidit ſanitatem. Eodem modo vxor huius ruſtici leuata eſt, quae vna cum ipſo hos pernicioſos fructus comederat, et in qua eadem ſymptomata fuerant, praeterquam quod maiores ventriculi et ventris dolores queſta eſt. Sed puella, quae paucas p. 72.

tantum baccas deglutiuerat, et medici ope caruerat, per quindecim dies cum similibus symptomatis conflictata est, et tandem seri lactis vsu conualuit.

His ex *Historia* Academiae delibatis, ad *Commentarios* nos conuertimus.

1) *Theoria cuniculorum, ad vsus bellicos aptorum, Auctore* DE BELIDOR.

p. 26. 2) Cl. GUETTARDI *commentatio de plantis, quae parasitae spuriae appellari possunt, seu de plantis, quae in aliis crescunt, licet nihil alimenti inde sibi sumant* *). Ad hanc classem plantarum Auctor tam eas refert, quae radices in terram agunt, et arboribus tantum tanquam adminiculis se applicant, quam quae in arborum quidem superficie crescunt, sed non nisi a terra, in asperi corticis rugis collecta, aluntur. Hactenus duae tantum plantae, fucus marinus, et nostoc, pro talibus certo sunt agnitae, postquam REAUMURIUS et DILLENIUS probarant, eas radicibus carere, et solo humore nebularum ac pluuiae ali. Auctor hoc loco illis accen-
p. 33. set primum fungos, in arboribus crescentes, vbi pars quaedam corticis vlcerata vel carie exesa est, et
p. 35. agaricos, quos humorem ex aere inprimis bibere autumat, et hinc etiam fungoides, corallo-fungos, ac lithoxyla; deinde lichenes, quorum quatuor ge-
p. 37. nera constituit. Primum habet pediculum, ex quo ramificationes nascuntur. Secundum, quod est lichenum pulmonaciorum, per totam suam superficiem corpori cuidam per exiguas clauiculas adhaeret. Tertium pediculum habet, vel clauiculas in superficie, quacum arbori adhaeret, simul autem extre-

*) Lecta d. 3 Apr. 1756.

tremitatibus filamentorum, e ramificationibus prodeuntium, corporis, cui innaſcitur, partibus alligatur, quae tamen filamenta aeque parum idonea videntur, ſucco nutritio ex arboribus hauriendo, quam illae clauiculae. Quartum per totam ſuam baſin corpori alii ſine clauiculis adnatum eſt; eiusque generis vnam duntaxat ſpeciem adhuc reperit Cl. GUETTARDUS, nempe lichenem illum flauum, qui nonnunquam totas arbores veſtit. Porro p. 41.
muſcos etiam numero plantarum paraſitarum eximit (quippe qui etiam in teſtis encauſto obductis naſci deprehenduntur), neque hederam, bignoniam, vitem Canadenſem, et cereum triangularem ſcandentem illis recte annumerari contendit. Largitur ta- p. 52.
men, omnes has plantas nonnunquam paraſitas fieri poſſe, cum aliquis caſus ramos earum quosdam cuidam arbori inſeuerit. Neque infitias it, damnum ab hisce plantis arbores pati: verum id non aliter fieri putat, niſi quatenus in eis corticis partibus, vbi hae plantae affixae ſunt, ſtagnet aqua pluuiae, vel aeris humiditas, et ſic cortex ibi maceretur, findatur, atque vlcuſcula fiant, ex quibus ſuccus nutritius arboris effluat.

3) Cl. LEGENTIL *Annotationes ad commentationem* HALLEII *de Chaldaeorum Saro, inſertam Transactionibus philoſophicis anni* 1692, *N.* 194. *p.* 535. p. 55.

4) Cl. NOLLETI *inueſtigatio mediorum, quibus potulenta refrigerare licet, glacie deficiente* *). Primum indicat V. Cl. quaedam media haud artificioſa. Vaſa vini, quod refrigerare cupimus, plena demitten- p. 84.
da ſunt in puteos, vel in cellis profundis condenda in ſabulum humidum, vel aquae, quae ibidem in



*) Lect. d. 13 Nouemb. 1756.

labro aliquamdiu ſtagnauit, immergenda. Meſſores vel milites, potulenta ſua refrigeraturi, foſſam facere debent anguſtam, et quatuor ſaltim pedes profundam, in cuius fundo lagenas ſuas collocent, et has deinceps terra recens effoſſa tegere ad pedis altitudinem, denique foſſam ſtatim operire aſſibus, quibus ſimilis terra, dimidii pedis altitudine, ſuper-
p. 89. iniicienda eſt. Deinde artem exponit, liquores refrigerandi, quae innititur huic principio, quod quidam ſales aquam, qua ſoluuntur, aeque vel adeo magis frigidam reddant, quam glacies eſt, dummodo ante ſolutionem neque ipſis, neque aquae calor ſit maior eo, quem decem gradus thermometri *Reaumuriani* ſuper puncto congelationis indicant. Inter hos ſales autem duos tantum, vſibus oeconomicis in hoc negotio aptos iudicat, nitrum ſcilicet, et ſalem ammoniacum, et hunc ſalem illi praeferendum eſſe docet, ſi maior gradus refrigerationis deſideretur, etſi impenſas aliquanto maiores ſalis
p. 95. ammoniaci vſus requirat. Vnciae viginti ſalis ammoniaci, in puluerem redacti, iniectae in quinque ſextarios aquae, ex puteo recens hauſtae, tribus lagunculis, quarum quaelibet duos ſextarios vini continet, eandem refrigerationem conciliare, et per horae circiter ſpatium conſeruare poſſunt, quam paucae librae glaciei contuſae. Oportet autem prius ſitulam fictilem, qua aqua hauritur, et lagunculas, et ſalem ipſum in puteum demittere, ibique tamdiu retinere, donec frigus aquae puteanae aſſumſerint. Sal ammoniacus, hac aqua ſolutus, per aquae euaporationem, recuperari, et iisdem vſibus non ſemel tantum, ſed quotiescunque libuerit, iterum ſeruire poteſt: nihil enim vis ſuae refrigerandi
p. 104. amittit, etſi aliquid maſſae perit. Vbi aqua tam frigida haberi nequit, poterit tamen ope ſolutionis ſalis ammoniaci potulentis haud contemnenda refrigera-

geratio dari. Namque aquam, ad 20 gradum thermometri *Reaumuriani* calidam, hoc ſale vsque ad 5 gr. ſuper puncto congelationis refrigerari, experimenta Cl. Auctorem docuerunt. Et non ſolum in terra degentes, ſed etiam nauigantes huius commodi vbique et omni tempore participes fieri poſſe putat, cum ipſis pro aqua dulci, qua ſaepe admodum parce vti debent, etiam marinam adhibere ad ſolutionem ſalis ammoniaci liceat; id quod inde colligit, quia expertus eſt, vncias decem ſolutionis ſalis marini in aqua dulci (in qua ſal partem trigeſimam ſecundam ponderis conſtituit) ſoluiſſe adhuc ſalis ammoniaci duas vncias cum drachmis ſeptem in calore, per 20 gradum thermometri R. indicatum, et poſt ſolutionem thermometrum in ea deſcendiſſe vsque ad 5 gradum ſupra terminum congelationis.

5) *De ſtructura arteriarum Auctore Cl.* DE LA SONE *). Arteriam ex pluribus tunicis compoſitam eſſe, conſtat. Primam ſeu extimam V. Cl. cum aliis quidem contextum celluloſum appellat, monet tamen, eam potius textum reticulatum ſeu filamentoſum eſſe, cum non ex foliolis membranaceis, ſed ex filamentis membranaceis ſit texta, quibus permulta vaſcula ſanguifera et neruuli mirum in modum ſubtexta ſunt. In boue denſitas huius texti verſus interiora creſcit, et in telam vel laminam definit ligamentoſam vniformem ſeu continuam, in qua nihil reticulati operis, nec per macerationem, nec per ebullientis aquae vim, in conſpectum prodit. In homine autem haec tela deficit; veruntamen in viris partes interiores texti celluloſi ſeu primae tunicae denſiores deprehendit Auctor, quam exteriores, in feminarum autem arteriis tale partium diſcrimen non

p. 107.

p. 111.

*) Lect. d. 22 Dec. 1756.

non potuit animaduertere. Ex hac prima tunica admodum pauci ramuli vaſculoſi retis, et nonnulla filamenta in proximam ſeu ſecundam tunicam penetrant, quae per ſeparationem tunicarum abſciſſa aſperitates quasdam praebent, quae a quibusdam Auctoribus pro granis glanduloſis habitae eſſe videntur, quales tamen reuera non adſunt. In ſecunda
p.117. tunica, ſine omni praeparatione, et nudis oculis obſeruauit LASONIUS fibras circulares ſibi inuicem non intextas, ſed fere parallelas, quae plura plana formant, et iuxta directionem ſuam extenſae valde reſiſtunt, et tandem ruptae, ſeſe criſpando, contrahuntur; deprehendit etiam hanc tunicam eſſe valde elaſticam, et magnae extenſionis capacem ſecundum longitudinem arteriae, non autem ſecundum diametrum, et ſemper colorem pallide rubrum habere. Aquam ebullientem hos characteres multum immutare obſeruauit. Colligit autem hinc, eam tunicam iure haberi pro muſculoſa. Eam ſemper in homine aeque ac ceteris animalibus vidit non ſolum in principalibus arteriarum ramis, ſed etiam in exiguis earum ramificationibus (facta tamen praeparatione per iniectionem ſolidam); neque, quod contra BOERHAAVIUM notat, eae, quae in lienem et ce-
p.123. rebrum intrant, hanc tunicam deponunt. Vbi rami ex aliquo trunco exeunt, veluti intercoſtales ex aorta, in pariete trunci ſemper videre ſibi viſus eſt orificium rami formatum et circumſcriptum plurimis fibris circularibus, concentricis, a fibris annularibus trunco propriis diuerſis, et laminam carnoſam ad modum ſphincteris formantibus; et quia vtraeque fibrae arcte cohaerent, atque orificium illud in trunci tunica remanet, cum ramus a trunco auellitur, id non rami, ſed trunci partem conſtituere exiſtimat, ideoque initium tunicae muſculoſae rami in ipſa ſuperficie exteriore tunicae muſculoſae trunci ponit.

In

In tertia ſeu intima tunica, quam ex fibris ad axem vaſis parallelis compoſitam eſſe conſtat, villos et veſiculas adipoſas deprehendere non potuit, neque vllum organum ſecretorium, neque orificium, ex quo emanaret liquor aliquis vnctuoſus, cui tanquam cauſae lubricum ſuperficiei internae adſcribendum eſſet; hinc illud a contactu molecularum vnctuoſarum ſanguinis eſſe iudicat. Tunicarum ſecundae et tertiae copulationem et adhaeſionem inter ſe inuicem contextu quodam celluloſo inuiſibili efficitur. Ceterum inter tertiam illam tunicam et perio- p. 128.
ſteum magnam affinitatem reperit, eamque pro baſi vel radice habet, cuius euolutione vel propagatione ceterae partes organicae exſiſtant cunctae. Poſtremo, de vſibus partium, quae arteriam componunt, diſſerit. Primae tunicae praecipuum officium autumat p. 130.
hoc eſſe, vt arterias liberas et ab aliis corporis partibus ſeparatas praeſtet, ne illarum ad has adhaeſione functiones illarum turbentur vel impediantur. Ex peculiari huius tunicae in corpore muliebri ſtructura, ex qua ſequitur, ſanguinem in venas minori vi propelli, quam in corpore virili, eleganter reddit rationem delicatioris mulierum conſtitutionis, plethorae vniuerſalis periodicae, minoris tranſpirationis inſenſibilis, et exilitatis venarum. De tunica muſculoſa monet primum, ab eius vi muſculari repetendam eſſe rationem phaenomeni venatoribus ſaepe obſeruati, quod circulus ſanguinis in ceruo vel caprea, cuius cordis ventriculos globus ex ſclopeto exploſus perforauit, non ſtatim ſiſtatur, ſed fera ſic icta ſaepe plus, quam centum paſſus curſum ſuum rapidum continuet, antequam cadat; deinde, per ſphincteres iſtos muſculoſos, ſupra commemoratos, ſiquidem eos in vltimis etiam ramorum diuiſionibus adeſſe rationi ſit conſentaneum, mechaniſmum omnis ſecretionis melius forſan explicari poſſe,

poſſe, quam id hactenus a phyſiologis factum ſit. Tertiae tunicae vſum hunc eſſe docet, vt fibrarum eius paralleliſmo ac directione, ſumma ſubtilitate, et circa orificia canalium collateralium inflexione affrictus ſanguinis ad parietes arteriae tantum imminuatur, vt paene nullus ſit.

p.134. 6) *De venis metallicis colendis*, *Auctore Cl.* HELLOT *). Adhortaturus V. Cl. populares ſuos, vt alias etiam venas metallicas, praeter ferrarias colant, oſtendit non ſolum, antiquis temporibus Galliam diuitias ſuas metallifodinis debuiſſe, ſed etiam hodie adhuc venas in diuerſis Galliae regionibus, plumbi, cupri, argentique diuites reperiri poſſe, quae non ſine lucro coli poſſent.

p.145. 7) Cl. GUETTARDI *obſeruationes, quae ad characteres conchyliorum determinandos vtiles eſſe poſſunt* **). Quatuordecim generum conchyliorum ex claſſe vniualuium definitiones Auctor hic tradit ita, vt et teſtarum et animalculorum rationem habeat.
p.160. Deinde monet, non recte ſibi videri eos agere, qui cum LINNAEO diſtinctionem conchyliorum in terreſtria et aquatica, a veteribus vſurpatam, negligunt. Terreſtria enim ſemper habere quatuor cornua, a ſe inuicem bene diſtincta, quae ſingula ocello terminantur, aquatica autem duobus tantum cornubus et totidem oculis, ad latera cornuum prope baſes poſitis, praedita eſſe. Haec in duas claſſes partiri ipſi placet, quarum altera cornua conica, altera plana habeat. Porro recentem *conchyliologiae* Auctorem ob varia peccata modeſte reprehendit. Poſtremo cultores hiſtoriae naturalis ſapienter hortatur,

*) Lect. d. 13 Nou. 1756.
**) Lect. d. 26 Maii 1756.

tatur, ne nonatores quosdam audiant, qui rerum naturalium in classes, genera, et species distinctionem per nomina rident, sed a maioribus bene excogitatam methodum sequantur, iuxta quam in definitione generis eae tantum partes recensentur, quae pluribus speciebus sunt communes, et in definitione speciei notae illae solae traduntur, quae speciei propriae sunt, nomina autem diuersa diuersis tantum generibus eiusdem classis imponuntur. Hoc p.169. praeceptum illustrat duobus exemplis, quorum primo characteres specificos muscae, cuius vermes in granis plantarum, flores monopetalos compositos ferentium, nascuntur, eisque vescuntur, et quam a terebra, qua instructa est, *trupaneam* appellat, altero characterem genericum *scarabaei pillularis*, exponit.

8) *Theoriae cuniculorum continuatio, Auctore* DE BELIDOR.

9) Cl. DAUBENTON *commentarius de mure araneo, et praesertim de quadam eius specie, in Gallia reperiunda, et scriptoribus historiae naturalis hactenus indicta* *). Haec species in *Burgundia* reperitur in rimis rupium ad origines fontium, et animal amphibium esse videtur, cum mus araneus dudum notus sit animal terrestre. Differt ille ab hoc rostro lon- p.203. p.212. giori, cauda etiam et pedibus longioribus, tum pilorum colore et copia (nam terrestris in pedibus et cauda nullos habet). Cum dentes harum bestiolarum singularem habeant positionem et figuram: Vir Cl. vtramque maxillam cum dentibus sollicite descripsit, et icone exhibuit.

10) *Ex-*

*) Lect. d. 14 Aug. 1756.

10) *Excerptum ex epiſtola* Cl. BULLERI *ad Cl.* DU HAMEL.

p.217. 11) Cl. GUETTARDI *Deſcriptio mineralogica regionis circa Lutetiam Pariſiorum* *). Initium huius operae Auctor capit a deſcriptione indolis montium, qui vallem formant, in quo haec vrbs ſita eſt, et quos etiam terminos regionis, de qua ſuſcipit com-
p.226. mentari, conſtituit. In his montibus humum, tres ad ſummum pedes profundam, excipit plerisque in locis ſtratum arenoſum, ad minimum quatuor, alicubi autem triginta pedes altum, et refertum ſilicibus ac lapidibus molaribus. Subiacet huic ſtrato ſtratum lithomargae (*Tuf*), decem vſque ad 50 pedes profundum, ſaepe diuerſis ſtratis margae, cotis, vel lapidum duriorum interruptum. Deinde reperiuntur ſtrata lapidum, quibus ad aedificandum vtuntur; primum ſeu ſupremum non vltra pedem eſt profundum, et alicubi tria vel quatuor eiusmodi ſtrata ſibi inuicem impoſita ſunt, ſecundum pedes ad decem altum eſt, et tam in ſuperficie, quam in interioribus partibus multas conchyliorum impreſſiones habet, tertium quatuor circiter pedes, quartum pedes ad octo profundum eſt, ſub quo aliquot adhuc iacent ſtrata, quae ſimul octodecim ad minimum pedum profunditatem habent, et quae ſtratum arenoſum excipit. Haec arena rubicunda et terrea eſt, altitudinem habet duorum triumue pedum, et aquae eſt ſubmerſa. Tum profunditas duorum circiter pedum repleta deprehenditur terra argillacea arena mixta, porro per quinque ad minimum pedes argilla nigra, ſplendens, poſtremo argilla coerulea per ſex pedum altitudinem. Haec ſtrata argillacea, in quibus pyritae ſubflaui variae figurae reperiuntur, ad

*) Lecta d. 27 Nou. 1756.

ad radices montium ſita ſunt, et infra ea foſſores, aquis impediti, nondum deſcenderunt. Poſt hanc generalem deſcriptionem Auctor ſingularia quaedam conſiderat loca, quae a generali illorum montium indole diſcrepant, et in primis ea, vbi pro lapidi- p.238.
bus operariis gypſum reperitur. Docet autem, hanc diſcrepantiam tanti non eſſe, quin concludi poſſit, omnes circa Lutetiam montes primitus fuiſſe maſſam margaceam vel cretaceam, variis arenae generibus tectam, et maſſa argillacea ſuffultam. Denique indolem viſcerum terrae ſub radicibus horum montium coniectat ex indole nota terrae in valle, per quem Sequana fluit, et iis, quae hac de re in com- p.251.
mentario de *Puddingis* expoſuerat, varias addit obſeruationes recentiores.

12) *Obſeruationem tranſitus mercurii per diſcum ſolis anno* 1753 *cum obſeruationibus antiquioribus comparat Cl.* DE LALANDE.

13) Cl. DU HAMEL *obſeruationes botanico-meteorologicae per annum* 1755.

14) *Trigonometria ſphaerica ad quatuor analogias reducta a Cl.* PINGRE.

15) *Cl.* GUETTARDI *decimus commentarius de glandulis plantarum.* Hic finit Auctor glandularum lenticularium inueſtigationem, et pergit ad glandulas oblongas, quas *glandes à godet* appellat, et quae p.310.
inprimis in pomo vel malo inter ſtipulas et origines foliorum in parte ſuperiori et ad vtrumque latus inciſurae pediculi conſpicuae ſunt, ac ſaepe in ramulis iunioribus guttam liquoris continent limpidi. Plures autem plantas, in quibus easdem vidit glandulas, recenſet. Deinceps ad pilos, ſeu filamenta, p.328.

ſe conuertit, quorum tria genera hoc loco exper-dit, filamenta ex papillulis ſeu capitulis globularibus extantia filamenta cylindrica et filamenta, conica.

16) Cl. PINGRE *obſeruationes aſtronomicae in ſpecula S. Genouefae habitae anno* 1756.

17) Cl. DE LACAILLE *obſeruationes aſtronomicae anno* 1756 *habitae in Collegio Mazarinino.*

18) Cl. DE LALANDE *tertius commentarius de parallaxi Lunae.*

19) Cl. CLAIRAUT *commentatio de teleſcopiorum perfectione a coniunctione lentium obiectiuarum radios lucis diuerſimode refringentium expectanda.*

20) Cl. DE CHABERT *determinatio longitudinis et latitudinis Caſtelli St. Philippi in inſula Minorca.*

21) Cl. ROMIEU *commentatio de noua vegetatione chymica, quae ope camphorae fit, et de quibus-*
p. 444. *dam camphorae proprietatibus.* Haec vegetatio, quam Cl. Auctor anno 1746 a ſe caſu inuentam eſſe, aliasque hoc genus vegetationes ſubtilitate atque ordinata diſpoſitione ramuſculorum antecellere, ſcribit, hoc modo poteſt haberi. Cum aer ad 22 gradum thermometri *Reaumuriani* calidus eſt, in vncia vna ſpiritus vini, cuius grauitas ſpecifica ad grauitatem ſpecificam aquae ſit, vti 807 ad 905, ſoluantur duae drachmae camphorae, deinceps autem affundantur ſolutioni ſex drachmae aquae, non ſimul, ſed ſucceſſiue inſtillando guttas vicenas, et ſingulis vicibus agitando mixtum, donec liquor rurſus limpidus fiat; tandem in vaſe cylindrico vitreo non grandi, cuius orificium apertum maneat, repona

tur haec mixtura in locum, vbi nulla agitatio metuenda eſt. Hoc pacto, ſimul atque aeris calor 4 vel 5 gradibus imminutus fuerit, naſcetur in medio liquoris iſta vegetatio: ſi quidem ſingula caute ſic fuerint adminiſtrata, vt praeſcripta ſunt. Minimus enim error impediet experimenti euentum. Ceterum obſeruauit V. Cl. quo maior ſit gradus caloris aeris, eo plus camphorae eadem quantitate ſpiritus vini rectificati diſſolui, et in gradu caloris 421 *Fahrenheitiano* camphoram ſponte liqueſcere. Deprehendit etiam in particulis camphorae ſolutae conſtantem tendentiam ad coniunctionem ſub angulo 60 graduum, qualis eſt in particulis aquae, cum haec per gelu cryſtalliſatur. Neque ſolum in ſolutae camphorae particulis, ſed etiam in ſublimatae iſtam tendentiam ſemper obſeruari monet, ſiue ope ignis, ſiue absque eo, ſolo calore aeris, ſublimatio fiat. Item hoc ſingulare obſeruauit, quod particulae cam- p. 449
phorae, duodecimam circiter partem pollicis craſſae, et oblongae, impoſitae ſuperficiei aquae purae in vaſe vitreo vel ex ſulphure ſeu reſina facto (non autem aeneo), inter ſe agitentur motibus continuis modo circularibus, modo ſpiralibus, ita, vt ſaepe a ſe inuicem attrahantur, vel a ſe mutuo repellantur, donec diſſoluantur, vel ſpiritus vini affundatur, qui motum ſiſtit, vel ſuperficies aquae tantum apice digiti, aut filo metallico, (non autem tubulo vitreo, nec bacillo ex cera Hiſpanica) attingatur. Hinc camphorae peculiarem eſſe vim electricam, et particulas eius corpuſculis BUFFONII in infuſis liquoribus affines. Auctor ſuſpicatur. Quotiescunque per lentem exiguam contueram adſpexit particulas iſtas camphorae natantes, vidit circa eas in aquae ſuperficie, praeſertim parietibus vaſis vitrei vicina, exiguas cauitates, quaſi a flatu ex particulis emiſſo factas.

II.

LUDOVICI GERARDI M. D. Flora Gallo-Prouincialis. Parisiis apud C. I. B. Bauche 1761. 8. Alph. 1 plag. 14. tab. aen. 19. cum mappa geographica.

Redux ex Academia, quam plantarum amore raptus frequentauerat, Monspelienſi ſtatim conſtituit apud animum Cl. Auctor, Gallo-Prouinciae ſyluas, aliaque et remotiſſima ſaepe loca rimari. Hinc peregrinationes inſtituit, et an. 1755 *Aquenſem* agrum, et vicinos montes, rupem *Victoriae*, montoſos tractus, *Maſſiliam* ſpectantes, aliosque Gallo-Prouinciae mediae luſtrauit; ſequenti anno ad montes auſtrales celſiores, dictos *Maures*, et ſubiacentia nemoroſa conuallia, et ſolis ardore aduſtos ſcopulos, nec non montes *de Caſtelane*, *l' Achen* dictos, ſe contulit; an. 1757 oris maritimis et ſyluis *St. Tropeti* fano adiacentibus peragratis, ſe ad opus periculi plenum accinxit, et per niues ac frigora, montiumque aſperrima iuga, *alpes* intra biennium bis peruestigauit, et *Taurinum* vsque proiectus, ſuaſu Cl. ALLIONII montem *Cenisium* viſitauit, ab hinc ad montem *Geneure*, montes *Delphinatus*, aliosque ita iter inſtituit, atque ſic plantarum ſuppellectile onuſtus patriam quidem repetiit, at nondum ſatiatus, varios adhuc aliosque Gallo-prouinciae receſſus adiit, ac vbique nouos tantosque theſauros legit, vt vltra 1700 plantas, vel potius ſpecies, hoc ipſo recenſere potuerit libro. Has autem ſtirpes ea propoſuit methodo, quae affinitatis legibus magis conſona ipſi viſa fuit. Naturalem enim artificiali longe praeferendam eſſe ſtatuit, omnesque fructificationis partes in ſe conſiderata fallaces notas praebere, et numerum, proportionem

nem, figuramque variare, ac ſexum ludere affirmauit, legitima potius diſpoſitio ab omnibus plantae partibus deprompta et ex plurimis notis ſancita perfectiſſima erit, et talis obtinebitur, ſi ſitus, hactenus neglectus, omnium partium accurate conſideretur. Eiusmodi itaque propoſuit ordinem, et ſexaginta tres claſſes Cl. Auctor conſtituit; quas, vt ordo operis omnibus pateat, repetamus, et deinde quaedam genera, ad hanc vel illam claſſem relata, commemoremus.

Cl. 1. Fungi
2. Algae
3. Muſci
4. Filices
5. Fluuiatiles
6. Gramina
7. Piperitae
8. Orchideae
9. Conuallariae
10. Tripetaloideae
11. Iunceideae
12. Irides
13. Narciſſi
14. Lilia
15 Coronariae
16. Paraſiticae
17. Cichoraceae
18. Cinarocephalae
19. Corymbiferae
20. Dipſaceae
21. Rubiaceae
22. Vmbelliferae
23. Labiatae
24. Perſonatae
25. Aggregatae
26. Aſperifoliae
27. Rotaceae
28. Solanaceae
29. Volubiles
30. Biloculares
31. Contortae
32. Oleraceae
33. Tetrapetalae
34. Rheades
35. Senticoſae
36. Melanideae
37. Sarmentoſae
38. Ranunculaceae
39. Helioſcopiae
40. Caryophylleae
41. Succulentae
42. Gruinales
43. Tiliaceae
44. Bicornes
45. Sphendamnae
46. Chameleae
47. Vaginales
48. Calycifiorae
49. Campanaceae
50. Cucurbitaceae
51. Cor-

51. Corniculatae
52. Glaucophyllae
53. Apyrinae
54. Sepiariae
55. Roſaceae
56. Pomiferae
57. Columniferae
58. Papilionaceae
59. Lupulinae
60. Amentaceae
61. Cotini
62. Tricocceae
63. Coniferae.

Methodus itaque Cl. Auctoris, licet nonnullae claſſes ab aliis, inprimis LINNAEO in methodi naturalis fragmentis dudum propoſitae ſuerint, tamen ſuo modo noua dicenda erit; an autem ita comparata ſit, vt applauſum promereri, ac aliis, artificialibus quoque, praeferri debeat, nunc a nobis diſquirendum non eſt, moneamus ſaltem, nonnullas claſſes plurima, alias ſaepe modo vnum alterumque genus comprehendere. Ita in Claſſ. XII. *Crocus, Gladiolus et Iris*, Cl. XXV. *Globularia*. XXIX. *Conuolvulus* et *Frauca*, XXXI. *Peruinca*, *Cynanchum* et *Aſclepias*, XXXV. *Berberis*, XXXVI. *Viola*, *Reſeda*, *Ruta*, XXXVII. *Vitis*, XXXIX. *Ciſtus*, *Hypericum*, XLII. *Tribulus*, *Oxys*, *Geranium*, XLIII. *Tilia*, XLV. *Acer*, LIV. *Ilex*, *Euonymus* et *Rhamnus* continentur. *Viſcum* ad *Algas* non *Paraſitas*, *Triglochim* non ad *Gramina*, *Potamogetton* non ad *Fluuiatiles*, ſed vtraque cum *Aro* ad *Piperitas*, *Paris* ad *Iuncoideas*, *Sanguiſorba* et *Poterium* ad *Dipſaceas*, *Delphinium*, *Aconitum*, *Aquilegia* ad *Ranunculaceas*, *Tamariſcus* ad *Succulentas*, *Ficus* ad *Lupulinas* et ſ. p. referuntur.

In generibus denominandis plerumque TOURNEFORTIUM, in illis autem conſtituendis vtplurimum LINNAEUM ſecutus fuit, ſpecierum etiam nomina, ſecundum recentiorum leges, vel ab aliis recepit, vel noua condidit, de quibus ſapienter monuit: 1) notas, quae a fructificatione deſumuntur, vtplurimum certiores eſſe reliquarum partium characteribus,

bus, 2) ſitus caeterarum partium ita habendam eſſe rationem, vt ex eius diuerſitate, prae aliis notis, depromendus ſit character; 3) earum breuitati admodum ſtudendum, quae obtineri poterit, ſi diuiſiones in ſpecierum multitudine conſtituantur, quae includant characteres diſtinctiuos eſſentiales, omittendos in definitionibus ſpecierum. Vbique etiam ſelecta adponit Cl. Auctor ſynonyma, locum natalem ac durationis tempus adnotat, atque ſaepius deſcriptiones aliasque obſeruationes adnectit.

Genus vnum nouum, nouas vero plures ſpecies p. 272. condidit. Eſt illud *Tetrahit*, quo *Sideritidem glabram hirſutamque erectam*, quas vt varietates, dum, antequam floret, ſubhirſuta ſit, calicibus ſubſpinoſis, poſtea glabra et calices indurati horumque ſetae ſpinoſae euadant, vna ſpecie comprehendit, et *hirſutam procumbentem* C. BAUH. ſiſtit, a *Sideritide*, *Betonica* aliisque congeneribus differt ſtaminum breuiorum figura, quae ſcilicet intra corollae tubum ſunt approximata ac recta, aſt verſus faucem vtrinque externe diuergunt ad angulum rectum, ſicque cum ſtaminibus longioribus, quae recta manent, figuram crucis conſtituunt.

Inter ſpecies, quae vel accuratius definitae, vel curioſius deſcriptae, vel vt nouae propoſitae ſunt, eae inprimis hic commemorandae erunt, quarum delineatio, ſat elegans, a Cl. Auctore exhibita fuit. Sunt hae: 1) *Phalaris panicula ouato cylindrica ſpiciformi, glumis ciliatis.* p. 77. 2) *Poa panicula erecta, ſpiculis trifloris glabris, corollis acuminatis, calice duplo longioribus.* p. 91. 3) *Feſtuca ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, fol. involutis mucronato-pungentibus. Gramen phaenicoides.* I. B. p. 95. 4) *Bromus ſpiculis ſubbinatis compreſſis ſeſſilibus. Gramen ſpica Brizae minus* C. B. p. 98. 5) *Andropogon ſpicis binis terminalibus culmo indiuiſo* LINN. ſpec. p. 106. 6) *Andropogon ſpicis digitatis, floſculis* p. 107.

*alternatim geminis, hermaphrodito ariſtato ſeſſili, maſculo mutico pedunculato. Gramen dactylon Gal-*
p.187. *lo-prouinciale* TOURN. 7) *Centaurea calicibus ſquamoſis, foliis radicalibus indiuiſis petiolatis, caule* *vnifloro, ſubnudo. Iacea Cerinthes fol.* TOURN.
p.190. 8) *Staehelina fol. linearibus denticulatis, ſquamis calicinis lanceolatis, pappo calicibus duplo longiore.* LINN.
p.196. ſpec. 9) *Senecio corollis radiantibus caule ſimplici ſubunifloro, fol. indiuiſis, radicalibus petiolatis ſubtus incanis. Iacobaea craſſa hieracii fol.* TOURN. Cum *Senecione* calice cylindrico, et ſquamis calicinis ſphacelatis, cum *Doronico* ſquamis duplicis ordinis con-
p.209. uenit, et ita inter vtramque media eſt. 10) *Anthemis fruticoſa fol. linearibus carnoſis, pedunculis longiori-*
p.233. *bus nudis erectis vnifloris.* 11) *Bupleurum inuolucris et inuolucellis pentaphyllis, foliolis lineari-ſubulatis.*
p.237. 12) *Caucalis inuolucro vniuerſali diphyllo, partialibus pentaphyllis. Caucalis pumila maritima* TOURN. Aſt non hanc modo *Caucalidis* ſpeciem curatius definiuit, ſed omnes, a ſe viſas, aliter diſpoſuit, et nouam nomenclaturam ſynonymorumque applicationem aliam propoſuit, huiusque mutationis rationes fuſius hic
p.277. recenſuit Auctor. 13) *Teucrium fol. ouatis crenatis, floribus racemoſis, calicis labio ſuperiore cordato, ſta-minibus corolla breuioribus. Chamaedrys inſularum ſthaecadum* TOURN. Calices floriferi ſunt ſecundi, fructiferi oppoſiti, odore ſuauiter fragranti inſignis
p.333. planta. 14) *Plantago fol. lineari-lanceolatis pube-ſcentibus, ſpica ſubrotunda nuda, ſcapo ſubangula-to foliis longiore. Plantago argentea e rupe Victoriae*
p.344. TOURN. 15) *Draba caule diffuſo ramoſo folioſo, fol.*
p.352. *linearibus ciliatis.* 16) *Alyſſum caulibus fruticuloſis*
p.394. *diffuſis, fol. ſubrotundis incanis.* 17) *Ciſtus ſuffruti-coſus procumbens, fol. alternatim confertis inaequalibus ſetaceis. Helianthemum Coridis fol.* TOURN. 18)
p.405. *Arenaria fol. linearibus erectis ſubtus ſtriatis, floribus*
p.409. *faſtigiatis, inaequaliter pedunculatis.* 19) *Gypſophila fol.*

*fol. linearibus carnoſis triquetris, ſtaminibus petalis emarginatis breuioribus, Gypſophila repens* LINN. ſpec. 20) *Linum calicibus acutis, fol. lineari lanceolatis, paniculae pedunculis biflori. Linum trigynum* LINN. ſpec. 21) *Geranium pedunculis bifloris, fol. multifidis, laciniis obtuſis inaequalibus, petalis bifidis.* BURM. Geran. 22) *Theſium floribus ſubſeſſilibus, pedunculis folioſis, fol. linearibus. Theſium alpinum* LINN. ſpec. 23) *Daphne floribus ſeſſilibus axillaribus, fol. lanceolatis, caulibus ſimplicibus. Daphne thymelaea* LINN. ſpec. 24) *Anthyllis herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, pedunculis axillaribus folio longioribus, capitulis nudis.* 25) *Vicia pedunculis multiflori, petiolis polyphyllis, foliolis villoſis, ſtipulis acutis integris appendiculatis. Vicia incana multiflora* TOURN. Quae in montoſis caulem et folia incana, in pratis minus hirſuta oſtendit.

p. 421. p. 434. p. 442. p. 442. p. 490. p. 497.

Praeter has autem indicatas ſpecies, plures alias vel deſcripſit, vel ad alia genera amandauit, vel vt varietates coniunxit, vel nouis nominibus inſigniuit. *Filicula ſaxatilis elegantiſſima* TOURN. cuius fructificationes totum fere diſcum folii cooperiunt, dicitur *Acroſtichum frondibus ſubpinnatis, pinnis alternis cuneiformibus inciſis.* Inter *Phlea* recenſetur, *Gramen nodoſa*, et aliud *tuberoſa radice* TOURN. et ſpecifice determinatur. *Cenchrus racemoſus* LINN. inuolucro deſtituitur, omnesque flores hermaphroditi ſunt, hinc ad *Agroſtin* amandatur nomine *Agroſtis paniculaſpicata, glumis echinatis. Tamus communis* et *cretica* LINN. ex collatione ſpeciminum, in Herbario TOURNEFORTII, quod diligenter inſpexit et plura exinde didicit Cl. Auctor, occurrentium coniungitur, in vmbra enim nata planta folia gerit latiora, ſinuata ac triloba. *Picris echioides* LINN. vocatur *Picris foliis ſummis florem obuoluentibus*, et *Sonchus oleraceus* et *tenerrimus* LINN. vniuntur nomine.

p. 71. p. 78. p. 83. p. 136. p. 160.

p.161. mine *Sonchi pedunculis tomentoſis.* *Hieracium inte-*
p.166. *grum* LINN. *Hieracium fol. lanceolato linearibus in-*
*tegris villoſis, ſcapo vniflora; hedypnoides* LINN.
*Hieracium fol. oblongis dentatis pubeſcentibus ſcapo vni-*
*flora* appellatur, et ſic in reliquis huius generis ſpe-
p.171. ciebus noua vbique fere occurrunt nomina. *An-*
*dryala integrifolia* et *ſinuata* LINN. combinantur,
eadem enim planta folia inferiora gerit haſtato-ſi-
nuata, ſuperiora integra, obſolete dentata. *She-*
p.228. *rardia muralis* LINN. corollam planam habet et
*Galium foliis ſenis linearibus, ramis ſimplicibus, fructi-*
*bus hiſpidis ſubſeſſilibus* dicitur. *Scandix auſtralis ſ.*
p.251. *cretica* a *vulgari* non differt, vt iam obſeruauit RA-
IUS, ſeminum latera in vtraque pilis hiſpida eſſe,
qui vero per maturitatem euaneſcunt, vidit Cl. Au-
p.260. ctor. *Brunella fol. pinnato-laciniatis* a *vulgari* diſtin-
cta aſſumitur, *grandiflora* autem cum hac combina-
p.292. ta relinquitur. *Pinguicula vulgaris* et *alpina* LINN.
nomine *Pinguiculae nectario apice attenuato*, combina-
p.293. tur, vt et *Fumaria offic.* ac *capreolata*, prior enim, vt
iam MAGNOLIUS vidit, vicinis ſaepe plantis ad-
haerere ſolet, et ita, vbi adminicula adſunt, petioli
p.306. ſcandendo incuruantur. *Lyſimachia*, *Linum ſtella-*
*tum* LINN. licet capſula non horizontaliter, ſed
quinquefariam longitudinaliter dehiſcat, ad *Centun-*
*culum* refertur, et ita duae ſpecies, *foliis alternis* et
p.326. *oppoſitis* diuerſae, aſſumuntur. *Vinca maior minor-*
*que* LINN. in hortis quidem immutatae perſiſtunt,
in loco autem natali variant, et in humidis vmbro-
ſis folia ſunt latiora floresque maiores, in ſterilio-
ribus et ſiccis anguſtifolia et flores minores albicantes.
Nomen vtrique datur *Peruinca corollae tubo amplo*
p.368. *patente.* *Braſſicae* duae determinantur nouae ſpecies,
*alpina* TOURN. *Braſſica foliis inferioribus petiolatis ſub-*
*ſerratis, ſummis lineari lanceolato integris*, et *campeſtris*
*purpurea* TOURN. *Braſſica fol. caulinis cordatis am-*
*plexicaulibus; petalis patentibus, ſiliquis obtuſe tetra-*
*gonis*

*gonis* nominatur. *Ruta montana* a *graueolente* distin- p. 377.
guitur, et prior est *Ruta fol. decompositis laciniis linearibus*, posterior *Ruta fol. decompositis, laciniis lanceolatis obtusis*. *Cisti* historia, dum species quin- p. 392.
decim, accurate distinctas, nouisque nominibus insignitas, proposuit Cl. Auctor, egregie illustratur. *Cistus ledi-* et *salicifolius* variant caule erecto et diffuso, fol. subullosis et glabris, superioribus integris et dissectis, solae capsulae constanter differunt, hinc prior dicitur *Cistus herbaceus fol. alternatim consertis, subtus incanis, capsulis longitudine calicis*, posterior eundem gerit habitum et folia, *capsulae* autem *calice longiores* sunt et sic in reliquis. *Rosarum* quin- p. 465.
que a LINNAEO stabilitae species nomine *Rosae stipulis eminentibus* combinantur; quo loco legimus: *Rosas Europaeas, ex vna specie ortas fuisse, probant semina bifpida, calices muricati, folia pinnata, petioli canaliculati, aculei caulini, aliaque attributa communia.* *Alceae* non duae, sed vna saltim conseruatur p. 478.
species, limites enim inter vtramque nullos a natura positos fuisse patet ex plantae in solo natali consideratione, quae foliis ludit integris, angulosis et palmatis, pro ratione aetatis, praeterea folia radicalia a caulinis diuersa saepe occurrunt. *Medicaginis* p. 515.
plures distinguuntur species, charactere a fructus diuersitate inprimis desumpto. *Iuniperus communis* et p. 545.
*oxycedrus* specifice distinguuntur quidem, non autem foliorum charactere, haec enim variant, terna, quaterna, et, vt in *Virginiana*, vbi erumpunt, imbricata, postea patentia euadunt, sed baccarum magnitudine, quae in *oxycedro* rufescentes duplo maiores *iunipero communi* describuntur.

Haec de speciebus notata sufficiant, seligamus tandem nonnullas obseruationes, quae de industria, in examinandis plantis, a Cl. Auctore adhibita, egregie testantur. In *Phasco* LINN. anthera calyptra in- p. 65.
strui-

p.105. ſtruitur, quam autem cito deponit. *Cynoſuri aurei* LINN. ſpiculae ſteriles, ſi pro inuolucris aſſumantur, Cynoſuri erit ſpecies, ſecus ad Melicam amandandus. Nonne potius pro diſtincto genere aſſu-
p.144. mendus? vt fecit BOEHMERUS. *Narthecium* ab *Antherico* ſeparatur, totus enim habitus dicitur diuerſus, et praeterea flos calyculatus, ſtyli nulli, ſtigmata tria, filamenta glabra, capſularum locula-
p.145. menta diſiuncta. *Bulbocodium* TOURN. non bene ad *Crocum* refertur, attamen peculiare genus non
p.148. conſtituit, ſed *Ixiae* ſpeciem. *Ornithogali lutei* LINN. petala longitudinali nectarifera linea inſtruuntur, hinc ad *Fritillariam* amandatur nomine: *caule diphyllo, petalis patentibus.* *Liliaſtrum* TOURN. petalis ſenis et ouario ſupra corollam ab *Hemerocalli* differre, bene Auctor monuit; an vero *Anthericum petalis conniuentibus, floribus ſecundis campanulatis* dici et Fritillariae citata ornithogali ſpecies addi poſſit,
p.157. aliis diiudicandum relinquimus. *Hypociſtis* diſtinctum eſt genus, ſtylo clauato, longitudinaliter antheras lineares, filamentis deſtitutas, infra ſtigma ſtellatum ſitas, nectente, ab *Aſaro* diuerſum. *Lyſi-*
p.307. *machia tenella* LINN. ſtaminibus cum *Anagallide*, capſula cum *Lyſimachia* conuenit, ideoque haec duo genera coniungenda forte eſſe Cl. Auctor exiſtimat.
p.341. *Coriaria* femina filamentis antheriferis inſtruitur, eſt
p.342. tamen ſine concurſu maris ſterilis. In *Myagro perenni* LINN. ſiliculae duae, vno articulo coniunctae adſunt, inferiori abortiua, ſuperiori vnico ſemine foeta; in ſatiuo autem ſiliculae apice bifariam dehiſcunt, ſeptoque intermedio in duo loculamenta, ſeminibus foeta, diuiduntur, in reliquis ſpeciebus ſeptum quoque adeſt, ſed quia ſemen vnicum in vnico tantum loculo perficitur, alter per maturitatem obliteratur loculus, ſepto ſenſim appreſſo a ſemine turgido verſus loculum alterum, in quo ſemen

non

non perficitur. *Alſine* et *Arenaria* diſtincta manent genera eo charactere, vt prior petalis bipartitis a poſteriori differat, *Stellaria* vero, quia ſtaminum numerus inconſtans, ad *Alſinen* amandanda; *Moehringia* eſt *Arenaria corollis tetrapetalis*. *Geum* TOURN. a *Saxifraga* ſitu germinis differt. In *Corrigiola* et *Telephio* externam foliorum baſin obducit membranula tenuis, diaphana, ſemilineam longa, quandoque bifida, cauli adnata, perſiſtens, quae vera ſtipula eſt. *Aquifolium* in viuis ſepibus vſurpatum ſaepe tonſum, nec ad arboris altitudinem aſſurgens, foliis ſemper gaudet ſinuoſis, vndulatis et ſpinoſis, adulta vero et arboreſcens in loco natali foliis planis, inermibus, integris, in acutum apicem abeuntibus, (culta apud nos arborea planta ſemper priorum foliorum faciem oſtendit). Sexus praeterea in diſtincta planta diuerſus occurrit, et hermaphroditi petala quinque, maſculi petalum quadripartitum et ouarium abortiens gerunt. *Quercus*, *Ilex* et *Smilax* et *Gramuntia* LINN. vnam conſtituunt ſpeciem, et folia inferiora ſinuato dentata, ſenſim minus ſinuata euadunt, aculeisque deſtituuntur, ac tandem in minoribus ramis integerrima, longiora, et molliora obſeruantur; ita conuenit *Ilex* et *Aquifolium* foliorum luſu. *Potentilla foliis ternatis, fructibus baccatis, ſtolonibus repentibus* eſt *Fragaria*; eamque cum *Potentilla* coniungi debere, *ſterilis* dicta ſpecies docet. Macula nigricans, quam in ſtipulis *ſatiuae viciae* annotauit LINNAEUS, etiam ex obſeruatione Cl. Auctoris in aliis ſpeciebus deprehenditur. *Melilotus* a *Trifolio* commode ſeparatur, differentia a leguminibus nudis ſtabilita.

p. 403. p. 425. p. 449. p. 461. p. 531. p. 470. p. 498.

Haec primaria ſunt Cl. Auctoris obſeruata, alia lectoribus notanda relinquimus. Id modo adhuc moneamus, Cl. BERNH. IUSSIAEUM auxiliares huic operi manus admouiſſe, et licet vnica tantum

vice,

vice, occaſione *Scirpi lacuſtris* ſummi huius Botanici nomen notatum inueniamus, plura tamen eidem forte, tribuenda eſſe, vel exinde colligimus, quia Cl. Auctor in praefatione honorificam eiusdem mentionem fecerit, ipſique publice gratias egerit. *Scir-*
p. 115. *pus* ille ex nimia aquae copia ſterilis euadit, culmis deſtituitur, aſt folia admodum producuntur, aquarum fluxui obedientia, haec varietas, ex planta inundata, orta, eſt *Alga fluuiatilis longiſſimo folio* TOURN.

Finitur totum opus quatuor indicibus, 1) Generum, 2) Synonymorum, 3) Nominum Gallicorum, et 4) Stirpium, quae peculiarem locum natalem nanciſcuntur, ſcil. alpinarum *et* maritimarum.

## III.

Inträdes tal om Barns Skötſel igemen, hallet för Kongl. Vet. Acad. den 16 April Ar 1760, af DAVID SCHULZ, M. D. Med. vid. F. M. Barnhuſet. Po Kongl. Vetenſkaps Acad. befallning. Stockholm, Tryckt hos Directeuren Lars Saluius 1760. 8 mai. pl. 3.

h.

Sermo aditialis, de cura infantibus debita in genere; in conſeſſu Soc. Reg. Scient. die 16 April. 1760 recitauit DAVID SCHULZE, M. D. Orphanotrophaei fabrorum murariorum liberorum (*Freymäurer*) Medicus.

p. 3. Improbat, recens natos aquae loco lauari vino, aut, quod fere in Suecia moris eſt, cereuiſia oleo mixta; item quod infantes, dum lauantur, aut inuolucra illorum mutantur, ſoleant prope prunas teneri, quo tene-

tenerum corpus iniuriis aeris omnibus vehementius
sentientis debilitatur, vt nihil de nociuo vapore pru-
narum dicamus. Aqua tepida lauari iubet; nec, vt
fit interdum, ad scabiem capitis impediendam, cor-
pusculum a prunis calens frigidissima imbui. Fenni p. 4.
et Russi ex vaporario calidissimo ablatos frigidae im-
mergant, quo fit, vt multi pereant, et fecundae gen-
tes penuria tamen adultorum laborant, etsi negan-
dum non sit, qui perferunt hanc vicissitudinem, eos
ad omnem coeli inclementiam ferendam robustiores
fieri. Linteis coerceri et grauari infantem, multas p. 5.
ob causas damnat, nec non somnum, aut stuporem
potius, cunarum agitatione prouentum. Strecae p. 11.
dimidium diem aut ad summum integrum nato
mammas praebent, sed cum bene nutritus ex vtero
prodeat et tempore opus habeat, quo in nouam,
quam iam agere debet, vitam se componat, mauult
Noster, secundum aut tertium diem exspectari, quo
etiam vtili demum lacte mammae turgent. In offi-
cio matrum liberos suos lactandi prolixus est, etsi
nolit, infantibus, ad gemitus illorum cohibendos, quo-
uis momento mammas praeberi, ob mala, quae
producere potest lac in ore acescens. Brutorum p. 15.
lac qui humano praeferunt, non cogitant, quae-
cunque humanum corrumpere possunt, vt animi
motus, morbos in bruta etiam cadere, magisque
infanti conuenire tepidum lac, quod ex mamma fu-
git, quam quod refriguit. Deinde infantes ita edu-
catos tenerae esse valetudinis, ad experientiam pro-
uocat. Infans quidam iusculo ex auena cocto, cui
aequalis pars lactis dulcis admiscebatur, nutritus, p. 16.
colore viuace et prospera valetudine deinde caruit,
et variolas inoculatas difficillime pertulit, licet tri-
bus eius sororibus variolae blandissimae eodem tem-
pore contingerent. Lacte vaccino suos nutriunt
Groenlandi, Islandi, Sibiri, Bothniae orientalis in-
colae,

colae, ſed omnes poenam paucitate adultorum
p. 17. luunt. Suadet, vt 5 aut 6 ſtatis vicibus horis 24 infans lactetur, nunquam ab eſuriente, nec priusquam duae horae a prandio aut coena elapſae ſint. Remedia, quae nimium inualidus ventriculus digerere nondum poteſt, mauult nutrici dari, vt eius ope infanti praebeantur.

p. 18. Infantibus multis credit cataractam a nimia luce admiſſa natam, aut luſcos factos, qui oculos ad lumen ab vna ſaltim parte poſitum ſemper dirigere ſueuerint. Auditui vero tenero nocuiſſe ſubitos fragores in aurem irruentes, et ſimiliter olfactui aut guſtui, quae vehementius in illa organa egerant. Remoueri a mammis iubet infantem, cui 16 aut 20 dentes ſint, et vegetabilibus, lacte, iuribusque non
p. 19. pinguibus nutriri. Sacchari mediocris vſus refrigerat et nutrit, pinguia aquoſis vniendo, et aciditatem minuendo. Infantes, quibus nihil carnium, praeterquam iuscula, praebitum erat, bene valuerunt, et feliciter inprimis variolarum inoculatio ſucceſſit, non niſi leniter purgantibus praeparatis. Ge-
p. 20. neratim mallet, vt parcius carnibus veſceremur, quibus non poteſt non ſanguis noſter velut acui, vt motus animi corporisque incommoda inde oriantur. Dentibus obſunt calida, acida, aromatica,
p. 21. vnde ruricolis optimi dentes. Si primis quidpiam nocuerit, plerumque ſecundi etiam eius damni per totam noſtram vitam nos admonent.

p. 22. Thoraces damnat illisque adſcribit, quod Holmiae quinquageſima ſexta puerperarum pereat, etſi procul dubio illarum cura ibi multo melius habeatur, quam in regione metropolim circumiacente, vbi nonageſima ſexta interit, aut in Dallandia, Norrlandia, Sauolaxia, vbi centeſima triceſima perit.
p. 23. Reliquas etiam veſtes, quibus Europaei corpus nimium quantum coercent, tardius iniiciendae infantibus

tibus, tibialia non, niſi menſe nono exacto, detrahendo, cum lecto traduntur; ſoleas illis coreaceas addit, vt inſiſtere pedibus mature diſcat infans, teneri enim pedes firmantur exercitio hoc, non curuantur. Calceos, niſi ſolum vehementer frigeat et madeat, non niſi poſt ſesqui annum inducit. Veſtes, vt pro tempeſtatis conditione mutentur, ſuperfluum putat; Lappones et ruſtici Sueci iisdem perpetuo veſtibus p. 24. vtuntur; animalibus tegumenta, quae natura dedit, ſemper ſufficiunt, ſuffecere haec tegumenta ipſis hominibus inter feras educatis. Ceterum frigus melius arceri togis late corpus circumfluentibus, quam veſtibus arctius illud ſtringentibus, experientia docuit: pedes manusque frigida vult p. 25. quotidie lauari, quam lotionem mederi magis rheumatiſmis, quam illos prouocare, Angli experti ſunt. Primo aetatis anno in Suecia moritur puer quartus, p. 27. puella quinta; inter primum et tertium infans decimus nonus aut viceſimus; inter tertium et quintum triceſimus octauus; inter quintum et decimum ſeptuageſimus nonus; inter decimum et decimum quintum centeſimus ſexageſimus primus, inter decimum quintum et viceſimum centeſimus ſexageſimus ſextus; ab ea aetate quotannis creſcit moriendi periculum, et nonagenario vitae adhuc annuae eadem rurſus ſpes eſt, quae fuerat recens nato. Aegri vero infantes raro ibi naſcuntur, moriuntur ergo, quia morborum cauſſas, qui curam illorum habent, augent magis, quam tollunt.

Iam pergit ad inſtituta, vbi publicis impenſis p. 28. orbi, ſpurii vel expoſiti educantur. Holmiae ſeptimus infans illegitimus eſt, in regione campeſtri quadrageſimus ſextus, in Dallandia vix centeſimus. In orphanotropheo, cui medicus eſt Noſter, eliguntur p. 31. recipiendi, matres nomen et documenta edunt, infantes apud ſe retinent, aut curandos aliis tradunt,

ſingulis vero ſeptimanis 1½ vel 3 *daleros monetae cu-preae* accipiunt. Suadet autem Noſter, ſi maiori-bus diuitiis aliquando polleat inſtitutum, poſſint-que infantes omnes recipi, vt impediendis infantici-diis, nihil omnino de parentibus inquiratur, omni-bus, qui eo confugiant, idem beneficium ſecundu-
p. 32. ſortis ordinem concedatur. Inde á fine anni 175[illegible] quo orphanotropheum hoc, laetitiam ſuam de nat[illegible] Regi filia, Sophia Albertina teſtaturi inſtituerunt ei[illegible] Auctores, infantes 978 recepti ſunt, iam 250 pe[illegible] petuo nutriuntur. Angli, dum in ſimili inſtituto te[illegible] tarent infantes absque lacte humano educare, ex 5[illegible] intra anni tempus, perdiderunt 45; contra ex 8[illegible] qui nutricibus dati fuerant, ſaltim 29. Holmi[illegible] primis infantibus pultem praebuerunt ex aequis par-tibus lactis et aquae factam, admixtis fruſtulis panis azymi ſecalini, inquietis, ptiſanam ex oryza co-ctam, euentus vero monuit, ne hoc educandi modo vlterius vterentur. nfantes enim plurimi perierunt apoplexia, quam praeceſſere vomitus et dyſenteria: poſt ſemper nutrices adhibitae ſunt. Holmiae, vt Londini animaduerſum eſt, plures ſeruari eorum, qui ruricolis, quam qui vrbanis lactandi tra-duntur. Aer enim liberior, et modus viuendi na-turae conuenientior, ruri adeo proſunt infantibus, vt Galli Anglique, etiam lautiori fortuna vtentes, ſuos in rure educari faciant; ſed cum varia hinc naſcan-tur incommoda, credit Noſter, emolumenta, quae inde ſperantur, etiam apud ipſas parentes obtine-poſſe, ſaltim educatione minus artificioſa, quam el-
p. 35. vulgaris. In ipſum orphanotropheum non recipien-di ſunt tenerrimi infantes, cum, vbi multi illorum continentur, nec aer ſatis purus ſeruari poſſit, nec de-
p. 36. bita omnium cura haberi. Holmiae initio recipie-bantur ſesqui annum egreſſi, poſt biennes, iam de-mum quadriennes. Londini et Pariſiis non ni-

quinquennes recipiunt. Antequam recipiantur, variolae illis implantandae ſunt. Dolet Noſter, vſum huius inplantationis difficulter adhuc Suecis perſuaderi, cum tamen nonus quiuis in Suecia natorum variolis naturalibus pereat, illisque quotannis nouem millia in toto regno interimantur, contra, ex ſeptem aut octo millibus, quibus intra et extra Sueciam variolas artificiales dari vidit, aut ipſe dedit, nullum periiſſe, aut in vitae periculo conſtitutum fuiſſe, aſſeuerat; orphanorum anglicorum omnium, quibus morbus hic datus eſt, vnicus interiit. Eius- p. 37.
dem ſocietatis, quae Holmiae orphanotropheum inſtituit, membra, in vrbibus *Goetheborg* et *Criſtianſtadt*, domos recipiendis, quibus variolae implantentur, erexerunt. Conſultum etiam putat, vt, antequam recipiantur, morbillos artificiales perpeſſi ſint. Infantes in inſtituto Holmienſi educantur vs- p. 41.
que ad annum ſeptimum, deinde vel mittuntur in maius, quod vocatur, orphanotropheum an. 1632 fundatum, vel parentibus redduntur, vel traduntur patribus familias, qui illos deſiderant. In maiori illo orphanotropheo iam deputatorum ſtatuum imperii beneficio 300 educantur, vsque ad 12 aut 16 annum, quibus, vt ſeruiant, aut opificia diſcant, exeunt.

## IV.

Traité anatomique de la Chenille, qui ronge le bois de Saule, augmenté d' une Explication abregée des Planches, et d'une Deſcription de l' Inſtrument et des Outils, dont l'Auteur s'eſt ſervi, pour anatomiſer a la Loupe et au Microſcope, et pour determiner la force de ſes Verres, ſuivant les regles de l'Optique, et mechaniquement. Par PIERRE LYONNET, Avocat par devant les cours de Iuſtice; Interprête, Maitre des Patentes et Secretaire des Chiffres de Leurs Hautes Puiſſances, Membre de la Societé Royale de Londres, de la Societé des Sciences de Hollande, des Academies Royales de Roüen, et de Berlin, et de l'Academie Imperiale d' Hiſtoire Naturelle. A la Haye aux depend de l'Auteur. 1762. Alph. 3. pl. 16½. tab aen. 18.

i. e.

Diſſertatio anatomica de eruca, quae ſalicis lignum rodit. Auctore P. LYONNET.

Habetis in egregio hocce opere Lectores illuſt exemplum, humanae, in examinandis rerum naturis, induſtriae, quae tanta fuit in Cl. LYONNET, vt ſimile quid occurrere nobis vix meminemus. Erucae enim, quae in hoc opere deſcribitur *) inſe

*) Eleganter eam depinxit et deſcripſit b. ROESELIUS vid. *Inſ. Beluſt. Vierte Samml.* p. 113. ta XVIII. Phalaena ex eo proueniens eſt *Phalae Coſſus* LINNAEI Syſt. Nat. T. I. p. 504. n. 4 vid. quoque FRISCH. Inſ. P. II. tab. I.

inſecti paucorum vix pollicum longitudinis, externas internasque partes, Vir Clariſſimus tanta cura diſſecuit, tam accurate deſcripſit, tamque elegan-ter et ſubtiliter delineauit, ſuaque manu aeri inciſas propoſuit, vt fatendum nobis ſit, tot ſaeculorum labores, tot ſummorum virorum vigilias, quas humani corporis partibus examinandis deſcribendisque impenderunt, ſimile quid, multo minus perfectius, praeſtare haud potuiſſe. Ad hoc vero tam arduum opus, Noſter animi quadam, aegritudine et indignatione delatus impulſusque eſt. Cum enim diuturnam indefeſſamque, vniuerſae inſectorum hiſtoriae, non ſine ſuo, vt videbatur, magno commodo, per multos annos tribuiſſet operam, accideretque, vt alios eidem ſtudiorum generi addictos plurima eorum, quae ſolum ſe cognouiſſe opinatus fuerat, non minus vidiſſe atque publicare etiam ſcriptis ſuis intelligeret; repente mutauit conſilium, atque in aliam quaſi regionem ſuae induſtriae curſum flectere, apud animum conſtituit. Scilicet ab vniuerſa inſectorum conſideratione, ad anatomen eorum deflexit, et poſt varia tentamina, ad erucae huius partium diſſectionem deſcriptionemque animum applicauit; quod conſilium adeo bene ceſſit, vt paucorum annorum ſpatio, opus hoc feliciſſime ad finem perductum videret. Atque exhibuit profecto inſigne induſtriae et diligentiae ſpecimen, quam et ipſa re, et figurarum aeri inciſarum elegantia abunde nobis probauit. In quo miramur ſane, octo aut nouem parciter erucas ipſi ſufficere potuiſſe; plures enim, vti confirmat ipſe, huius operis cauſa haud diſſecuit. Neque tamen obfuit haec ſpeciminum paucitas vllo modo cauſſae ſuae, aut examinis ſubtilitati. Ita potius perſpicue accurateque de minimis quibusque particulis diſputat, vt, qui legerit hunc librum, nec mirari, nec gaudere facile deſierit. Nec mole-

ſtiam creabit legentibus nouarum appellationum cumulus. Pauciſſimis enim huius inſecti partibus, ab ipſo accuratius deſcriptis, aut primum obſeruatis, noua nomina impoſuit, reliquas certis tantum ſignis, ac litteris, aut numerorum figuris diſtinxit ſignauitque. Totum vero erucae corpuſculum, vt facilius poſſet lectori deſignare, regionem certam illius corpuſculi, lineis aliquot idealibus, id eſt pro lubitu delectis, diſtinxit; illasque regiones ſiue ſpatia iſta in ipſo opere diligenter explicauit. Porro etiam in figurarum exſcriptione, ac in aeneis tabulis depictione, id arte ſua, quae prorſus inſignis eſt in hoc viro, effecit, vt ſcalpendo, et linearum ac punctorum ſitu et figura varia, partes vicinas corpuſculi erucae diſtinguerent, vt dignoſci a quoque ſtatim poſſent. Nempe neruorum aliae, aliae muſculorum, aliae pinguedinis, aliae bronchiorum in tabulis lineae ſunt. Ne vero quis credat Auctorem aliquam fabulam anatomicam, non veram deſcriptionem, nobis hoc opere propoſuiſſe, cum tanta ſit partium huius erucae multitudo, tenuitas et ſymmetrica elegantia; teſtes ſuorum tentaminum nominauit Ill. Com. DE BENTINCK et Lugdunenſem Profeſſorem Cl. ALAMAND. Porro, quo facilius vnusquisque tentamina iſta repetere, et in veritatem rei ipſe poſſit inquirere, in epiſtola, quae ad Cl. LE CAT data et annexa huic operi, publicata tamen iam antea in Actis Societatis Harlemenſis fuit, inſtrumenta, quibus ipſe in diſſecando vſus eſt, et rationem modumque veribis et figuris depingit, ſimulque modum, quo in vſu microſcopiorum ſuorum aeſtimanda et determinandi vſus eſt, indicat.

Vt ordine autem procederet erucae huius deſcriptio, praemiſſa eſt breuis aliqua naturalis illius inſecti hiſtoria, qua vitam eius Cl. Auctor breuiter deſcribit. Deinde vero de externis interni

nisque eius partibus, primo in vniuersum, tum seperatim, exponit. Rodit haec erucae species maxime salicum, raro secundum Nostrum aliarum arborum truncos, quamquam a ROESELIO, quem superius allegauimus, in quercubus inuenta fuit. Ex ouulo nascitur, quod phalaena, quae ex hac larua prouenit, arborum truncis, ope cuiusdam humoris in aere indurescentis, agglutinat. Ouulum ipsum grani milii magnitudinem habet, oblongum et eleganter striatum est; ex eoque sub cortice salicis aut alius arboris, circa mensem augustum, eruca minor erumpit. Sed pauciſſimae tantum huius speciei erucae in vna arbore prouenìunt, cum, si plures nascerentur, trunci, cuius lignum, canalibus hinc inde per illum fossis rodunt, magnitudo ad earum nutritionem haud sufficeret. Vix, quamdiu adolescunt, colorem suum hae erucae mutant, quamquam saepius integumenta sua, et, quod mirum, non ea solum, sed cum exuuiis illis, cranium simul, maxillas, corneam, antennas pluresque alias partes deponunt. Vitam haec eruca per aliquot hyemes protrahit, qua in re a reliquis diuersa est. Hyeme accedente, folliculum sibi ex ligni frustulis parat, in quo, ad sequens ver, sine vllo victu aut motu, viuit. Magnitudo, ad quam solet accrescere, variat, cum duorum aliae, aliae quatuor pollicum longitudinem habeant. Pro ratione tamen ouuli incrementa tanta capit, vt ouuli ad erucae adultae pondus sit eadem ratio, quae 1 ad 72000. Varios inter reliqua insecta hostes habet, cum non solum variae muscarum ichneumonum species oua sua in hanc erucam mittant, sed et pulicum aliquod genus eam infestet. Haec vero erucae species, ad suam in chrysalidem phalaenamque mutationem, se ita circa initium mensis maii quasi praeparare solet, vt nisi arboris, ex qua alimenta petit, et cuius in trunco viuit, cortex p. 2. p. 13.

aperturam aliquam iam habeat, talem ſibi formet, per quam, in phalaenam mutata, commode prodire poſſit. Ad eam folliculum ellypticum, ex ligni fruſtulis inter ſe iunctis, parat, cuius pars anterior reliqua longe tenuior eſt, vt phalaena eo facilius inde egrediatur: caput enim erucae in eo delitescentis hanc aperturam verſus ſitum eſt. Haec vero ipſa eruca, huic folliculo incluſa, ſenſim ſenſimque brunum colorem accipit, magisque ad anteriorem partem contracta, exuuiis depoſitis in chryſalidem mutatur. Huic vero anterius ad oculos duae ouſpides accreſcunt, aliaeque praeterea nonnullae in dorſo, quibus euolutione peracta inniti, anterioremque inuolucri partem perfodere ſolet. Quod ſi vero, eo folliculo perfracto, aurelia, per foramen ad folliculum ſitum, ex parte egreſſa eſt, quieſcit, donec inuolucro anterius rupto phalaena procedat. Haec primo imperfecta eſt, mox vero alas expandit, coit, ouisque ſuis excluſis paulo poſt moritur.

p. 20. In altero tractationis huius capite totum erucae corpus, quo facilius lectores diſtinctam partium deſcriptarum ideam ſibi formare, locaque ſingula, de quibus deinceps diſſeritur, in figuris inueniri poſſint, *idealibus* quibusdam, vt vocat, *lineis*, in partes diuiditur. Conſtat vero huius erucae corpuſculum, ex capite et duodecim annulis, quae omnia duodecim *lineis tranſuerſis idealibus*, quas *diuiſiones* vocat Noſter, a ſe inuicem diſtinguuntur. Octo porro *longitudinalibus* lineis pariter corpuſculum erucae Noſter ita diuidit, vt eam, quae dorſi longitudinem metitur, *ſuperiorem*, quae ventris *inferiorem*, quae in latere ſtigmata tranſeunt *laterales*, et quae in ſpatiis his quatuor longitudinalibus incluſis parallelae decurrunt, *intermedias* vel *ſuperiores* vel *inferiores* dicat. Inde fit, vt totum corpuſculum, octo longitudinalium duodecimque tranſuerſarum linearum

rum ope, in centum et quatuor minora ſpatia diſtinctum ſit, facileque et illico lectores ſitum partis cuiusdam, ab Auctore commemoratae, inuenire poſſint.

Tertium caput exteriores erucae partes, veluti nudo oculo examinatae adparent, deſcribit. Color illius ita comparatus eſt, vt ſuperius in dorſo ſtriam habeat ſatis latam, quae ſanguſinei vel obſcurioris nonnunquam coloris eſt. Reliquum corpus carneum colorem, quodammodo flaueſcentem, et inferius hinc inde maculas rubras oſtendit. Figuram porro Noſter corporis erucae deſcribit, breuiterque de locis actione muſculorum ſubiectorum depreſſis, inque corpore eius conſpicuis, de plicis, de pilis et ſquamis nonnullis (*ecailles*) in prioribus annulis detegendis, agit. In ſingulo latere haec eruca nouem *ſtigmata*, per quae aer ad interiora eius penetrat, et octo *pedum* paria habet: tria ſcilicet *anteriora*, vngue vncinato terminata, ad tres priores annulos ſita, quatuor *intermedia*, quae ſexto, ſeptimo, octauo, nonoque annulo adplicantur, vnumque *poſterius*, vltimo annulo adnexum. *Anteriores pedes*, variis partibus inter ſe connexis compoſiti, ſine figurae mutatione mouentur; *intermedii* contra et *poſteriores*, articulis carentes, variam ſi mouentur figuram nanciſcuntur, nec vncinato terminantur vngue. Caput in hac erucae ſpecie magis, quam in aliis, latum planumque eſt, roſtrumque illa elatum fert et attollit (*elle porte le muſeau au vent*), quo lignum facilius rodendo, ſibi per illud viam parare poſſit. His ita traditis, de partibus, quae in capite erucae nudo oculo diſtinguuntur, Cl. Auctor breuiter exponit, pluribus vero eas microſcopio examinatas quarto capite deſcribit. p. 26.

Capitis erucae ſuperius viſi mediam partem *ſquama* triangularis occupat, cuius baſis ad roſtrum eru- p. 34.

cae, apex ad collum finitur, quam Cl. LYONNET *frontalem* dicit. Per eius longitudinem vndulatim duo ſulci procedunt. Variis porro ornatur pilis, ſuperficiesque ipſa, ſquali piſcis corii inſtar, rotunda granula oſtendit. Squamae huius baſi alia ſquamoſa lamina (*lame ecailleuſe*) adhaeret, roſtrum ſiue proboſcidem erucae efficiens, quam Noſter *labium ſuperius* dicit. Lamina haec duabus conſtat partibus, anteriore et poſteriore plica tranſuerſa inter ſe nexis, vt anterior, ad poſteriorem retracta, abſcondi ſub eadem prorſus poſſit. Lateraliter frontali ſquamae duae *parietales* iunguntur, et cum ea maximam cranii partem conſtituunt. Earum anteriori parti adhaerent *antennae* et *maxillae*, et hae quidem duplici modo et ginglymo. Arcuata enim aliqua laminae parietalis apophyſis in ſimilem maxillae cauitatem recipitur, et contra cotyloidea aliqua maxillae apophyſis ſimilem cotyloideam cauitatem parietalis ſquamae intrat. Poſterior huius laminae pars erucae occiput format, in latere vero ſingulo ſex oculi reperiuntur parui, conuexi, laeues, inaequalis magnitudinis, et, cum pellucentem corneam habeant, difficile a foraminibus ſquamae, per quae pili prorumpunt, diſtinguendi. *Antennae*, pariter in anteriore parte huius ſquamae ſitae, conicae ſunt, tribusque tubis componuntur, quos eruca in ſe retrahere et abſcondere poteſt. Pilo tribusque paruis eminentiis eas ornari Cl. Auctor oſtendit, proximeque ad oculos hac, vt videtur, de cauſa ſitas eſſe coniicit, vt earum ope eruca, vel vt alia inſecta palpebra deſtituta, oculos tueri, leuiora obſtacula dimouere de via, corporaque nimis propinqua, quae videri poſſint, tactu diſquirere queat. Odoratus quoque organon, aut alius forte, quo nos caremus, ſenſus eſſe poſſe autumat.

*Maxil-*

*Maxillae* duae, quas alii ſcriptores *dentes* dixe- p. 42.
runt, anteriori parti parietalis ſquamae, inter labium ſuperius et inferius adhaerent. Aequales ſunt inter ſe, ſibique, vt in omnibus erucis, lateraliter accumbunt, maioremque ac reliquae eruçae ſquamae duritiem, lenteque viſae ſuperficiem eleuatis granulis aſperam oſtendunt. In his Cl. Auctor *latus externum internumque*, *dorſum*, *aciem* et *baſin* diſtinguit. In acie quatuor vel quinque cuſpides eminent, quarum magnitudo, pro ratione, qua a baſi diſtant, augetur, quas *dentes* Noſter vocat, licet non alueolis contineantur, ſed ipſius maxillae, hoc loco dentium tantum ſpeciem habentis, partes ſint. Inſignis p. 47.
vero profecto vis maxillis huius erucae ineſt, cum earum ope non ſolum duriſſima ligna, v. c. quercinum rodant; ſed acciderit etiam, vt quaedam, hyemali tempore debiles et male nutritae, tanta vi adhuc pollerent, vt ad acum, qua a Cl. Auctore irritabantur et laedebantur, ſuſpenſae manerent, et ob nimiam in mordendo efficaciam, ſibi ipſis dentes frangerent. Ea vis a muſculis copioſis pendet, qui a laminis tribus ſolidioribus in capite contentis oriuntur, quarum illam, a qua carnes maxillas diducentes proueniunt, *abductricem*, duas vero, quibus muſculi maxillas claudentes adhaerent, *adductrices* Noſter dixit. Inſigne praeterea natura, in maxillis laminisque hisce et muſculis eorum aptiſſime ordinandis, artificium oſtendit, cuius tamen rei delineationem, ne fines nobis praeſcriptos transgrediamur, praetermittere cogimur.

In capite erucae, ab inferiore parte inſpecto, p. 51.
praeter varias iam deſcriptas partes, *labium* quoque *inferius* adparet. Spatium ſcilicet, quod inter parietales ſquamas inferius eſt, maſſa repletur quadrata, griſea, non mobili, tota, partibus modo iis, quibus muſculi inſeruntur, exceptis, membranacea. Haec

pars, quam Auctor *basin labii inferioris* vocat, *labium inferius proprie sic dictum* sustinet. Continet hoc varias squamosas partes sollicite a Nostro descriptas, anteriusque in tres partes, structura quam maxime
p. 54. differentes, diuiditur. Mediam earum *laminam tractilem*, (*la filiere*) laterales *barbulas maiores* (*les gros barbillons*) dicit. Lamina tractilis, vasis ampli et rotundi figuram habens, plurimis squamulis obtegitur, varieque ab eruca hinc inde mouetur. Anterius iterum in ea tres partes eminent, quarum media *tubi bombycini* (*tuyau soyeux*) nomen obtinet, cum fila, quae eruca ducit, illam transeant. Mire tubus hic ab eruca moueri et circumduci, forteque dilatari quoque et constringi potest, et apertura eius oblique inferiora respicit, quo commodius eruca variis locis fila sua applicare queat. Laterales valde exiguae
*a* eminentiae, *barbulae minores* aut *barbulae laminae tractilis* Cl. Auctori audiunt, qui in vniuersum, eas odoratus forte organon esse posse autumat. At maiores barbulae ex variis cylindricis tubis ita componuntur, vt minores recedant in maiores, sicque vniuersa harum barbularum longitudo augeri minuique possit. Vtitur iisdem eruca et in edendo, et in filis ducen-
p. 60. dis, manuum loco. Ex maxillis autem et labiis hactenus descriptis cauitas oris formatur. In eam aliqua labii inferioris pars, non nisi diducto ore conspicua, ita prominet, vt *linguae*, ab vsu in manducatione, nomen ei dare Noster haud dubitauerit.
p. 63. Tradita hac ratione exteriorum partium capitis historia, solidarum quarundam, in capitis erucae interioribus sitarum, descriptio adnectitur. Squamas nimirum *zygomaticas duas* et *bisangulares*, nec non *portam* Noster verbis delineat. Hoc nomen vero ideo huic squamae tribuit, quia plurimas partes transmittit, tribusque partibus, duabus scilicet *lateralibus adscendentibus* (*les montans*) et *transuersa* (*la tra-*

*trauerſe*) componitur. Quarum partium deſcriptio, cum nimis longa ſit futura, ac ſine figurarum inſpectione haud parum obſcura, lubenter eam hoc loco praetermittimus.

Exteriores erucae partes, quales microſcopio viſae apparent, nonnullaeque ſolidiores in erucae corpore contentae partes, quinto capite explicantur. *Cutis* eius multos ſulcos, filaque alba aut vaſa, irregulari modo inter ſe contexta, oſtendit, et a duabus tunicis, inter ſe tamen arcte connexis, componitur. Earum exterior ſolidioris ſubſtantiae eſt et granuloſa, interior vaſculoſa, neruis filamentisque vaſorum ſimilibus conſtat. Paucos, paruos, cauosque *pilos* eruca haec habet, quorum pars ſuperior plana eſt, et ſerpentum in modum contorta quaſi apparet. Qui eos continet annulus, ſquamoſus eſt, paullumque ſuper reliquam cutem, cuius tunicas perforat, eminet. Ipſa vero pilorum radix ad molle illud ſtratum pertinet, quod cutem interius inueſtit, neruique in hoc ſtrato ad retis formam compoſiti, ad ipſam pilorum radicem ibi progrediuntur. Pars autem cutis pilorum annulum cingens, tenuior eſt et flexilis, variasque plicas, verſus pilos vt commune centrum directas, oſtendit. Ex quibus omnibus concludit Noſter, pilos paucos erucae, cum ſpinis potius comparandos, corpus eius non tegere poſſe, ſed, cum cutis erucae nimis dura ſit, quam quae ſentire aliquid poſſit, pilos hos tactus organon eſſe. Vectibus enim eos comparat, creditque impreſſionem in vno extremo factam, altero neruis ſubiectis communicare. Quod magis adhuc per experimenta confirmatum eſt, cum tali pilo tacto eruca motu ſuo, ſe tactum ſentire, doceret. p. 67.

*Stigmata* erucae, exterius conſiderata, ſola inter ſe magnitudine differunt, cauitatemque ſatis profundam monſtrant, quam extrinſecus circulus eminens ſpirae p. 71.

pului-

puluinatae capiti ſimilis, (*un eſpece de bourrelet*) et ad cauitatem ſquamoſus, ambit. Intus duo labia adparent, quae in viuente eruca nonnunquam aperiuntur, non periodico aut regulari motu, ſed ex ſola erucae voluntate. Fiſſura vero inter illa labia perpendicularis quidem eſt, ſed tamen ita comparata, vt obliqua ſit, vno labio ſuper alterum eminente. Brunus, quem habent iſta labia, color ex pulpoſa quadam et friabili maſſa oritur, quae ſeparata et lente viſa adparet compoſita eſſe ex paruis cauliculis, extremitatibus foliorum abietum ſimilibus. Cauliculi hi ſquamoſae naturae ſunt et pellucidae, ſuperiusque foliis quaſi ornantur, atque ad ſe inuicem appreſſi brunam illam, labia inueſtientem, maſſam efficiunt. Videntur hi cauliculi corpuſcula in aere volitantia arcere, ita, vt aer, per eos tanquam per filtrum tranſiens, extraneas partes, quae, ſi intrauerint erucae corpus, obſtructionum cauſa eſſe poſſent, in illis deponat. Reliquus ſtigmatis paries ex ſquamis minoribus elaſticis compoſitus eſt, quorum vnumquodque praeterea duos muſculos habet, quibus, prouti lubuerit, vel claudi vel aperiri poſſit. Vere tamen erucam reſpirare poſſe Cl. Auctor dubitat, quamquam inſignis vaſorum aereorum copia, per eius corpuſculum diſtributa, id ſuadere videtur. Licet enim Noſter alternantes motus nonnunquam microſcopiorum ope in erucae corpore obſeruauerit, magis tamen hi effectus alternantis contractionis dilatationisque cordis, quam reſpirationis eſſe videntur. Quodſi enim erucam in ſpatio, aere vacuo, detinemus, exinde neque mutatio eius in phalaenam impeditur, neque ea vlla ſigna incommodi inde percepti dat, cum aerem nimis dilatatum pro lubitu per ſtigmata emittere, ipſeque aer, in bronchiis contentus, per cutis poros egredi poſſit. Aerea porro bulla, quae in ſtigmatibus

bus erucarum ſubmerſarum, vt plurimum, conſpicitur, minime vel augetur vel diminuitur, et erucae ſub aqua non ſolum vitam per aliquot dies ſuſtinent, ſed et vltra octo dies ſub ea detentae, ſi temperato loco ficcantur, intra duas horas vitam motumque recuperant. Credit itaque Noſter: vaſa quidem aerea maxime erucis eſſe neceſſaria, aeremque ad motum muſculorum efficiendum cum neruis concurrere, cum ſtigmate oleo inuncto mouendi facultas in annulo, ad quem pertinet, pereat, oleo diſſipato vaſisque apertis iterum excitanda; eas tamen haud reſpirare, cum nec in aurelias mutatae reſpirent.

*Anteriorum* erucae *pedum* ſinguli, quinque diuerſis ſupra ſe mobilibus, et articulatione iunctis partibus componuntur. Articuli vero hi ex cutis, pedes obducentis, flexilitate proueniunt, cum ea hic tantum, muſculorum, qui ei inſeruntur, actioni, cedat. Vngue vncinato terminantur, cuius baſi duplex appendix affigitur, cuius extremitati in interiore pedis parte abſconditae, varii muſculi vnguem mouentes adhaerent. p. 80.

*Intermedii pedes* a prioribus omnino differunt, cum maiores breuioresque ſint, nullamque inter ſe articulationem, et in vniuerſum coni irregularis et truncati figuram habeant. Eorum extrema pars, a Noſtro *planta* dicta, pro lubitu ab eruca vel clauditur vel aperitur. In media eius parte criſta quaſi adparet, a cute duplicata recedente formata, cui interius muſculi adhaerent. Exterius hanc plantam coronae inſtar vncini ambiunt, quorum mucrones vel extrorſum vel introrſum, prout eruca eorum ope aliquid comprehendere vel dimittere vult, flectuntur. Duplicis magnitudinis ſunt, ita diſpoſiti, vt maiori minor, huicque iterum maior reſpondeat. Non ſolum membrana aliqua, quae mediam eorum partem inueſtit, ſed et ipſius cutis ope quam arctiſſime pedi adhaerent, numerusque eorum p. 82.

in

in diuerſis pedibus, et pro diuerſa erucae aetate ve-
p. 89. hementer diſtet. *Poſteriores* vero pedes in eo ab intermediis recedunt, quod ſe inuicem fere contingant, anteriùsque ſemicirculum tantum vncinorum habeant, qui maiores ſunt, magnitudine eorum in
p. 90. lateribus decreſcente. His immediate ſuperiacet anus erucae, eo tantum tempore, quo eruca excrementa eiicit, conſpicuus, cum alias triangulari valuula tectus ſit, quae, ſimilis cum cute ſubſtantiae, vltimum annulum finit.

p. 92. Expoſita hac ratione partium, quae in eruca exteriores ſunt, fabrica, ita Noſter de partibus eiusdem interioribus agit, vt in capite ſexto generalem quandam earum ideam praemittat, et ſequentibus capitibus ſeparatim de ſingulis iterum exponat. Liceat nobis de ſingulis paullo accutatius diſſerere, vt, quae in diuerſis locis de iis traduntur, collecta vno quaſi intuitu lectorum oculis ſubiiciamus.

p. 92. *Muſculi* erucae forma et colore a muſculis maiorum animalium differunt. Natura ſua molles ſunt, facile cedentes, lymphaeque coagulatae inſtar pellucent, et ex coeruleo griſeum colorem habent, vt microſcopio viſi elegantiſſimum ſpectaculum, ob argentea bronchiorum filamenta per eos diſtributa, exhibeant. Spiritui contra vini immiſſi, denſiores fiunt, et opaci albique, tendinumque quaſi colorem bronchiis euaneſcentibus acquirunt. Media horum muſculorum pars ab extremis, nec craſſitie nec latitudine differt, vt pauci ventrem habeant, nam, vt plurimum, non in media parte, ſed verſus fines dilatati, ſimilis vbique ſubſtantiae et coloris ſunt. Extremitates eorum vel integumentis, vel ſquamoſis aut membranaceis locis partium, quas mouent, adhaerent, reliqua vero pars libere fluctuat, nullis aliis partibus adnexa.

Pluri-

Plurimi ex iis ſe inuicem decuſſant et variè diuidunt, ita tamen, vt diuiſae partes nouos iterum muſculos efficiant. Omnes inueſtiuntur membrana communi, componunturque faſciculis parallelis longitudinalibus, propriis membranulis iterum obuolutis, inter ſe connexis. Fibrae vero ipſae, ſerpentinis flexubus contortae, funiculos quaſi referunt. Duplici eae fibrae ſubſtantia compoſitae ſunt, vti Noſter in araneis vidit, molli, et duro filamento ſpirae in modum contorto, vnde faſciculi ipſi ſpiralem figuram habent. In vniuerſum vero muſculos hos fibrae, membranae, bronchiae, nerui, nec non adipoſae oleoſaeque partes efficiunt. Ipſos vero muſculos, qui ſub integumentis ſtatim ſymmetrici in variis ſtratis ſiti ſunt, Cl. Auctor ſpecialius in ſeptimo et octauo capite examinat, qualesque in erucae corpore in dorſo aut ventre aperto ſucceſſiue adpareant, deſcribit, anatomica ſimul adminiſtratione, qua in diſſecandis delineandisque iis vſus eſt, indicata. Diuiduntur vero omnes ab eo in tres claſſes, quarum ſingulas per aliam litterarum figuram, in aeneis tabulis huic operi adnexis, diſtinguit: in *dorſales* ſcilicet, qui inter ſuperiorem et lateralem lineam inſeruntur, in *gaſtricos*, qui inſertionem ſuam inter inferiorem et lateralem lineam habent, et in *laterales* ita poſitos, vt lateralem lineam decuſſent, vna inſertione ab hac, altera ab altera lineae huius parte ſita. Varietates horum muſculorum, nec non figuram ſitumque in erucis, pede vno vel altero carentibus, quales nonnunquam occurrunt, fuſius Noſter deſcribit. Adiecta tabula docet, in vniuerſum in erucae corpuſculi exterioribus partibus muſculos inueniri 1647, quibus ſi 228, quos in capite, et 2186, quos in canali alimentorum Noſter inuenit, addimus, ſtupendam copiam carnium in tantillo corpore nemo non mirabitur. p. 114. p. 151. p. 584.

p. 96. His de musculis propositis, Cl. Auctor *cerebrum*
*medullam spinalem, ganglia neruosque* considerat. Me
dulla spinalis et encephalon erucae, si cerebrum ea
habere dici potest, multum a nostra medulla cer
broque differunt. Quamquam enim pars quaeda
in capite eius contenta, quia plurimi, per caput
stributi, inde oriuntur nerui, *cerebrum* vocari pote
haec tamen ipsa aperta iacet, admodum parua
nullosque lobos aut anfractus ostendit, et cum d
decim aliis partibus, quae sibi inuicem ex ordine
cumbunt, adeo conuenit, vt, hanc partem ce
brum vocantes, illis quoque cerebrorum nom
dare debeamus, et eruca tredecim hac ratione
rebra habeat. Has itaque partes omnes, quae
cephali officia in eruca praestare videntur, *gan*
Noster a figura vocat, numerisque, a capite init
faciens, ea a se inuicem distinguit. Est autem
*dulla spinalis* in eruca, secundum ventris lon
dinem, inter duo longitudinalium musculo
strata ita posita, vt libera sit, nulloque canali
dioris substantiae, vti in nostro corpore includa
Aequalem fere crassitiem habet iis locis exceptis,
in ganglia modo dicta intumescit, et sub decim
uisione in *caudam equinam* quasi dispescitur.
glia vero, inprimis priora et vltima, hinc inde i
se confluunt, reliqua aequali fere spatio a se dis
et inter se serie aliqua ductuum communicant,
Noster *ductus medullae spinalis*, quia scilicet il
iis sita est, vocat. Quorum ductuum illi, qui ad
priores corpusculi erucae annulos pertinent, d
ces, siue potius in duos alios diuisi, deprehen
tur, reliqui tantum, vbi ad proximum ganglion
p. 190. pius accedunt, bifurcantur. Primum, quod
incluſum esse ganglion diximus, latius est quam l
gum, et in duas haemisphaericas eminentias,
men inter se coniunctas, distinguitur, quas ob si
lit

litudinem *nates* Noſter dicit. Reliqua omnia magis oblonga ſunt, et in medio, non adeo profundo, ſulco diuiduntur. Satis autem fortes in vniuerſum et medullae ſpinalis ductus et ipſos neruos, ſi ad paruam eorum craſſitiem reſpicimus, eſſe, elaſticos, ex coeruleo griſeos, quodammodo pellucentes, et ſpiritui vini immiſſos albeſcere et opacos fieri, Noſter aſſerit. In omni gangliorum, neruorum ductuumque ſuperficie, vaſa aerea ſiue bronchiae ſubtiliſſimum aliquod rete, ramis ſuis inter ſe cohaerentibus, efficiunt. Maiores tamen tantum eorum vaſorum rami, in exteriore ſuperficie exterioris tunicae, quae has partes omnes obducit, diſtribuuntur, minores vero rami eam tunicam perforant, et ad interiorem eiusdem faciem tranſeunt. Sub hac autem exteriore tunica, quam cum dura matre humani cerebri Noſter comparat, alia longe tenerior, piae matri ſimilis, medullam ipſam continet, in qua medulla duplicem iterum ſubſtantiam Cl. LYONNET diſtinxit, *corticalem* ſcilicet exteriorem, et *medullarem* interiorem, magis corticali teneram, et pellucidam. Attamen in vniuerſum gangliorum et medullae ſpinalis ſubſtantia non adeo mollis nec tam facile ſeparanda eſt, vti noſtri cerebri medulla, cum tenax ſit, et valide tantum diſtracta rumpatur. Sed ganglia in medulla ſua vaſa multa aerea inter ſe connexa continent, a ſpinalis medullae ſubſtantia facile diſtinguenda, mollisque praeterea ea eſt, granaque multa pinguedinoſa comprehendit. Ex his autem gangliis nonaginta duo *neruorum* trunci proueniunt, a Noſtro, cum omnibus ramis ramulisque ſuis, ſollicite adeo et ſubtiliter nono huius tractationis capite deſcripti, vt nihil inueniri elegantius poſſit. p. 99. p. 192.

Aliud ſupereſt vaſorum genus, in toto erucae huius corpore copioſe diſtributum, *aereorum* ſcilicet, de quibus fuſe Cl. Auctor agit. Proueniunt vero p. 101.

vero ea vaſa omnia ex duabus *aſperis arteriis*, (*Trachee-arteres*) ſcilicet ex duobus magnis vaſis aereis, quae ſub cute in eadem, ac ſtigmata, altitudine ponuntur, vt vnum eorum in vnoquoque latere ſit, cum aereexteriore, ſtigmatum ſuperius deſcriptorum ope, communicans. Eandem fere ac totum erucae corpuſculum longitudinem, diametrum lineae ſemis habent, ſub vltimo vero ſtigmate magis adhuc decreſcunt, et in minores ramulos tantum diuiduntur, quorum aliqui ad faecum vsque foecalem deſcendunt. Integumentis erucae ſtigmatum tantum et muſculorum ope adhaerent, et circa quodque ſtigma multos ramulos vndiquaque emittunt, qui in maiores minoresque iterum ramulos per totum erucae corpus, vt arteriae, per noſtrum, diuiſi procedunt. Ramos hos *bronchias* Noſter vocat, quarum illas, quae ad ſuperiorem lineam tendunt, et in lateribus dorſoque diſtribuuntur, *dorſales*, quae ad adipem et viſcera penetrant, *viſcerales*, quae vero ad inferiores erucae partes progrediuntur, *gaſtricas* dicit. Semper aſperae arteriae et bronchiae lumina ſua aperta ſeruant, et elaſticae ſunt, ſplendoremque argenteum oſtendunt, qui mortua eruca euaneſcit. Tribus componuntur tunicis, in quarum exteriore ſatis craſſa multae fibrae vel vaſa apparent varie circa eam flexa et inuicem coniuncta; ſecunda tenerior magisque pellucida nulla vaſa oſtendit; tertia vero ſquamoſa filamentis ſpiraliter contortis, aut in nonnullis locis, vt ad bronchiorum diuiſiones, vbi gyri parum a ſe diſtant, perfecte circularibus componitur. Cylindricam fere formam fila iſta habent, quae vero inter flexus eorum ſuperſunt interſtitia, membranis conſtant, quibuscum efficiunt, vt cauitas tubi ſemper pateat. Ipſae vero bronchiae pariter cylindricae ſunt vel forte conoideae, arterias autem aſperas magis planas et in medio quaſi depreſſas deprehendimus. Ad ſingu-

lum

lum annulum, primo et duobus vltimis exceptis, aſperam arteriam carneus funiculus ambit, ſub quo ea interius aſpera quaſi redditur, cum minores cuſpides verſus cauitatem eius emineant. Videtur hicce funiculus ſphincteris officium gerere, vt ſcilicet aſperam arteriam claudat, quo aer ad alia loca ab eruca pellatur. Bronchiarum vero diuiſio et directio valde variat; quas tamen varietates omnes, vt et totum bronchiarum decurſum, tam inſigni et indefeſſo ſtudio Noſter deſcripſit, vt numerus maiorum ramorum omnium a Noſtro hoc opere deſcriptorum ac delineatorum ſit, 1804. *Cephalicae* bronchiae, ſcilicet eae, quae in capite diſtribuuntur, ex primo ſtigmate proueniunt.

Pars ea, quae *cor* in erucis dicitur, quamquam extra omnem dubitationem poſitum adhuc non eſt, eam vere cordis functiones praeſtare, forma ſua a cordibus maiorum animalium quam maxime differt. Eandem enim fere longitudinem, quam totum erucae corpus, habet, cum canalem per omnem ſuperiorem corpuſculi erucae partem protractum oſtendat. A quarta autem ad duodecimam vsque diuiſionem, huic canali appendices adnectuntur, ex parte dorſales muſculos tegentes, ad lateralem lineam protenſae magisque attenuatae, vt triangulum referant, cuius baſis ad canalem fita ſit. Harum vero partium, quas *alas cordis* Noſter dicit, inferiores fines ſemper ſubſequentis alae initia imbricatim tegant, primumque eorum par minimum, duo vero illa, quae ante vltimum ſunt, maiora reliquis et robuſtiora eſſe deprehenduntur. Anterior autem cordis pars, quae in capite ponitur, rugoſa, membranacea adeoque anguſta eſt, vt exigui vaſculi formam referat: quo magis vero cor ad poſteriorem corpuſculi erucae finem accedit, eo magis cauitas eius ampliatur et lateſcit, vt in coeco ſuo fine lineae amplitudinem habeat. Finis anterior apertus eſt, non p. 104. p. 412.

tamen in oeſophagum patet, ſed in cauitatem quandam inter ſquamas biſangulares ſuperius indicatas. In hac cauitate praeter varios muſculos tria parua *ganglia* ſita ſunt, *frontalia* a Noſtro dicta, cum reliquis corporis gangliis neruisque iuncta. Credit Cl. Auctor, ganglia haec ſuccum, ipſa reliquasque neruoſas corpuſculi erucae nutrientem, atque in cordis cauitate, vt putat, contentum reſorbere, et ad reliquas partes diſtribuere. Poſteaquam vero cor anterius paululum oeſophago adhaeſit, liberum aliquantum manet, a tertia autem ad vltimam vsque diuiſionem, muſculis dorſalibus alarum ope iungitur. Harum in vniuerſum nouem paria numerantur, eaque, praeter muſculoſas fibras, adipe, bronchiis neruisque compoſita eſſe deprehenduntur. Qui ad Cl. LYONNET vsque erucarum hiſtoriam tradiderunt ſcriptores, omnes hanc partem cor huius inſecti eſſe autumarunt, tum, quia ſemper liquido, quod ſanguinis loco adeſſe putabant, repletam eam inueniebant, tum, quia in viua parte hanc ipſam partem alternatim contrahi et dilatari videbant. Contractiones hae ab vndecimo annulo incipientes ad quartum vsque procedunt, numerusque horum pulſuum pro varia aeris exterioris temperie variat, vt cor erucae ſerie quaſi corculorum compoſita eſſe videatur, et haec erucae ſpecies, in qua octo diuerſi pulſus, quae alarum ope fiunt, animaduertuntur, octo corda quaſi habeat. Attamen hoc viſcus cordis vſum vere praeſtare haud poſſe, fortiter ſibi Cl. Auctor perſuaſum habet, cum nullum vel arterioſum vel venoſum vas in hunc canalem pateat, aut in toto erucae corpore tale vas obſeruare Noſter potuerit, licet ſedulo in hanc rem inquiſiuerit, vt itaque vera humorum circulatio in eruca non fieri poſſe videatur. Quapropter credit, ſimili modo, quo plantae, haec inſecta nutriri, quae

ſucco

ſucco ex terra accepto ſuſtinentur. Ex adipoſis ſcilicet cellulis, quibuscum omnes erucae corporis partes iunctae ſunt, nutritium humorem ſorberi, hoc tantum, qui ad neruos tranſit, excepto, quem in corde elaborari et praeparari Cl. Auctor putat. In hoc vero viſcere hactenus deſcripto inſignis copia continetur liquoris aurantii coloris ex globulis tranſparentibus conſtantis, qui aquae immiſſus fundum petit, ſiccatus vero in gummoſam maſſam, quae aurantium colorem adhuc ſeruat, abit.

Ad octauam diuiſionem cordis alis duo corpora oblonga et opaca impoſita ſunt, quorum vtrumque in anguſto, flexuoſo, longo et opaco vaſe finitur, quod verſus decimum annulum deſcendens ſeſe ſub rectos muſculos dorſi abſcondit. Has partes Noſter *reniformia corpora*, ob aliquam cum renibus maiorum animalium ſimilitudinem, vaſa vero, in quae abeunt, *caudas* eorum dicit. Diuerſae in variis erucis corpora illa, pro tempore, quod erucis adhuc ad ſuam transformationem ſupereſt, et ſexus differentia, figurae ſunt. Corpus et cauda alis cordis alborum filamentorum ope adhaerent, non tamen in cordis cauum patent. Fiunt vero corpora duabus haud adeo robuſtis tunicis, ex quibus exterior interiore tenuior eſt. Eae duplicatura ſua in ipſo corpore quatuor efficiunt cellulas, quae vaſa quatuor alba, ſatis regularis figurae, laeuigata, pyriformia comprehendunt. Horum ſingula in breuem caudam deſinunt, qua inter ſe ad initium caudae corporis reniformis confluunt. Membrana denſa et pellucida fiunt, interiusque maſſam albam pulpoſam, ex minoribus granulis compoſitam, continent. Cauda vero ipſa corporis reniformis flexuoſe ad inferiora deſcendit, vt tunicae, quae cutem erucae interius inueſtit, ad inferiorem lineam adhaereat. Anteriorem eiusdem caudae partem vagina quaedam comprehendit, va-

p. 106.
p. 429.

rieoſa quaſi, alba et opaca, cauda vero ex hac egreſſa ſenſim ſenſimque gracileſcit. Vicinis partibus in toto ſuo decurſu per filamenta alba adhaeret, et in ſuperficie multis ſtriis opacis, albiſſimis, irregularibus, picta apparet, quae ex minoribus filamentis ſerpentinis et inter ſe iunctis compoſitae ſunt, Vſum vero horum corporum in vniuerſum Cl. Auctor ita definit, vt in his corporibus rudimenta ouariorum phalaenarum foemellarum, et vaſorum ſpermaticorum marium lateant.

P. 435. Aliud vaſorum genus ad primum ſtigma ſuper aſperam arteriam ſitum eſt. Ea adeo parua ſunt, vt vix ſine microſcopiis diſtingui poſſint, ſed pinguedinis globuli eſſe videantur. Lentis vero ope aucta, granorum longorum inter ſe communicantium anguſtam longam irregularem flexamque congeriem ſiſtunt, ideoque *granuloſa* vaſa a Noſtro Auctore dicuntur. Fiunt vero ſacco membranaceo, maſſa alba repleto, cui folliculi multi, in eum ſaccum hiantes, impoſiti ſunt. Haec vaſa neque ouariorum, neque alarum futurae phalaenae initia ſiſtunt, vt vſum eorum nobis non liquere omnino fatendum ſit. Proprios tamen neruos, propriasque bronchias obtinent.

P. 10, P. 438. Inter omnes corpuſculi erucae partes *adipoſa* (*corps graiſſeux*) molliſſima eſt, maximumque corpuſculi ſpatium explet, cum vaginae inſtar omnia viſcera et inteſtina comprehendat, ſeſeque in interſtitia muſculorum inſinuet, eaque repleat: vt ea propter interiores erucae partes in tales, quae in hac vagina ſunt, talesque, quae extra eam ponuntur, commode diuidantur. Lactei coloris eſt, et ex plurimis lobulis anfractuoſis componitur, inter ſe communicantibus, ſulcis tamen diſtinctis, vt cerebri lobulis pene ſimiles ſint. Ea vero quamquam adeo mollis eſt, vt ſtructura eius difficile cognoſcatur, tamen videtur veſiculis aut cellulis componi, oleo-

oleoſam pinguedinem continentibus, circa quarum parietes bronchiae diſtribuuntur. Loborum vero omnium figuram et flexus ſollicite Cl. Auctor deſcribit, nec non viginti et octo corpuſcula, quae ab eo *maſſae granuloſae* dicuntur, et ad bronchiarum gaſtricarum diuiſiones in pinguedine hinc inde ſedent, ab ea tamen diuerſa, cum pultaceam tenacitatem oſtendant, quorum tamen vſum Noſter ſe ignorare fatetur. Porro alia quatuor addit, quae in ſecundo et tertio annulo lateraliter poſita inueniuntur, dupliceque ſubſtantia, quoad ſtructuram diuerſa, componuntur, ex quibus alae procreſcunt, vt alia ſex pinguedinoſa grana longe minora, in anterioribus erucae pedibus ſita, ex quibus pedes phalaenae proueniunt.

*Canalis alimentarius* erucae ab ore eius recta linea p. 109. ad anum per totam corporis longitudinem protenditur, tribusque conſtat partibus, *oeſophago*, *ventriculo* et *craſſis inteſtinis*. Difficilis in vniuerſum longitudinis eius menſura eſt, cum fere ſemper vel elongetur vel contrahatur. Oeſophagus, qui maxime anterior huius canalis pars eſt, ad quartam diuiſionem finitur. Pars eius anterior, quae in capite continetur, anguſta eſt et carnea, variisque ſquamis affigitur. Initium eius ſphincter ambit, cui varii muſculi extrorſum aduenientes inſeruntur, apertura autem, quae in oris cauum patet, aliqua ſquama peculiaris ſtructurae tegitur, quam, vt numeroſos oeſophagi muſculos, Noſter accurate deſcribit. Poſterior eius pars in ſaccum expanditur membranaceum, cuius ſuperficiem innumeri fere parui muſculi permeant. Interius variae in oeſophago plicae longitudinales ſunt, in primis eo loco, vbi ad ventriculum accedens contractus quaſi, *ſtomachi* nomen a Noſtro accipit, largoque ſphincteře, ex aliis minoribus compoſito, circumdatur. In vniuerſum duabus tunicis componitur, exteriore opaca et pulpoſa, interiore

p. 451.

membranacea et pellucida, ad ventriculum continuata. Totam vero longitudinem oeſophagi neruus aliquis percurrit, qui eam in ſitu quaſi retinet, et a Noſtro *retinaculum oeſophagi* (*la bride de l'oeſophage*) dicitur.

p.109. *Ventriculus* ſuper decimam diuiſionem deſinit.
p.466. Longitudo eius ſepties amplitudinem, quae in parte ad inteſtina vergente minor eſt, quam in anteriore, ſuperat, qua tamen oeſophagum et inteſtina praecellit. Maxime conſtringi iterumque dilatari poteſt, et ex albo coeruleſcentem colorem habet, qui tamen pro alimentorum, quae in ventriculo continentur, natura inſigniter variat. In eo contracto transuerſae plicae apparent, ſenſim ſenſimque euaneſcentes. Copioſa vaſa aerea, quae ad eum accedunt, vario modo, inprimis in ſuperiore eius ſuperficie, flexa, elegans adſpicientibus ſpectaculum offerunt. Varia autem obtinet muſculorum ſtrata, quorum alia rectorum ſunt, qui eius longitudinem percurrunt, extrorſum aduenium, ventriculoque per interualla tantum adhaerent, reliqua vero parte libere fluctuant, vnde iis contractis transuerſae in ventriculo plicae oriuntur. Alia ſtrata transuerſis ſiue obliquis muſculis fiunt, etiam aliunde ortis, circa omnem ventriculum flexis, coniunctis cum rectis. Muſculos hos contortis fibris fieri, quales in muſculis, voluntatis imperio ſubiectis, adeſſe ſuperius dictum fuit, Noſter detegere non potuit. Omnis vero ventriculus easdem quas oeſophagus, tunicas habet. In ventriculis erucarum, quas circa menſem maium diſſecuit Cl. LYONNET, nulla inueniebat alimenta, ſed totum cauum obducebatur albicante aliquo ſtrato, ſatis craſſo, internae tunicae adhaerente, ex cuius poris egredi videbatur.

p.110. Parum erucae huius *inteſtina* cum maiorum ani-
p.472. malium inteſtinis conueniunt, quamquam vti illa in craſſa

craſſa et tenuia a Noſtro diuiduntur. Proprie tamen *craſſa* tantum nomen inteſtinorum mereri videntur. Ea enim canalem efficiunt, recta a ventriculo ad ſaccum vsque foecalem protenſum, qui vero canalis iterum a Noſtro in tres partes ſiue inteſtina diuiditur. Ex his itaque craſſis inteſtinis primum breuiſſimum quidem, ſed et ampliſſimum eſt, et a ſecundo ſphincteres, ex minoribus muſculis compoſito, ſeparatur, praetereaque longitudinales et multas circulares fibras obtinet. Secundum, priori longius, ſed ſimul anguſtius, pari modo rectos circularesque muſculos habet. Inter illos membranaceus et plicatus ſaccus eminet, cuius apertura in inteſtini cauitatem patet, quam partem forte inteſtini coeci officium praeſtare Noſter putat. In hoc praeterea inteſtinum tenuia inteſtina aperiuntur, de quibus inferius dicendi erit locus, a ſequente vero annulo exterius rugoſo, membranaceo et muſculoſo ſeparatur. Illud autem tertium inteſtinum reliquis craſſis, et longius, et anguſtius eſt. Exterius ſexangularem quaſi figuram habet, qualem apum alueoli oſtendunt, et in eorum angulorum ſingulis muſculus aliquis reperitur, qui totam eiusdem longitudinem tranſit. Inter hos rectos transuerſi et obliqui muſculi reliquam tegunt ſuperficiem. Per muſculos exterius aduenientes contrahitur. Interius in craſſis inteſtinis variae obſeruantur plicae, a ſe inuicem in diuerſis eorum partibus diuerſae, maxime tamen longitudinales ſunt, et ita in cauitatem eorum prominent, vt magnam eius partem repleant. Non ex ſola contractione inteſtinorum prouenire, ſed per naturam adeſſe, atque inſeruire ſuccis ex cibis exprimendis, valuularumque officium praeſtare videntur. Interna craſſorum inteſtinorum tunica membranacea eſt et pellucida, vaſisque ſimiliter pellucidis componitur. Hinc inde tamen

tamen in ea eminentiae aliquae deprehenduntur, quarum aliae cuſpidatae villorum forte vſum habent, aliae, caruncvlis ſimiles, opacae, magis in exteriore inteſtinorum tunica, quae interiore craſſior eſt, conſpicuae, glandularum mucoſarum forte officium praeſtant.

p. 493. Tertium, quod iam deſcripſimus, inteſtinum fine ſuo in *ſaccum foecalem* aperitur, in quem ex oppoſita parte *anus* patet. Saccus hic ſatis amplus eſt, et ad extremum annulum ponitur, tresque in vniuerſum tunicas habet, quarum exterior pellucida eſt et tenerrima, altera muſculoſa, tertia membranacea.

p. 477. Superſunt partes, quas Cl. LYONNET *tenuia inteſtina* dicit, quamquam inteſtinorum vſum non habere videntur. Vario modo ea ventriculum et craſſa inprimis inteſtina circumeunt, in quorum alteram partem aliquot orificiis aperiuntur. Diameter eorum vix ex quinta parte craſſorum diametrum aequat: In quoque latere vnum deprehenditur, quod nouem pollicum et maiorem adhuc longitudinem habet, tamen haec longitudo in diuerſis lateribus et ſubiectis maxime differt. Cylindrica ſunt et in ramos diuiduntur et inter ſe iunguntur retis ad inſtar, difficile explicandi. Ad ſaccum vsque foecalem deſcendunt, circa quem vario quoque modo flectuntur. In cauitate eorum albam pultaceam maſſam Cl. Auctor reperit. Ea autem inteſtinorum vſum praeſtare vix nobis perſuadere poſſumus, credit tamen Cl. LYONNET, alimentorum aliquam partem per contractionem muſculorum ad illa ex ſecundo inteſtino craſſo pelli poſſe, et in fine tractationis, qua eorum hiſtoriam tradidit, proponit: partem quandam tenuiſſimam alimentorum in iis vlterius elaborari, et ad corpus adipoſum, ad quod fibrillis quibusdam pertinent, deferri, inutilia contra in ſaccum foecalem eiici. Cum in erucis, quae per hye-

hyemem cibum non ſumſerint, tamen inteſtina haec maſſa illa pultacea repleta viderit Noſter, motu periſtaltico ea omnino deſtituta eſſe videntur.

De *vaſis bombycinis* (*vaiſſeaux ſoyeux*) ſcilicet de iis, quae materiam ſecernunt, ex qua, ſi in aere condenſatur, fila, quae erucae ducunt, oriuntur, decimo quinto capite Noſter fuſius agit. Diuidit autem ea in tres partes, *anteriorem* ſcilicet, *mediam* et *poſteriorem*. Pars anterior pili craſſitiem, longitudinemque octo vel decem linearum habet. Incipiunt in capite a lamina tractili, vbi per breue ſpatium inter ſe coniuncta ſunt, mox vero a ſe diſcedunt, iterumque inter ſe bulboſi corpuſculi ope coeunt, mox vero iterum a ſe ſeparantur, indeque corpus erucae ingrediuntur, variisque flexionibus factis, inter quartam et quintam diuiſionem in intermediam ſic dictam partem abeunt. Alba haec pars eſt et quodammodo pellucida, atque, vti lentis ope cognoſcitur, in ſuperficie ſua filamenta multa alba in rete intricata oſtendit. Variis componitur tunicis, quarum exterior carnoſa quodammodo eſt, altera firmior priori et elaſtica, ex filis elaſticis ſimili ratione, qua bronchiae, compoſita, tertiam comprehendit. Intermedia pars magis anteriore opaca eſt, et lacteum quaſi colorem habet, qui tamen in brunum, ſi ea in ſpiritum vini immittitur, mutatur. Moleculae ſexangularis fere figurae in eius exteriore tunica ſedent, quae glandulae eſſe videntur, duabus enim haec pars tunicis componitur, quarum interior exteriore longe tenerior eſt. In vniuerſum intermedia pars anteriore parte ſepties fere craſſior eſt, et decem et octo fere linearum longitudinem habet. Pars poſterior opaca eſt, moleculaeque in ea aegrius diſtinguuntur, quamuis maiores ſint. Ad initium craſſi inteſtini primi in filamentum abit, quod ad muſculum aliquem protenditur, huius tamen fila-

p. 111. p. 498.

menti

menti ſtructura a Cl. LYONNET, omni quamuis cura adhibita, non penitus detecta fuit. In vniuerſum longitudo horum vaſorum, ob flexus, quos faciunt plures, ſatis magna eſt, cum vltra tres pollices ſit, in diuerſis tamen erucis variat. Nullo modo neque cum ventriculo aut inteſtinis, neque cum adipoſo corpore, niſi per carnea quaedam filamenta, cohaerent. Interius in toto hoc canale multa filamenta alba continentur, quae ſerici materiem conſtituere videntur, et in anterioribus magis perfecta magisque elaborata, quam in poſteriore parte ſunt.

p.112. p.509. Decimum ſextum huius tractationis caput de *vaſis diſſoluentibus* agit, quae a nullis aliis, qui erucarum anatomen tradiderunt, ſcriptoribus dicta ſunt, et huic erucae ſpeciei propria eſſe videntur. Diſſoluentia autem ea Noſter dicit, quia ſuccum praeparant, quo eruca ad ligna, quibus veſcitur, diſſoluenda vtitur. In anteriore erucae corpuſculi parte deprehenduntur, et a Cl. Auctore in tres partes, *collum*, *receptaculum* et *caudam*, diuiduntur. Collum eſt canalis ſatis amplus, muſculoſus, membranaceus, cylindricus, in ore incipiens, ad adductricem maxillae laminam adnexus, vt maxilla non moueri poſſit, niſi hoc canali quoque agitato. Receptaculum figuram farciminis quaſi habet, et ad oeſophagi latus deſcendit. Duabus tunicis fit, quarum exterior tenerior et craſſior eſt minusque pellucet, granuloſasque ſtrias oſtendit, interior pellucida eſt ſatisque fortis et plicata. Cauda longiſſima eſt varieque reflexa, et inter anfractus pinguedinis deſcendens ibi flexuoſe euaneſcit. Componitur duobus membranaceis tubis, quorum vnus in altero continetur, vt interior tamen longe minorem exteriore diametrum habeat, ſpatiumque inter hos tubos ſubſtantia granuloſa alba et opaca repleatur, in qua potiſſimum ſucci ex adipe reſorpti praeparationem et mutationem

nem in diſſoluentem liquorem fieri, Cl. LYONNET autumat. Ille autem liquor pinguedinoſus quaſi ſpiſſusque et odorus eſt, pellucet tamen, et aqua et ſpiritu vini leuior eſſe deprehenditur. Videtur erucam eius ope ligna, quae rodit, emollire, vt rodere poſſit. Experimenta tamen a Cl. Auctore inſtituta eum docuerunt, liquorem hunc, ex receptaculo exemtum, ligna non arrodere, quapropter credit, aut mutatam fuiſſe partem illius, quo in experimento ſuo vſus eſt, in ſubmerſione erucae, nam aqua eam extinxerat, aut admiſceri huic liquori in ore alios ſuccos, qui vim eius rodendi magis adhuc augeant.

Supereſt, vt de partibus, in capite erucae con- p. 519.
tentis, quaedam adhuc moneamus, quae partes a Cl. Auctore ſubtilius in decimo ſeptimo libri huius capite deſcribuntur: addita ſimul adminiſtratione anatomica, qua in partium, quae in figuris delineantur, diſſectione vſus eſt. Egregie in hoc capite ſubtiliſſimi per capitis interiora diſtributi nerui, aliaeque plures partes verbis depinguntur. Scilicet accuratam laminae tractilis et muſculorum, quibus ea mouetur, nec non laminae alicuius ad initia et origines vaſorum ſericeorum ſitae, quae liquori ſericeo e vaſis educendo, ſiphonis quaſi inſtar, inſeruit, hiſtoriam proponit, qua occaſione ſimul de artificio et ratione, qua in filis ducendis eruca haec vtitur, plurima Noſter monet. Oculorum cornea tranſparens in ſquama parietali continetur, interius vero huic corneae oculi bulbus ipſe, vaſculi rubri opaci formam habens, adhaeret. Eius anterior ſuperficies, corneae applicata, margine terminatur rubro et lato, qui laeuem et pellucidam partem ambit. Singuli oculi ramum nerui optici accipiunt, continenturque et in ſitu retinentur membrana, quae infundibuli quaſi formam habet. Plura ſe in oculis ob opacitatem partium, quas oculus continet, detegere non potuiſſe Noſter fatetur.

Incre-

p. 585. Incredibilis partium hoc opere deſcriptarum numerus quemque facile poteſt docere, quam elegans et adeo non deforme inſectum ſit eruca, vt communis error, ac ſi pauciſſimis partibus conſtet, et corpuſculum plane non organicum habeat, prorſus concidat. Eiusmodi autem artificioſa partium, vel iſtius organi conſtructio, maxime neceſſaria erat, propter duplicem huius inſecti in chryſalidem phalaenamque mutationem, quae cum in forma externa, tum in internis partibus conſpicua ſit. In phalaena enim fere nullum earum partium, quae in eruca cernebantur, veſtigium ſupereſt. Abierunt muſculi innumeri iſti priores, atque in eorum locum alii formae et ſtructurae prorſus nouae ſuccedunt; abiit canalis alimentarii et vaſorum ſericeorum et diſſoluentium maxima pars. Cor et nerui, quorum nouem ganglia diſparuerunt, penitus mutantur, bronchiae vnicam tantum nunc obtinent tunicam. Adeſt vero loco eorum, quae antea aderant caput nouum, ab erucae capite omnino diuerſum, adſunt viginti duo oculorum millia. Nouus thorax, noui muſculi, pedes, alae, genitalesque partes adſunt, quorum nulla in eruca quamuis ſubtiliſſime diſſecta veſtigia deprehendebantur. Iacturam igitur rei gratiſſimae, et nos, et vniuerſa eruditorum res publica pateretur, ſi abiiceret laudatiſſimus egregii huius operis Auctor conſilium coepti huius libri communicationem nobiscum communicandi. Etenim conſtituit, phalaenae quoque, quae ex hac eruca prouenit, accuratam, hoc eſt priori ſimilem hiſtoriam, exhibere, et ſucceſſiuas mutationes, quas eruca in phalaenam tranſiens patitur, deſcribere, ad quod perficiendum figuras maxima ex parte elaboratas eſſe, ipſe nobis in huius operis fine confirmat.

V. Di

V.

*Die Kennzeichen der Inſekten nach Anleitung des Königl. Schwed. Ritters und Leibarzts* KARL LINNÆUS *durch 24 Kupfertafeln erläutert, und mit derſelben natürlichen Geſchichte begleitet von* I. H. SULZER, *Dokt. der Arzneygelehrtheit. Mit einer Vorrede Herrn* IOHANNES GESZNERS. *Zürich bey Heidegger, und Comp.* 1761. 4. 1 *Alph.* 13½ pl. tab. aen. 24.

i. e.

Characteres Inſectorum ſecundum methodum CAROLI LINNÆI figuris aeneis XXIV explicati, addita eorum hiſtoria naturali. Auctore I. H. SULZERO. Cum praef. I. GESNERI.

Inſignem profecto elegantiſſimum hoc Cl. SULZERI opus vſum omnibus iis, qui ad cognitionem quandam hiſtoriae inſectorum adſpirant, nec tironibus ſolum, ſed et iis, qui iam in hac hiſtoriae naturalis parte aliquantum profecerunt, praeſtare poſſe, vnus certe quisque, qui hunc librum perluſtrat, nobiscum fatebitur. Inuenient enim, qui legerint, ſyſtematicam Ill. LINNÆI inſectorum diſpoſitionem in germanicam non ſolum linguam eleganter translatam, ſed et egregie auctam, communique vſui magis accommodatam. Videbunt porro diſcrimina ordinum a LINNÆO conſtitutorum figuris explicata, ſingulorumque generum characteres ac ſubdiuiſiones, additis iconibus elegantiſſimis ita illuſtratas, vt omnia inſecta ad ordinem ge-

nusque ſuum, ſecundum deſcriptiones et picturas, in hoc opere contentas, referre, facillime poſſint. Nec mera haec Linnaeani operis translatio eſt. Addidit potius Noſter deſcriptiones vberiores, et locum, quo naſcatur inſectum, vitam, mores, generationem, transmutationem, naturam eorum, aliaque eius generis ex optimis quibusque ſcriptoribus ſuique ipſius obſeruationibus diligenter illuſtrauit; ac partium diuerſarum fabricam et vſum accurate obſeruauit. Nominibus rebus tribuendis a LINNAEO nonnunquam receſſit, ordinemque interdum mutauit, multaque egregia addidit, ita, vt dulci vtile vbique miſcuiſſe merito dicendus ſit. Figurarum elegantia ſumma eſt, cum Cl. Auctor pictorem nactus ſit dexterrimum, cui SCHELLENBERGII nomen eſt, qui Roeſeliana arte figuras aere inſculptas viuis coloribus diſtinxit. Praefixa eſt operi praefatio Cl. GESNERI, in qua docetur, quo modo hiſtoria naturalis, inprimis inſectorum, optime addiſci poſſit, ſcriptoresque, qui de inſectis egerunt, chronologico ordine recenſentur. Hanc excipit Cl. Auctoris ad Cl. STINZIUM epiſtola dedicatoria, et vniuerſalis quaedam in opus ipſum introductio, in qua de mirandis inſectorum proprietatibus eleganter Noſter diſputat. Finem vero operis explicatio tabularum conſtituit, in qua ſpecierum, quae in tabulis ſunt, characteres, nominaque Linnaeana adduntur. Nullo modo dubitamus hoc opere in alias quoque linguas ex germanica translato, ſyſtematicam elegantiſſimae huius hiſtoriae naturalis partis cognitionem faciliorem et vniuerſaliorem magis omnino reddi poſſe.

VI.

Hiſtoire Naturelle générale et particuliere avec la Deſcription du Cabinet du Roy. Tome Neuviéme. A Paris de l'Imprimerie Royale. 1761. 4. Alph. 2. pl. 2. tab. aen. 41.

h. e.

Hiſtoria naturae vniuerſalis et particularis cum deſcriptione muſei regii. Tom. IX.

Inter maiora, quorum nonnulla a Cl. Viris, BUFFON et DAUBENTON, in hoc tomo deſcribuntur, animalia quadrupeda leo primus eſt. Inhabitant leones calidiores regiones, Africam nempe et Americam, magnum tamen reſpectu morum inter hos atque illos deprehenditur diſcrimen, ita, vt Africae leones omnium fortiſſimi et ferociſſimi, Americani vero multo leniores ſint. Inprimis autem leones in deſertis locis, ardente ſole combuſtis, Biledulgerid, reperiundi omnium maxime terribiles occurrunt, quorum tamen numerus, ſecundum relationes eorum, qui ea loca peragrarunt, in dies decreſcit. In genere vero notandum eſt, leones in cunctis meridionalibus Africae et Aſiae locis, quae non inhabitant homines, numeroſos adhuc et valde terribiles eſſe, atque, cum armorum vim nondum experti ſint, eis inſultare videri. Inflictis quidem vulneribus irritantur, ſed neutiquam terrentur, nec aſpectu multorum hominum diſturbantur. Sic vnus ſaepe eorum integram ſocietatem peregrinantium aggreditur, et pertinaci et violento certamine debilitatus non fugit, ſed certando obuerſaque fronte ſe retrahit, nec vnquam dorſum dat. Leones contra, qui in India et Barbaria circa vrbes et pagos habitant,

quiue tunc homines vimque armorum comperta habent, audaciam animumque dimiſerunt, et minora tantum pecora aggrediuntur, et a foeminis infantibusque, fuſtibus tantum armatis, in fugam vertuntur, coacti, vt praedam abiiciant.

p. 11. Leones maximae ſtaturae, a roſtro ad caudae ortum vsque, octo vel nouem pedes longi ſunt, ipſa vero cauda quatuor pedes longitudine aequat; altitudo vero eorum quatuor vel quinque pedes eſſe ſolet. Leones minoris ſtaturae quinque pedes circiter cum dimidio longi, tresque cum dimidio alti ſunt, cauda vero tres pedes circiter longa apparet. Leaena in omnibus quartam partem minor, quam leo, eſt.

p. 12. Leo in anteriori corporis parte iuba ornatus eſt, quae in leaena deficit. Ardent amore leones, ita, vt tempore ardoris venerei octo vel decem vnam femellam perſequantur, ipſique ante eam rugiant et inter ſe certent, vsque dum omnium vnus victor maneat, cumque femella tandem longe recedat. Leaena quotannis ſemel parit, atque eo tempore, dum pullos lactat, admodum furioſa eſt, ita, vt omne, quod ei occurrit, animal dilaceret, cum alias minus fortis, minusque audax et multo lenior leone ſit. In locis valde remotis et acceſſu difficilibus foetus enititur et, ne detegatur, veſtigia, ſaepe recurrens, celat vel cauda delet. Senſus odoratus et viſus in leone debiles dicuntur. Eſuriens omnia, quae occurrunt, animalia aggreditur et deuorat, plerumque tamen in deſertis locis capreae et ſimiae, ſi in terra ſunt, victum largiuntur conſuetum. Arbores autem non ſcandit. Multum vna vice ingurgitat et ad duos tresue dies ſe replet. Diu famem ferre dicitur, minus contra ſitim; hinc, quoties aquam reperit, bibit et canum more eam lambendo haurit, ita tamen, vt linguam non vt canes ſurſum, ſed retrorſum curuet. Quindecim libris carnis

nis recentis quotidie opus habet. Raro in cadauera irruit. Rugitus leonis tam fortis eſt, vt in locis deſertis ſub nocte tonitru fragorem mentiatur. Id vox conſueta eſt; ira enim excandeſcens vocem breuem ſubitoque reiteratam emittit, haecque multo magis, quam rugitus, terribilis eſt. Quinquies vel ſexies per diem rugit, crebriusque, quando pluuioſa tempeſtas inſtat. Maxima eius vis in capite, maxillis, pedibusque anterioribus reſidet. Sub nocte, vt felis, videt. Somnus breui durat; facile euigilat. Inceſſus eius conſuetus ſuperbus, grauis et lentus eſt, ſemper tamen obliquus; minime vero aequali greſſu incedit, ſed per ſaltus. Si iuuenis eſt, animalibus tantum, quae in venatu capit, riuit, ſenex vero loca deſerta relinquit, tuncque nimalibus domeſticis atque hominibus periculoſus xiſtit, in quos tamen, animalibus aliis praeſentibus, ion irruit, niſi ab his ipſis irritatus. Inter omnia nimalia elephantus, rhinoceros, tigris et hippootamus leoni reſiſtunt. Licet terribilis ſit, canius tamen venaticis eum venantur. Cutis quidem irma et tenax eſt, globulo tamen ex ſclopeto exploſo, t iaculis cedit. Interdum viuus in foſſis capitur aptusque ſtatim lenis fit; ſique primis, dum captus ſt, temporis momentis bene vtuntur, vincire eum, apiſtro refraenare et quaquauerſum circumducere oſſunt. Caro ſaporis ingrati eſt, interim Nigritae t Indiani ea veſcuntur. Cutis eius pallia et lecta s largitur, eiusque pinguedinem in medicum vſum ruant.

Caput leonis admodum grande eſt. Pleraeque p. 26.
rporis anteriores partes pilis longis, reliquae brebus obtoguntur, excepta cauda, quae in extremitate ſciculo pilorum longorum ornatur. Rictus valde agnus apparet, labiumque ſuperius, vt in lepore, lum eſt. Aures breues, rotundae, ſub pilis lon-

lum calidarum regionum incolam, Ibicen Europaeum tantum et Aſiaticum animal eſſe, moſchiferum porro animal in China tantum et Tartaria orientali occurrere, cuniculum in Hiſpania ortum et viuerrae patriam Africam eſſe, rattos vero et mures animalia Europaea cum hominibus in Americam peruenisſe notat. Idem etiam de gliribus, ſoricibus PLINII (*Lerots*) muribus alpinis, *mangouſtes*, taxis, marte zibellina, muſtela armellina, *Gerboiſe*, *makis*, pluribusque ſimiae ſpeciebus dicendum eſt, quorum nullum ab Europaeis, primum Americam intrantibus, ibi repertum fuit.

p. 84. Ad ea nunc animalia ſe conuertit Cl. BUFFON, quae Americae indigena ſunt. Inter haec pauciſſima animalia domeſtica eſſe, tresque tantum ſpecies, *Pacos* nimirum, *Lama*, paruumque animal, *Ako* dictum, canum noſtrorum more in domibus reperiundum enumerari, notat. In genere autem omnia Americae animalia manſueta, docilia et timida eſſe, pauca vero perniciosa et vix vllum infeſtum reperiri, perhibet. Paucicra in genere ibi ſunt animalia, eorumque numerus ad Orbis antiqui animalia quartam aut ad ſummum tertiam partem conſtituit. Si enim in locis quibuscunque notis ducentae animalium quadrupedum ſpecies enumerantur, vltra centum et triginta ſpecies in orbe antiquo, et infra ſeptuaginta tantum in America reperiuntur. Maximum omnium Americanorum *Tapir* vel *Tapiierete* vocatur, idque magnitudine vitulum ſex menſium aut mulam valde paruam aequat, cum nullo caeteroquin animali comparandum. Hoc minus eſt *Lama*, hocque minus *Pacos* dictum.

p. 88. Maximum animalium Americae meridionalis *Cabiai*, *Capybara* Braſilienſibus MARCGRAVII, dicitur, magnitudine porco, mediocris magnitudinis,

nis, aequale; et licet a nonnullis ſus paluſtris dictum fuerit, eſſentialiter tamen a ſue differt, pedes quippe fiſſos habens, oculis magnis, roſtro magno et obtuſo, auribus paruis, pilis breuibus, cauda vero nulla inſtructum. *Tajacou* cabiai minus porco quodammodo ſimile, quoad partes interiores ab eo maxime differt. Idem etiam de *Tamandua guacu*, ſeu vrſo formicario, dicendum, quippe qui, cum nullo animali comparandus, dentibus nullis, lingua vero cylindrica et apertura oris valde parua inſtructus reperitur. *Ai*, Ignauus ſeu Bradypus a nonnullis dictus, praecedentibus multo minus animal eſt, teſtudine lentius ſe mouens, tribusque digitis tam in anterioribus quam poſterioribus pedibus, cauda valde breui, nec auribus inſtructum. *Cariaçou* natura et magnitudine capreis maximis, ſimile eſt: mares cornua, vt capreae, gerunt, foemellae nulla; caeterum a capreis maxime differt et peculiaris ſpeciei animal eſt. Itaque *Tapir*, *Cabiai*, *Taiacou*, *Tamandua*, *Ai*, *Cariacou*, *Lama*, *Pacos*, *Biſon*, *Puma*, *Iaguar*, *Couguar*, *Iaguaréte*, *Chat-pard etc.* maxima Americae animalia ſunt, mediocria vero et minima ſunt *Cuandu*, *Agouti*, *Coati*, *Paca*, *Cariguoya*, Cuniculus Indus, *Aperea*, et *Tatou*, quae omnia pro Americae indigenis animalibus Noſter habet. Quod ad ſimiarum genus attinet, omnes ſimiarum ſpecies, nulla ſeu valde breui cauda inſtructas, in America prorſus non reperiri, atque maiores ſimias, longa cauda praeditas, in Africa tantum occurrentes, inidem in America deeſſe, Noſter aſſerit. Minores vero ſic dictas ſimias, cauda longa inſtructas, in America copioſe reperiri, nomine *Sapaiou*, *Fagouin*, *Tamarin* etc. notas, concedit, ab Aſiae vero et Africae ſimiis differre, notat, ideoque omnia Aſiae et Africae animalia, quibus ſimiae nomen da-

tum eſt, eodem modo, vt elephantum, rhinoceroten et tigrides in America deeſſe, monet.

p. 97. Recenſitis animalibus Americanis ea nunc animalia commemorat, quae vtrique tum antiquo tum nouo orbi communia habentur. Sunt itaque 1) vrſi, in America minores magisque nigri; 2) cerui, noſtris pariter minores, cornibus tamen maioribus caudaque longiore inſtructi; 3) capreae, europaeis minores et cauda longiore donatae; 4) rangiferi; 5) lepores; 6) ſciuri; 7) erinacei; 8) glires moſchardini; 9) lutrae; 10) marmotae; 11) ratti; 12) mures araneï; 13) veſpertiliones; 14) talpae; quae animalia cuncta ab europaeis parum differunt; 15) caſtores; 16) lupi et 17) vulpes, quae animalia nigra; 18) muſtelae; 19) muſtelae armellinae; 20) martes; 21) *Viſon*, muſtelae ſpecies; 22) putorii; 23) lynces; 24) phocae. Cum autem omnia haec animalia in ſeptentrionalibus tantum regionibus reperiantur, nullumque, quod in calidis vel temperatis regionibus indigenum eſt, in America occurrat, Noſter inde colligit, maxime probabile eſſe, vtrumque orbem tum nouum tum antiquum verſus ſeptentrionem inter ſe communicare, aut terram contiguam eſſe et memorata animalia ex vno in alterum per terram adhuc incognitam tranſiiſſe. His expoſitis in cauſam nunc inquirit Noſter, cur animalia Americana tum indigena tum ea, quae antiqui orbis animalibus ſimilia ſunt, minora, contra vero inſecta multo maiora ſint. Elementorum igitur aliarumque cauſarum phyſicarum qualitates perpendens, ad ipſius ſoli qualitatem, coeli conditionem, calorem, humiditatem, ſitum, montium altitudinem, fluminum aquarumue ſtagnantium copiam, ſyluas late patentes, et praecipue ad aſperitatem, quae in cunctis his regnat, attendit. Inprimis autem in minori illo, qui

in

in hac mundi parte obſeruatur, calore et inſigni humiditate cauſam quaerendam eſſe, oſtendit.

Nunc ad Tigridem Cl. BUFFON redit, quam ob mores omnium malitioſiſſimum animal appellare non dubitat. Licet enim carne ſatiata ſit, ſemper tamen ſanguinem ſitire videtur: terram, quam inhabitat, deuaſtat et neque aſpectum hominis neque arma eiusdem timet. Pecorum greges iugulat et deſtruit, beſtias quaſcunque necat, elephantos et rhinocerotes iuniores infeſtat, immo leoni interdum inſultare audet. Corpus eius valde longum, crura admodum breuia et caput nudum apparet. Aſpectu truculentum eſt, linguamque coloris ſanguinei ſemper ex ore propendentem offert. Indoles eius rabies continua coecusque furor eſt, adeo, vt proprios infantes deuoret matremque dilaceret, quando defendere iſtos conatur. Reperitur iſtud animal in Malabaria, Siamo regno et Bengala, iisdem in regionibus, quas elephantus et rhinoceros inhabitant, quem ſaepe concomitari, eiusque ſtercus, quod purgantem et refrigerantem vim ei adfert, deuorare dicitur. Saepe animalia mox enecata derelinquit, et alia necat inque dilacerata caput immergit, ſanguinemque eorum exſugit, cuius fons citius exareſcit, quam ſitis eius exſtincta eſt. Maiori aliquo animali e. g. equo aut buffelo enecato, iſtud confeſtim non euiſcerat, ſed ob metum, ne in dilacerando turbetur, idem in ſyluas transfert, idque tanta facilitate, vt celeritas in curſu vix imminuta eſſe videatur. Ex quo virium menſuram capi poſſe, Noſter innuit. Totum animal absque cauda decem pedes longum eſt, cauda vero quatuor vel quinque pedes longa dicitur. Crura breuia ſunt, hinc curſus eius celer non eſt: interim tamen inſignis ei celeritas eſt, quae vero a ſaltu dependet, ita, vt vno ſaltu plures orgyas p. 129.

gyas absoluere queat. Tigris nunquam manſueſcit, et captum tuncque incluſum magis rabidum fit, illiusque manus, qui alimenta praebet, ſi poteſt, lacerat. Aſpectu cuiuscunque corporis viuentis rugit. Foemella quatuor vel quinque pullos parturit, ſique homines iſtos rapiunt, rabies eius inſigniter tunc increſcit, immo raptores perſequitur, qui ſaepe vnum captiuorum pullorum emittere coguntur, quo facto mater pedem figit, emiſſum prehendit, tutumque in locum fert moxque redit, raptoresque ad portas vel ad naues vsque perſequitur, omnique demum ſpe pullos recuperandi praeciſa, lugubres terribilesque eiulatus emittit. Tigrides non rugiunt, ſed rancant. Pellis eius a Chinenſibus magni aeſtimatur et Indiani carne eius veſcuntur.

p. 143. Pellis huius animalis maculis ſtriisque longis, nigris, fundo fuluo aut albeſcenti inſidentibus, inſignita eſt, exceptis nonnullis locis in capite, dorſo, lateribus, ventre, femoribus, cruribus pedibusue, vbi color magis fuluus apparet. Pili pollicem vnum aut vnum cum dimidio longi ſunt, exceptis iis, qui ad latera capitis infra aures conſpiciuntur, quorum longitudo quatuor pollices cum dimidio eſt. Cauda itidem annulis nigris, fundo fuluo et albeſcenti inſidentibus, donata eſt, excepta extremitate, quae nigra apparet. Caput leonis capiti valde ſimile, ſed minus eſt. Dentes numero triginta ſunt. Vertebrae dorſales, coſtae et ſternum vt in leone ſe habent. Vertebras ſpurias in ſceleto, quod deſcripſit Cl. DAUBENTON, numero ſeptendecim, numerum vero incompletum fuiſſe, notat.

p. 151. A tigride differunt Pardus, Vncia (*Once*) et Leopardus, immo et haec animalia a ſe inuicem differre, notandum eſt. Pardus enim, cuius foemina Panthera dicitur, ab extremitate rictus ad caudae ortum

tum vsque quinque vel ſex pedes longus deprehenditur, caudae vero longitudo vltra duos pedes longa eſt. Pellis maculis nigris magnorum annulorum aut roſarum formam habentibus inſignita eſt. Vncia autem pardo minor, tres pedes cum dimdio longa, pilis tamen longioribus caudaque multo longiore, trium ſcilicet pedum longitudine eſſe ſolet. Caeterum pili eius inferius in dorſo et lateribus colorem gryſeo-albicantem, ſub ventre vero gryſeum magisque album habent. Leopardus tandem vncia paulo maior, pardo vero minor, quatuor pedes longus, caudam duorum pedum aut duorum pedum cum dimidio habet. Color pilorum inferius in dorſo et lateribus fuluus, ſub ventre vero albicans eſt. Caeterum maculae annulorum ſeu roſarum forma conſpicuae multo minores, quam in pardo et vncia ſunt.

Trium horum animalium differentia expoſita, p. 163. nunc ſingula, et primo pardum deſcribit Cl. BUFFON. Animal hoc aſpectu truci eſt; vocem vt moloſſus iratus, immo fortiorem et aſperiorem emittit. Lingua eius rudis valdeque rubra eſt: dentes fortes et acuti vnguesque acuti et duri ſunt. Pellis pulchra eſt et colorem fuluum plus minus obſcurum habet, maculis rotundis nigris inſignita. Maxima horum animalium pardos, minima vero vncias vocarunt. Hae tamen cicures fiunt et ad venandum ſe faciles praebent, cum contra pardi nunquam cicures fiunt, ſique domantur, ſemper tamen indolem feroçem retinent. Leopardo eidem mores eademque indoles, ac pardo eſt, et nunquam cicur fit. Maculae pellis in hoc animali eiusdem magnitudinis et figurae ſunt. Tria haec animalia in Africa tantum et calidiſſimis Aſiae regionibus reperiuntur, et denſas ſyluas inhabitant. Saepe fluuiorum littora frequentant, eum in finem, vt animalia domeſtica et fera, quae aquae hauriendae cauſa ad littora veniunt, inuadant.

Raro

Raro homines infeſtant, irritata licet. Facile arbores ſcandunt, tuncque feles ſylueſtres aliaque animalia perſequuntur. Carnem eorum eſculentam eſſe, eorundemque pelles pretioſas et pulchras haberi, prae reliquis tamen pardi pellem multum aeſtimari, Noſter perhibet.

p.173. Caput pardi amplum inque ſuperiori parte compreſſum eſt. Labium inferius prae ſuperiori prominet, hocque ſuperius nimirum vt in fele, cane, etc. ſe habet. Oculi a ſe inuicem valde diſtant, frons conuexa eſt, auresque breues inque extremitate rotundae ſunt. Collum craſſum et breue eſt. Reſpectu corporis, crurum et caudae feli quam maxime ſimile eſt, omnes tamen partes craſſiores magisque exornatae ſunt, inprimis crura pedesque anteriores, qui pro corporis proportione craſſiores quam in fele apparent. Interim ab hac differt, et praecipua diſcrimina naſi mentique forma, et rictus craſſities praebent, quippe quibus lenitas et calliditas, ex vultu felis cognoſcenda, euaneſcit. Pili pleriquè nouem lineas et vltra longi, caeterum laeues et admodum denſe iuxta ſe inuicem poſiti ſunt. Myſtax partim niger partim albus eſt. Crines longiſſimi ſeptem pollices cum dimidio ſunt. Pedes anteriores digitis quinque, poſteriores vero quatuor inſtructi ſunt. Vngues a felinis non niſi magnitudine differunt. Lingua pardi felinam refert. In ventre quatuor mammae apparent. Prope anum vtrinque ad inteſtinum rectum pantherae foemellae, quae hic deſcribitur, magna veſicula deprehenditur, cuius ductus excretorius manifeſto orificio in inteſtinum rectum hiat. Dentes numero triginta, caeterum vt in leone, fele et tigride ſunt. Leopardo itidem triginta dentes ſunt, vertebrae caeterum, coſtae et ſternum vt in leone et fele ſe habent. Caudae vertebrae ſpuriae viginti tres numerantur.

*Iaguar*

*Iaguar*, americanum animal, quod a KLEINIO tigris americana, Iaguara Brasilienſibus dicitur, magnitudine corporis et forma plurimarum macularum vnciae ſimilis, et leopardo et pardo minus ferox eſt. Cauda breuior quam in his, pili vero longiores quam in pardo et vncia, inque iuniori criſpi, in adultiori autem laeues ſunt. Praeda viuit vt tigris. Ligno accenſo in fugam vertitur, et ſatiatum omnem audaciam et viuacitatem amittit, tuncque vno tantum cane pelli poteſt. Fame tamen compulſum leue, agile et expeditum fit. Licet Braſilia ei locum natalem praebeat, in praeſenti non adeo frequenter ibi occurrit, ſiquidem incolae huius regionis inſignem copiam enecarunt. p. 201.

Licet hoc animal a Cl. DAUBENTON cum fele comparetur, iſtud tamen capite longiori, auribus breuioribus et rotundioribus, oculis minus rotundis, anteriore capitis parte planiore et largiore, rictu craſſiori, linguaque in apice tenui et rotunda inſtructum eſſe, perhibet. p. 207.

*Couguar*, Braſilienſibus *Cuguacu-ara* dictum, capite paruo, cauda longa, pilis breuibus; coloris vbique fere vniformis fului cum nigreſcente mixti inſtructum eſt. Mentum vero, gula, omnesque corporis partes inferiores, albicantes ſunt. Licet animali, *Iaguar* dicto, debilius deprehendatur, aeque tamen ac hoc ferox, immo crudelius forſan eſt. Deuorat praedam, nec antea dilacerat, eamque non niſi ſatiatum demittit. Vtrumque animal arbores ſcandit, et ſatiatum ſi fuerit, ignauum eſt, hominemque fere nunquam, niſi obdormientem, inuadit. p. 216.

Crura huius animalis longa et craſſa ſunt, et caput pro corporis proportione valde paruum eſt. Aures felinis ſimiles, breuiores tamen ſunt. Superior capitis pars planior quam in fele eſt, frons minus p. 220.

minus elata, rictus longior, craſſior et latior eſt, et naſus magis prominet. Color huius animalis maximam partem fuluus eſt, cum nigreſcente mixtus, myſtax vero partim nigricans partim albus eſt. Mammae ei ſex ſunt, quatuor nempe in ventre et duae in pectore apparent. Partes genitales et veſiculae, ad anum reperiundae, vt in panthera ſe habent. Dentes quoad numerum, figuram, etc. vt in leone, tigride et pardo ſunt. Cauda ex viginti tribus vertebris ſpuriis componitur.

p.231. Lynx ſeu lupus ceruarius in ſeptentrionalibus tantum antiqui et noui orbis regionibus reperitur, hique illis paulo minores ſunt. Nihil iſtud animal praeter vlulatum cum lupo commune habet. Oculis fulgentibus donatum, aſpectu manſuetum eſt, vultumque hilarem habet. Plerumque vulpis magnitudine eſt. A pardo et vncia ſequentibus differt: pili eius longiores maculaeque minus conſpicuae nec adeo bene diſpoſitae ſunt. Aures multo maiores apparent, exque earum apicibus pili nigri exporrecti producuntur. Cauda multo breuior inque extremitate nigra eſt. Felium more incedit et ſalit. Venatu viuit praedamque ad arborum cacumina perſequitur. Feles inprimis ſylueſtres, martes, muſtelas armellinas et ſciuros venatur: aues etiam captat. Ceruis, capreis et leporibus inſidiatur, tuncque in ea inſilit, gulamque prehendit, victisque ſanguinem exſugit, caput aperit cerebrumque deuorat, reliquas partes intactas relinquit. Pili pro climatum et tempeſtatis conſtitutione colore mutantur, pellisque eius hyeme pulchrior quam aeſtate eſt.

p.243. Forma feli ſimilis lynx eſt. Pilorum color varius, et inprimis fuluus, albus et niger eſt. Lingua a baſi ad apicem vsque lata eſt, in extremitate tamen rotunda valdeque tenuis. Dentes viginti octo

ſunt,

lunt, in quauis nimirum maxilla ſex inciſiui, duo canini ſexque molares. Vertebrae, coſtae et ſternum numero et forma, vt in fele, ſe habent. Os ſacrum ex vertebris ſpuriis tribus, cauda vero ex trelecim conſtat.

A lynce differt *Caracal*, licet ei corporis magni- p. 262.
udine et vultu ſimile ſit. Hocce tamen animal maculatum non eſt, pili rudiores et breuiores ſunt, cauda vero longior, vnico colore tincta. Roſtrum longius apparet. Natura ferocius eſt; caeterum in regionibus calidis tantum reperitur, cum contra lynx in frigidis aut temperatis occurrat. In Barbaria, Arabia, omnibusque regionibus, quas leo, pardus et uncia inhabitant, reperitur, pariterque praeda viuit: cum autem minus multoque debilius animal ſit, multo difficilius inde victum ſibi parare poteſt, et eo tantum viuere cogitur, quod a leone, pardo et vncia relinquitur. Leonem ſequitur et proxime interdum, hinc forte factum eſt, vt nomine ducis aut obſervatoris leonis (*Pourvoyer du lion*) inſigniretur. Magnitudine vulpem refert iſtud animal, ferocius tamen et fortius eſt. Difficulter cicuratur, in iuuentute tamen captum, omnique cura educatum, venatui inſeruit. Ob id etiam Indiani eo ad capiendos lepores, cuniculos, imo adeo aues maiores, utuntur. Partes eius vario colore donatae ſunt; aliae enim albae, aliae fuluae, aliae rubellae, immo et nigreſcentes apparent.

Hyaena, quae ſaepe cum lupo aureo, *Glouton* p. 268.
cane zibethico et *Babouin* confunditur, ab iisdem genere differt, atque ferum et ſolitarium animal eſt. Inhabitat iſtud montium cauernas, vel rimas rupium, vel ſpelunca, quae ſibi ipſum ſub terra parat. Ferox eſt, nec vnquam cicuratur. Praeda viuit vt lupus, hoc ta-

tamen fortius et audacius eſt. Interdum homine aggreditur, pecora inuadit, ſaepeque ſub nocte por tas et ſepimenta ouilium rumpit. Oculi eius in ob ſcuro fulgent, nocteque melius videre dicitur. Vo hyaenae vitulorum mugitui ſimilis eſt. Aduerſu leonem ſe defendit, pardum non timet, et vncian aggreditur, quae ei reſiſtere nequit. Deficient praeda cadauera animalium hominumque effodit e deuorat. In omnibus calidis Africae et Aſiae regio nibus reperitur.

p.280. Magnitudine lupum aequat, et reſpectu forma capitis et corporis multa cum eo communia habet aures tamen maiores ſunt, naſus non adeo prom net, rictusque minus longus eſt. Et anteriores poſteriores pedes quatuor digitis inſtructi ſunt. C lore gryſeo et flaueſcente, vna cum maculis ſtriisqu nigris ſeu nigreſcentibus, praeditum eſt. A coll ad caudam vsque pili, nouem pollices longi, prope dent. Lingua aequalis latitudinis inque apice p rum craſſa eſt. Inter caudam et anum magnum o ficium deprehenditur, quod introitum perulae ſtit. Dentes triginta quatuor numerantur. Vert brae dorſales ſedecim, totidemque coſtae, noue nimirum verae, et ſeptem ſpuriae, vertebrae vero lu borum quatuor ſunt, osque ſacrum ex tribus, et cau ex octo vertebris ſpuriis conſtat: eam tamen in anima quod hic deſcribitur, non integram fuiſſe, Noſ notat.

p.299. Animal zibethicum (*Civette*) et animal moſc ferum (*Zibet*); duo haec animalia, quae plerumq cum aliis animalibus confunduntur, ad antiqui or animalia pertinent, inque calidioribus Aſiae et Af cae regionibus occurrunt. Multa quidem vtru que, quoad externas et internas partes, inter ſe co munia habent, interim tamen inſignis etiam in

eade

dem datur differentia. Animal enim moſchife-
m corpus longius minusque craſſum, roſtrum te-
nius, planius, parumque concauum, in ſuperiore
rte habet, cum contra roſtrum in zibethico ani-
a'i craſſius, longius, parumque conuexum ſit. In
o etiam aures maiores et ampliores ſunt, cauda
ngior et maculis annulisque magis notata apparet,
lique breuiores et molliores ſunt. Nulli e con-
ario ei crines ſunt, nullus etiam color niger ſub
tulis nec ſubgenis eſt; qui characteres animali zi-
ethico proprii et notabiles ſunt. Ad colligendam
ateriem odoriferam animalia haec caueae anguſtae
cluduntur, tuncque animalis caudam manibus pre-
endunt, et cochleare paruum in ſaccum, qui conti-
et dictam materiem, immittunt; hancque eximunt,
t idoneo vaſi indunt. Laborem hunc bis ter in
ptimana repetunt. Animalia haec natura fera et
arumper ferocia ſunt: interim tamen facile cicu-
antur, vti in Hollandia plurima eorum nutriuntur.
Dentes fortes et ſcindentes ſunt, vngues vero debi-
es et obtuſi. Oculi ſub nocte fulgent. Valde agi-
a ſunt, ſaliunt vt feles, et incedunt etiam vt canes;
raeda viuunt, et parua animalia et aues inuadunt,
illasque vt vulpes intrant. Deficiente victu car-
oſo, radicibus et fructibus veſcuntur, parumque bi-
unt. Humidas regiones non inhabitant, contra
ero ſabulum vrens montesque aridos amant. In loco
atali inſigniter multiplicantur, nunquam tamen in
gionibus temperatis, licet ibidem quoque viuere
ſſint, linguaque minus aſpera quam in fele eſt,
s tamen fortior, eaque cani irato valde ſimilis.

Animalis moſchiferi caput, collum, dorſum et p. 316.
da elongata, crura vero breuia ſunt. Roſtrum
pino ſimile eſt, craſſius tamen. Oculi mediocris
gnitudinis ſunt, atque, vt in lupo, vulpe, etc. oblique
iti. Aures rectae vt in fele apparent, pro corporis ta-

men proportione breuiores, inque extremitate ro tundiores, et pedes quinque digitis inſtructi depre henduntur. Pili breues et denſi, colore cinereo prae diti, reperiuntur, hinc inde tamen et albae et gryſeae e fuſcae et nigrae maculae conſpiciuntur. Recto in teſtino, prope anum, vtrinque veſicula oualis, qua tuor lineas longa, tres lata, et decem craſſa reperi tur, materiem craſſam et albicantem, odore ranci dae pinguedinis inſtructam, continens, quae mediant ductu excretorio ad margines ani euacuatur. Lingu gracilis, in apice rotunda, caeterum maximam ſua longitudinis partem aſpera eſt. Praeterea ſex pa pillae, vtrinque nimirum duae in pectore, vna i ventre reperiuntur. Inter vuluam et anum aliu orificium apparet, cuius ductus ad duos folliculo ſeu paruos ſaccos ducit, qui liquorem oleoſum odore zibethi imbutum, continent. In qualibe maxilla ſex dentes inciſorii, duo canini, et decem molares, in conſpectum veniunt. Tredecim ſun vertebrae dorſales inque quolibet latere totide coſtae, vertebrae lumbares quinque, tresque ſpuria oſſis ſacri, caudae vero viginti duae.

p. 333. Animal zibethicum (*Civette*) corpore minu elongato quam moſchiferum animal eſt. Roſtru eius craſſius eſt, aures breuiores et anguſtiore Caeterum multa duo iſta animalia communia h bent. Pili longiores, duriores et aſperiores ſun mixtoque colore albo, albeſcente, gryſeo, flau ſcente, fuſco et nigro praediti ſunt, ita tamen, ſtriae maculaeque diſtinctae appareant. Lingua animalis moſchiferi lingua ſulco tantum longitudina in anteriore parte conſpicua, ſe diſtinguebat. P pillae quatuor tantum conſpiciuntur. Caeterum hoc animali eodem modo orificium quoddam int anum et vuluam eſt, cuius ductus itidem duob folliculis inſeritur. Hoc animal numerum dentiu

moſch

moſchiferi animalis duobus ſuperat. Cauda ex viginti quinque vertebris conſtat.

Genetta animali zibethico minor eſt, corpore elongato, cruribus breuibus, roſtro acuto, capite acuminato, pilisque mollibus, gryſeis, maculisque nigris et nonnullis ſtriis donatum. Marte paulo maior eſt, caeterum forma corporis et natura ei valde ſimilis, excepto eo, quod facilius cicuretur. Humida loca et ad riuas, nec montes, nec arida loca, inhabitare dicitur. Animalia haec numeroſa non ſunt. p. 343.

Linguae apex rotundus et tenuis eſt; papillae in ventre quatuor ſunt. Praeterea ſimile orificium inter anum et vuluam eſt, cuius ductus duabus glandulis inſeritur, quae materiem, odore moſchi, ſed debiliori, impraegnatam fouent, ſuper has autem duo folliculi conſpiciuntur, vtrimque ad rectum poſiti. Quaelibet maxilla dentes viginti habet. Coſtae tredecim ſunt, totidemque vertebrae dorſales, lumbares vero ſeptem. Os ſacrum ex tribus vertebris ſpuriis, cauda vero ex viginti octo conſtat. p. 346.

Lupus niger a communi lupo parum, vel nihil, excepto colore, differt; caeterum eodem modo praeda viuit, et multa cum lupis communia habet: dentes tamen magis cuminatae, ſunt, magisque a ſe inuicem diſtant. Oculi minores ibidem a ſe inuicem longius diſtant. Animal ex toto nigrum eſt, decem papillas, vt canis, habet, vtrimque nimirum tres in ventre, duas in pectore. Partes generationis canis ſimiles ſunt. Os ſacrum ex tribus vertebris ſpuriis, cauda ex viginti conſtat. p. 362.

VII.

IOBI BASTERI Med. Doct. Acad. Caes. Societ. Reg. Lond. et Holland. Socii, Opuscula subsecivа, observationes miscellaneas de animalculis et plantis quibusdam marinis eorumque ouariis et seminiis continentia. Tomi secundi Liber primus. Harlemi apud Ioan. Bosch. 1762. pl. 6. tab. aen. 4.

Quartus hic fasciculus continuationem laborum Cl. Auctoris, simulque primum, secundi tomi opusculorum horum fasciculum, sistit. Initium eius
p. 5. tractatio *de Astacis* facit. Astacos et cancros vno cancri genere Ill. LINNAEUS comprehendit, vnumque eorum characterem assignat, quod duas chelas et octo pedes habeant. Minime tamen hoc in omnibus tum astacorum, tum cancrorum speciebus obtinet, vt ex pedum numero verum characterem omnino petere nequeamus. Differre vero astacorum et cancrorum genus, Cl. BASTERUS putat, praecipuumque inter haec duo genera discrimen ponit, quod astacis corpus cylindricum et cauda oblonga sit, cancrorum vero corpus quasi depressum adpareat et ouatum, hique in vniuersum latiores sint, quam longiores nullamque caudam habeant. Hic vero potissimum astacus, *gammarus* a LINNAEO dictus, et quae in singulis eius partibus adnotanda sunt, de-
p. 7. scribuntur. Oculi astaci, vt aliorum insectorum, in quadrata spatia tam exigua distincti sunt, vt 2500 talia, vnius tantum pollicis latitudinem habeant. Ea vero, microscopio visa, non plana adparent, sed in medio quodammodo conuexa eminent. Quae ad oculorum latera in astacis cornicula prominent, a Nostro, quo ab antennis discernat, *cirri* dicuntur.

In

In ipſis vero antennis quaedam aperturae ſunt, ex quibus aſtaci pauca aliquot et tenuiſſima fila emittunt, quorum tamen vſus non patet. Partes illas duas capiti proximas, pilis dentatis quam plurimis obſitas, Cl. BASTERUS *brachia* vocat, quia illis aſtacus nunquam ad currendum, ſed ad eſcam maioribus ſuis chelis apprehenſam, per ſerratos huius brachii dentes confringendam, et ad fauces perferendam vtitur. Dextra chela vt plurimum altera maior eſt. Extremus caudae margo pilis vndique circumcinctus eſt, qui microſcopio inſpecti pennarum cauliculi, vtrinque plumis inſtructi, ſpeciem praebent. Primum pedum natatoriorum, qui in inferiore caudae parte ſunt, par, in maribus rigidum, durum et absque vllis pilis eſt, atque in obtuſum acumen abit, quapropter Noſter has partes pro genitalibus marium habet. In foemellis contra tenue, planum et flexile eſt, et pilos, vt ſequentia paria, habet. Inſeruiunt vero natatorii pedes in foeminis quoque ouis aliquamdiu retinendis et continendis. Cum enim cutis durior, qua cruſtacei piſces induti ſunt, ſe extendere non poſſit, neceſſe eſt, vt oua extra corpus portent et foueant, donec idoneum ea abiiciendi tempus adſit. Propagationem aſtacorum Cl. Auctor ex relatione amicorum in Norwegia deſcribit. In foemellam in dorſo recubantem mas decrepit, amboque pedibus et cauda ſe arctiſſime amplectuntur. Decem poſt coitum hebdomadibus oua in foemellarum corpore conſpiciuntur, quae aliquamdiu ita geſtata, tandem in arenam deponuntur, paulloque poſt pulli excluduntur. Ingens eſt ouorum, quae aſtacus parit, numerus. Praeter ea enim, quae ſub cauda affixa ſunt, materia etiam illa rubra, quae in aſtacis intra corpus et caudam eſt, ex ouis nondum maturis conſtat. De internis horum animalium partibus pauca Cl. BASTERUS habet.

p. 12.

Monet tantum, illam luteam, aut virideſcentem materiam, quae magnum in aſtaci corpore ſpatium occupat, quam latini *mutim* dicunt, non cerebrum, aut excrementa eſſe, ſed iecur, aut glanduloſum inteſtinum, cum ventriculo communicans. Modum, quo aſtaci cruſtam quotannis permutant, et quidquid in eorum corpore vllam habet duritiem, in veteri cruſta relinquunt, fuſe Noſter deſcribit. Rationem porro, qua chelae et pedes truncati iterum adnaſcuntur, indicat.

p. 16. Tempus, quo haec reſtauratio abſoluitur, breuius longiusque eſt, pro tempeſtatis calore et frigore, pro nutrimenti copia, et pro loci, in quo chela abrupta fuit, diuerſitate. Si haec fractura in ſecundo chelae articulo contigit, longe celerius, quam ſi infra ſecundum articulum fracta eſt, chelae noua pars accreſcit. Chela vero ſuperius laeſa, aſtacus ipſe eandem ad ſecundum articulum abrumpit, et abiicit. Quodſi autem locus, vbi talis chela abrupta fuit, conſideratur, videmus poſt duos vel tres dies, eminentiam globoſam, membrana craſſa ſubrubra veſtitam, excreſcere. Ex ea poſt aliquot dies apiculus ſenſim ſenſimque protuberat, qui intra trium hebdomadum ſpatium dimidii pollicis longitudinem acquirit. Tunc membranae eius color expalleſcit, vt carnis luxuriantis ſpeciem ipſa noua haec pars habeat, quae deinde verſus aſtaci corpus magis magisque inflectitur. Ipſa autem membrana, hanc carunculam inueſtiens, magis extenſa et acuminata, tandem rumpitur et chelam quaſi gignit, mollem in initio, paullo poſt dureſcentem, vt, aeſtate inprimis, noua chelae generatio intra ſex ſeptemue hebdomadum ſpatium plane abſoluta ſit. Brachia, cornua et pedes aſtacorum etiam, ſed longe tardius, iterum accreſcunt. Cum humorum circulatio, et in vniuerſum, et in extremis potiſſimum partibus, in aſtacis et cancris lentiſſima ſit, iis vulneratis, aut humoribus tumore

vel

vel aliis cauſis mox condenſatis, putredo celerrime immineret, niſi prouida natura hiſce animalibus facultatem dediſſet, laeſam partem eo in loco, vbi vulnerata pars tenuior et arctior eſt, abiiciendi. Quapropter vaſa ſe non modo citius contrahere, et cicatricem formare poſſunt, ſed quoque cum humorum impetus loci contractione coarctetur, vaſa nouum membrum propellere coguntur. Praeter aſtacos, cancros, polyposque, ſtellae quoque marinae tali partes laeſas abiiciendi et iterum recuperandi virtute gaudent.

Sequuntur *de cancris* obſeruationes, in quibus cancer *littoreus*, qui a LINNAEO *moenas* dicitur, potiſſimum deſcribitur. Cancri in ventre cruſtaceam quandam particulam gerunt, quam Noſter *caudam* dici poſſe putat. Haec in maribus ex quatuor, in foeminis ex ſex inciſuris componitur. In maribus binas partes genitales viriles, aliasque duas, quarum vſus ignoratur, operit. Nulli vero ſunt in maribus ſub cauda natatorii pedes, vt in aſtacis. Sub foemellarum contra cauda, praeter aperturas genitales, quatuor pedum natatoriorum paria, quae ouulis retinendis inſeruiunt, reperiuntur. p. 19.

Addit Cl. Auctor duas cancellorum ſpecies, in mytulis inuentas, quae nullas vel breuiſſimas tantum antennas habent, a nullo vnquam ſcriptore accurate delineatas. Harum primam vocat *cancrum thorace leui, orbiculato, pedibus hirſutis*, alteram *cancrum thorace leui, orbiculato, maculato, roſtro paulum acuminato, pedibus hirſutis*, tertiamque, quae alto in mari inuenitur, et a Noſtro *cancer thorace leui, orbiculato, ſubdepreſſo, chelis validioribus, antennis longiſſimis, pedibus poſticis minutioribus* dicitur. Hanc obſeruationem alia *de ſquilla marina Bataua* SEBAE, quae per omnia fere aſtaco ſimilis eſt, excipit. Duae tamen ad capitis latera, maiores, p. 26. p. 27.

Monet tantum, illam luteam [illegible] ſolis ſquillis proteriam, quae magnum in [illegible]quoque ſpinas hinc inde cupat, quam latini *muti* [illegible] a Noſtro accurate de- excrementa eſſe, ſed ie [illegible]ecunditas inſignis eſt, cum cum ventriculo co[illegible]per ouis inſtructae ſint. Maſtam quotannis [illegible]ari habitant, quam foeminae quae pore vllam ha[illegible]maribusque frequentius capiuntur. fuſe Noſter [illegible] omnes alios piſces necat, ſola ſquilla et pedes [illegible] Sequuntur obſeruationes *de ſquilla*

p. 16. Te [illegible]LSINII, quae nullas, vt alii aſtaci et cauius [illegible] habet, et *de pulice marino* agunt, exiguo go[illegible] animalculo, quod etiam ad cancrorum genus pertinet. nec in mari ſolum, ſed et in dulcibus aquis verſatur, propter exilitatem vero non comeditur.

p. 33. Claudit hoc volumen obſeruatio *de aculeo, qui in cauda raiae cauda ſagittatae ſeu paſtinacae* deprehenditur. De eo et veneno eius praeſentiſſimo multa veteres commentati ſunt. Duos pollices et vltra e viuae raiae cauda eminet, plane vero exſectus quatuor vel quinque pollicum longitudinem adaequat. In piſce viuo perpetuo quaquauerſum vibratur, plurimum tamen ſurſum, tanta quidem vi, vt magnos piſces raia per hunc aculeum non modo occidere poſſit, ſed et piſcatoris crus per ocream perduram et tria craſſa tibialia Islandica grauiter vulnerauerit. Ob venenatam vero, quam ei adſcribunt, vim, minime laedit, cum nullum plane venenum contineat, ſed vulnera hoc aculeo inflicta, ob ſerratos eiusdem dentes reflexos, moleſta tantum et valde cruenta euadant. Binos ſaepe in caudis aculeos paſtinacae habent, cum quotannis aculeum commutent, recente antiquum loco exturbante. Quoniam enim raia hoc aculeo, ad alios piſces vulnerandos necandosque, ſubinde vtitur, multi ex dentibus franguntur et hebeſcunt, vnde haec commutatio maxime neceſſaria eſt. Tabula aenea prima aſtacum marinum

et par-

s eius, ſecunda cancrum littoralem diuerſasque
es exhibet. In tertia ſquilla Batava, ſquilla
lex marinus, in quarta vero tres cancello-
quas Cl. BASTERUS primus delineauit
uleus delineantur. Nullos inter lecto-
ore putamus, qui non nobiscum conti-
n horum laborum, qui de egregia Cl. Au-
nduſtria ſatis teſtantur, auide exſpectent.

## VIII.

B. S. ALBINI de Sceleto humano Liber. Leidae apud I. et H. Verbeek. 1762. 4. Alph. 2. pl. 16.

Qui ſplendidiſſimis ſuis oſſium ſceletique humani tabulis *) nudum antea breuemque tantum indicem adiecerat Cl. ALBINUS, pleniorem nunc ſceleti rationisque eius, partiumque, quibus componitur, vſus hiſtoriam hocce opere tradere ſuſcepit. Quod quidem opus omnibus, qui accuratam partium corporis humani cognitionem ſibi parare cupiunt, iisque inprimis, qui Albinianorum ſcriptorum praeſtantiam agnoſcunt, gratiſſimum exoptatiſſimumque fore, nulli dubitamus: quippe nec carere ii, qui tabulas Cl. Auctoris poſſident, hocce commentario poſſunt. Non ſolum enim elegantiſſimae illae oſſium imagines, quas in libello *de oſſibus corporis humani* iam ante plures annos Celeberrimus ALBINUS propoſuerat **) ampliores in hoc libro

ſunt,

*) Tabulae oſſium humanorum prodierunt Leidae 1753 fol. max. vid. Comment. Vol. IV. Part. III. p. 459.

**) Prodiit nimirum Lugduni Batauorum anno huius ſaeculi viceſimo ſexto,

ſunt, ſed indicantur quoque in partium deſcriptione ſemper loca illa, vbi deſcriptae partes in tabulis expreſſae ſunt. Quamquam vero, vti mos eius eſt, naturam tantum exponit, eiusque opus deſcribit Celeberrimus Auctor, non nude tamen res enumerat, aut tantum indicat, ſed plenius fuſiusque partes ſceleti omnes ea ſermonis elegantia ac vbertate deſcribit, quam omnes in ipſius ſcriptis admirantur. Qui autem librum hunc cum fructu legere cupiunt, et erunt profecto, ſi recte coniicimus, quam plurimi, ii ſciant, neceſſe eſſe, vt in eius lectione aut tabulas laudatiſſimi ALBINI ante oculos ponant, aut naturam ipſam contemplentur, aliter enim multa iis admodum obſcura fore, diffiteri haud poſſumus. Cum autem ordo, quem Illuſtris Auctor hoc opere ſeruauit, ab eo, quo de oſſibus corporis humani in libello ſupra citato hinc inde expoſuit, differat, liceat nobis rerum in hoc libro propoſitarum conſpectum aliquem lectoribus tradere, nonnullis adnotationibus, ſpeciminis loco, ex ipſo quoque opere adductis. Ob inſignem enim rerum, quarum hiſtoria in hoc commentario traditur, copiam, vix poſſibile nobis eſſe videtur, omnia, accuratius in hac tractatione expoſita, excerpta lectorum oculis ſubiicere.

p. 11. Primum de oſſibus eorumque compoſitione Noſter agit. Duo autem compoſitionis oſſium genera facit, *Symphyſin* ſcilicet et *Articulum*. Symphyſis eſt, cum oſſa interpoſito aliquo corpore, eoque vtrique continuato, coniunguntur, ſic, vt mobilia in coniunctione non ſint, ſed quantum concedat flexibilitas illius, quod coniungit. Articulus vero eſt, cum oſſa ſic componuntur, vt abſoluta ea ſint, et in coniunctione mobilia. Id vero, quod in ſymphyſi oſſa coniungit, aut membrana eſt, aut cartilago, aut ligamentum. Ad ſymphyſin, quae per membranam fit,

fit, ossium caluariae compositionem futurasque Cl. Auctor refert, ossaque eo modo tam firmiter connecti tradit, vt ea, in vnum veluti coeuntia in coitu mobilia non sint. In symphysi, quae cartilagine perficitur, flexibilitas cartilaginis mobilitatem quandam adhuc permittit. Symphysis per ligamentum pariter ob flexibilitatem ligamenti obsequitur. In articulo contra ossa, qua parte componuntur, in cartilaginem operimento similem desinunt, per quam forma eorum absoluitur, eaque inter se apta sunt. Alii autem horum articulorum ad mobilitatem minus apti, natique sunt, vt ossa obscurius tantum dimoueri possint, cuius generis exemplum commissurae ossium coxarum cum osse sacro sunt. Aliis vero mobilitas euidens est, qui modus coniunctionis ossium *diarthrosis* appellatur. Duo autem in vniuersum diarthroseos genera poni possunt, alterum, vbi operimento suo carilagineo se ossa inter se contingunt, vt versatilia sint, alterum, vbi articulo cartilago quaedam interiecta est, flexilis, mobilis, absoluta ab ossibus, qua parte componuntur, eaque committens inter se, vt in maxillae, tibiae et femoris, etc. coniunctionibus fieri videmus. Varii quoque alii articulationis modi commode ad diarthrosin referuntur: vt ea, quae fit ex compositione quidem ossium cartilaginosorum, sed alterius cartilagine in ligamenti naturam versa, qualis clauiculae cum scapula articulatio est. Porro ea coniunctio, quae fit osse et ligamento, ea parte, vbi cum osse committitur, duriore et veluti cartilaginoso, aut ea, quae ex compositione sterni, extremarumque cartilaginum, in quas costae desinunt, oritur. Alia quoque ratione duo diarthroseos genera poni possunt, vt alia diarthrosis laxa sit, insigniterque mobilis, alia stricta, minore mobilitate praedita. Prioris exempla articuli humeri, cubiti etc. posterioris coniunctiones ossium

carpi

carpi ſecundi ordinis praebent. Nonnullae praeterea diarthroſes propriis nominibus inſigniuntur, vt *enarthroſis*: cum recipiens ſinus profundus eſt, receptumque caput rotundum ceruici procerae inſidet, quod in femoris cum oſſibus coxarum articulo fit: *arthrodia*: vbi ſinus glenoideus eſt, caputque rotundum ceruici humili inſidet, vt in ſcapulae humerique articulo: *ginglymus*: cum os alterum alterum viciſſim ingreditur, vt in cubiti et humeri articulo. Ab his vero ſpeciebus caeterae, vel pleraeque omnes diſcrepant, ita, vt ad genera commode referri haud poſſint, ſed ſingulae cognoſcendae deſcribendaeque ſint. Scapularum per *ſyſſarcoſin* nexus neque ad ſymphyſin, neque ad articulum pertinet.

p. 14. Ad ſceleti autem deſcriptionem, dum propius Ill. ALBINUS accedit, ſpinam dorſi primum examinat, et ex oſſibus, quibus ea ſpina componitur, omnium primum os ſacrum, vt baſin eiusdem deſcribit, cuius hiſtoriae oſſis coccygis deſcriptio annexa eſt. Tunc, quae in vniuerſum de columna ſpinae dicenda ſunt proponit, et corpora vertebrarum, earum arcus, proceſſus obliquos, ſpinas, proceſſus transuerſos ſeparatim examinat. Tandem de ſpinae flexibilitate, firmitate et aptitudine ad aequilibrium ſeruandum, ſingularique omnium eiusdem
p. 89. partium vſu diſputat. Porro de thorace, ſterno coſtisque et ratione thoracis in vniuerſum differit, diuerſasque, quas ille in reſpiratione figurae ſuae mutationes patitur, indicat. In ſterno foramen, quod EUSTACHIUS memorat, reperit. Reperit quod reſpondet, extrinſecus in media eminentia inter ſinus, per quos coſtae quartae recipiuntur, ſed non pe-
p. 115. netrans. Ad caput deinde adſcendit, et de caluaria in vniuerſum primo diſputat. Veterem et vulgarem illam diuiſionem in caluariam, et maxillam ſuperiorem, inque oſſa illius octo, huius tredecim, reiicit.

reiicit. Parua enim tantum pars maxilla eſt, multo maior nares, oculorum foramen et palatum. Et quae proprie caluariae oſſa dicuntur, eorum os frontis, multiforme et cribriforme, ad oculorum foramina naresque pertinent, cribriforme etiam parte minima ad caluariam. Maxillae vero oſſium pars minima maxilla eſt, nec niſi e partibus effecta maxillarium minoribus; cum ea caeteroquin ad nares, oculorum foramina, palatumque, vti reliqua pertineant. Eum vero ordinem in horum oſſium deſcriptione ſeruat, vt primo de verticis oſſibus, tum de frontis et occipitis oſſe, oſſibus temporum, oſſe multiformi et cribriformi dicat, hisque maxillarium, iugalium, naſi, palati et oſſium ſpongioſorum inferiorum, nec non vomeris hiſtoriam ſubiungat. Oſſis occipitis mucro ſuperior ſaepe per ſutu- p.131.
ram transuerſam a reliquo oſſe veluti ſeparatus eſt. In aliis caluariis ab ima extrema lambdiformi, vsque fere ad ſagittale ſectum ſutura eſt; ſic vt inter ſuturam illam ſecantem lambdiformemque, portio contineatur ſatis magna. In aliis idem os, ſutura alia extrinſecat, fiſſura, quae in iunioribus hoc os diuidit, in ſuturam verſa. Tubera oſſis occipitis, p.133.
quibus illud in ſinus vertebrae primae recipitur, nonnunquam in capitula duo diuiſa ſunt, quae ſaepe penitus, ſaepe autem in lateribus tantum disiuncta deprehenduntur. Oſſis ethmoidei prae reliquis elegans et ſubtilis deſcriptio datur. Oſſa palati in ba- p.191.
ſin, ſquamam cum cornubus duobus et proceſſum diuidit. His de oſſibus caluariae propoſitis, Cl. p.207.
Auctor de conceptaculo encephali in vniuerſum agit, et de oculorum foraminibus, naribus, maxilla ſuperiore in ſpecie, porro de palato, auribus et caluariae circuitu exteriore differit, rationemque craſſitudinis caluariae exponit. Tunc commiſſuras p.230.
caluariae, ſuturarum oſſicula, pluresque, quae in

iis

is occurrunt, varietates adducit. Deinde foramina conceptaculi encephali, ſinuumque veſtigia, foramina, quae in orbitam ſiue oculorum foramen, et in nares, in palatum denique et aures patent, recenſet, indicemque foraminum in caluariae circuitu exteriore ſubiungit. Maxillae porro inferioris hiſtoriam addit, capitisque poſitum et mobilitatem expo-
p.252. nit. Ad fundamentum ſpinae, finita capitis deſcriptione, Ill. ALBINUS proficiſcitur, coxas ſcilicet, et quomodo per earum oſſa, et os ſacrum, fundamentum totius corporis fiat, indicat, peluimque deſcri-
p.273. bit, oſſium coxarum hiſtoria expoſita. Deinde ad pedes deſcendit, et de femore, cruris oſſibus, tibia et fibula, et modo, quo articulatio in genu fit, nec non de patella et horum oſſium compoſitione agit, pedisque extremi, tarſi eiusque oſſium, metatarſique, deſcriptionem exponit. In metatarſi hiſtoria, os metatarſi pollicis a gracilioribus quatuor reliquis metatarſi oſſiculis ſeparatur. Digitos tunc pedum deſcribit, os primum pollicis pedis et duo oſſa eius ſeſamoidea, nec non vltimum pollicis os ſeſamoideumque eiusdem addit. Ad oſſa deinde digitorum minorum tranſit, et totam hanc tractationem, diſputatione de compoſitione, forma poſituque pedis extremi, de mobilitate partium eiusdem, et ratione pedum claudit.

p.366. Superſunt brachii oſſa, ſcapula, clauicula, humeri os, cubitique oſſa, radius ſcilicet et vlna, de quibus quoque fuſe et elegantes Noſter ſequentibus capitibus exponit. Manum, carpum eiusque oſſa, metacarpum eiusque oſſa, digitos manus eorumque oſſa prima, media, poſtrema, ſeſamoidea pollicis et reliquae manus deſcribit. Compoſitionem poſtea oſſium manus, manus eiusque partium formam, poſitumque et mobilitatem, manuumque et brachio-
p.469. rum rationem addit. Subiicit denique oſſis hyoidis hiſto-

hiſtoriam, quamquam illud extra ſceleti fabricam eſt, cumque oſſa hactenus enarrata ex virili ſceleto deſcripta ſint, quae aliter in foeminino ſceleto comparata ſunt, addit. Foeminarum oſſa in vniuerſum minus plena ſunt, oſtenduntque imbecillitatem quandam foemininam, non tantopere enim ac viris, mulierius oſſa exuberant. His vero omnibus hactenus propoſitis, in fine libri ſui Cl. Auctor quaedam de dentibus adiicit. Vidit ill. ALBINUS homines, quibus in maxilla ſuperiore ſecantium duo tantum erant, aequaliter tenentes ſpatium, quod inter caninos eſt. Canini et acuti praeterea frequenter extra ſeriem reliquorum dentium ponuntur, hi ab interiore, illi fere ab exteriore parte. Vidit in infante Noſter dentem, qui deorſum directus infra ex mento perforata cute eruperat. Alias varietates omittimus. p. 473. p. 476.

## IX.

A Treatiſe on canine Madneſs. By R. IAMES M. D. London. 1760. 8 mai. plagg. 17.

h. e.

Tractatus de rabie canina. Auctore R. IAMES Med. D.

Funeſtus plerumque hydrophobia morbus, etſi multum excruciauit medentes de inueniendo remedio, quod et leuandi et praecauendi illum haberet poteſtatem, ſollicitos, nunc tamen omni, qua par eſt, adhibita induſtria perueſtigatus, magis magisque obſequioſus medicinae redditur, et praeter regia, a Cl. NUGENT *) obſeruata, iam a Cl. Au-

*) vid. Comment. Noſtr. Vol. V. Part. II. p. 329.

aliis contagiosis, v. c. malo venereo. Sunt etiam exempla, vbi post morsum perinde bene valuerint in-
p. 43. fecti ac prius. Et quum hydrophobia etiam ab aliis causis pendeat, eo se induci non patitur Cl. Auctor, vt post multos demum annos excitari eam credat, sed ad summum quatuordecim dies post morsum persentisci. Periodicam vero concedit, quum in femina quadam post septennium bis, et deinde post sex annos morbus recruduit, aliis citius redit, aliis post aliquot tempus demum, cuius rei causa varias obser-
p. 51. uationes addit, simulque docet, pulueris antilyssi vsum omnem morbi reditum praecauere non potuisse.

Nunc ipsius morbi naturam et symptomata percurrens Cl. Auctor, CAELIUM AURELIANUM in primis laudat, reliquos enim scriptores, vt supra iam notauimus, ex multis exemplis symptomata collegisse notat, quae non semper omnia adsint. Adficitur autem in hoc morbo ea primum pars, quae vulnus accepit, sine omni causa aeger anxius redditur, corpusque graue; somnus turbatus est vel nullus. Alimenta in ventriculo corrumpuntur, nausea, vomitus, continua oscitatio accedit, et auersatio fluidorum. Paullo post insatiabili excruciatur aeger siti, cum ingenti metu aquae, visa vel nominata tantum aqua. Pulsus fit plenus, contractus et irregularis. Vrinam paucam frequentius mittit aegrotus, cum tremore et conuulsione. Vox rauca fit, clamori canis non absimilis, idemque corpus comporit canis dormientis ad instar. Respiratio redditur difficilis, oculi rubri apparent, corpus extenuatur, pallescit, insudat, lingua ex ore exseritur, in viris priapismus cum inuoluntario spermatis effluxu. Tandem accedit singultus et vomitus bilis nigrescen-
p. 63. tis. In demortuis porro cadaueribus valdopere oesophagus inflammatus inuenitur, cum asperae arte-

arteriae tunica interna, ventriculo et inteſtinis. Saepe in ventriculo, qualis vomitu reiicitur, viſcida, glutinoſa, viridis vel alius coloris bilis, in cyſtide fellea vero tenax vel ſimiliter nigricans occurrit. Pericardium ſiccum, pulmones nec non ventriculi cordis, condenſato ſanguine diſtenti obſeruantur. Nerueum tamen fluidum in hoc morbo corrumpi, p. 69. minime ſibi perſuaderi patitur Noſter, quippe de cuius exiſtentia nondum certus ſit, nec probabile videatur, in tam ſubtili fluido ſine effectu diu latere poſſe virus, nec ſanguinem ipſum accuſari poſſe, quippe qui poſt aliquot etiam dies intaminatus mittitur. Sedem itaque tribuit illi miaſmati telam cellulosam, in qua virus etiam venereum reſidet: haec vbique praeſens facile poteſt a vulnere quocunque inſici, vt progrediatur malum ex vna ad alteram cellulam, vsque dum ſatis ſit ad excitandum morbum corruptionis. Hinc ſanguis ab initio bonus, paullo poſt p. 80. peior redditur. Ex quo ſimul apparet, quare medentes, qui vel ſanguini vel neruis adſcribunt cauſam morbi, ſuum non obtinuerint finem. Corrupta ſic pinguedine, cuius pars non pauca ad bilem fertur, deinde ipſa bilis mixtio laeditur, tenax ſaepe nigricans fit, quae mentis alienationem facit, et expurgata leuamen adfert. Huius ergo geneſin vnde niſi a veneno canino deducere poſſis? Cur autem p. 86. pars adfecta primo adficiatur exulcereturque loco, ingraueſcente morbo, aeque difficile dictu eſt, ac in aliis morbis, inoculatione excitatis, vt in variolis atque morbo gallico. Senſum vero laſſitudinis, ſomni inquietudinem, inſomnia deteſtanda, muſculorum tenſiones, et ſimilia ſymptomata, ita non pertinere ad hunc morbum arbitratur Noſter, vt illi ſolum propria ſint, quum in bilioſa diarrhoea et eius modi morbis pariter obſeruentur. Addi autem de- p. 91. bere ſingularem quandam et viuidam in organa ſenſoria

soria actionem, atque impressionem, quam a maiori sensibilitate organi deducit, quae etiam tunc superior est ac in aliis morbis, phrenitide atque mania. Reliqua symptomata, a BOERHAAVIO aliisque relata, in cholera et omni, qui a bile corrupta aut peruersa nascitur, morbo pariter eueniunt, excepta forte hydrophobia, quam in anima nasci ex
p. 98. sensu, corpori ingrato, Cl. Auctor iudicat, aut ex instinctu, qui nec homini sit denegandus. Id, quod variis obseruationibus confirmare satagit, et, quum oesophagus in hoc morbo inflammetur vel exulceretur semper, hinc a fluido quocunque grauissime afficiatur, instinctum quasi excitando ideam auersationis inducere: siquidem ab oleo vitrioli in oesophago exulcerato idem euenerit, in consensum quoque trahitur ob viciniam aspera arteria, et minatur sufocationem. Quod ventriculus multum intumescat, a bile prouenire corrupta videtur, quae ex
p. 105. mente Nostri effernescendi cum aqua aut liquido adsumto acceperit qualitatem. Grauissima tandem, quae in tertio morbi stadio ponit BOERHAAVIUS, symptomata, sunt omnium potius exasperatio, nec eo ordine obseruanda semper, quum per interualla respiscant aegri, et nimia praecordiorum oppressione vel suffocatione pereant.

In tela cellulosa vel pinguedine virus canis rabidi residere, ipsa comprobat curationis indoles, iisdem namque remediis, ac virus venereum, morbus tollitur. Hinc adducit Cl. Auctor exempla multa, morbi, per turpethum minerale percurati, olim iam tradita *), et aliorum quoque facta tentamina in suae opinionis confirmationem addit, ex quibus patet, canes rabidos, aeque ac homines, hac exhibita medicina restitutos fuisse, immo etiam prophy-

*) Expesita illa habentur in Philosoph. Transact. loc. cit.

phylactice a morbo liberatos. Inſeritur etiam 10.
DOUGLASSII obſeruatio, quae praecipue vnguen- p.130.
tum mercuriale, extus adhibendum ſuadet, et fru-
ſtuoſum extitit, nec non DESSAULT in libello, p.136.
*ſur la rage*, commendatum vnguentum ex tribus mer-
curii, ex cinnabari reuiuiſcentis, partibus, et vna
parte pinguedinis humanae et porcinae compoſitum.
Etſi autem Noſter probet, ſe primum mercurii vſum
interne ſuaſiſſe et adhibuiſſe, fatetur tamen, ſe ante
inunctionem mercurialem non adplicuiſſe. Deinde
de puluere Cobbiano diſſeritur, quem iam alibi ad- p.153.
duximus *), et CLAUDII DU CHOISEL adno-
tata repetit, mercuriali vnguento efficaciter mor- p.156.
bum tollente. Rationem autem, cur turpethum
minerale praetulerit aliis, hanc ſuggerit, quod po-
tentiſſimum illud ſit mercuriale remedium et celeri- p.180.
ter efficax, immo emeticam eius virtutem ad modum
ſalubriter adhiberi.

Infamiae notam imprimit illi operationi, qua di-
citur *vermis eripi cani*, qua ſcilicet filamentum inſtru- p.202.
mento acuto ſub lingua exſcindunt, quod neruus
eſt, quo facto, vel non rabidum canem fieri, vel
morſu laedere non poſſe creditur, quippe quod
homines nimis ſecuros reddat, exemplis vero con-
ſtet, canes nihilominus rabidos euaſiſſe. Aeque ri- p.204.
diculum iudicat, ſi vulneri ad praecauendam hy-
drophobiam pili canis imponantur. Salis et cau-
terii efficaciam dubiam relinquit Noſter, nec opem
ferre putat, niſi protinus, plaga facta, applicentur.
Iam olim diu multumque, tamquam prophylacticum
remedium, laudati ſunt cancri fluuiatiles, in cineres
redacti, cum puluere radicis gentianae, de quibus,
etſi erudite diſputet Cl. Auctor, ſuum tamen ſuſpen-
dit iudicium, aeque ac de remedio quodam, a SCRI-



*) vid. Comment. Noſtr. Vol. V. P. II. p. 331.

BONIO LARGO excitato, et de cute hyaenae, tamquam amuleto, brachio circumligato, et de puluere
p. 218. PALMARII *). Non omni tamen effectu deſtituitur remedium *Pewter Medicine* **). MEAD commendat puluerem ſuum antilyſſum, quem etiam aliquando profuiſſe vidit Noſter. Vſum autem hepatis, ex cane rabido deſumti, recte deridet, quaedam autem remedia ea propter vtilia viſa fuiſſe cenſet, quod multi dicantur demorſi a cane rabido, qui
p. 234. talis non fuerit. Balnea autem in aqua frigidiſſima, vel in marina, vel in ſale ſaturata omnino adhibenda eſſe iubet, ſuaque vtilitate non deſtitui credit. Superſtitionem redolet curatio per incantationem certorum hominum, in Hiſpania facta; qui ſolo ſuo adſpectu canes rabidos necare ſe poſſe praetendunt, nec non afflatu tollere morſus effectus. Eodem enim ſe modo habet ac morſus tarantulae curatio per muſicam, cuius et morſus et curatio in ipſa Italia in fabulam iam abiit, de qua re indubitatis conuictus eſt Cl. Auctor argumentis.

Haec de ipſo libro. Non poſſumus tamen non,
p. 254. quin totius hic traditae methodi medendi ſummam quoque addamus, quo in periculoſo, hic ſtudioſe atque

*) Hunc puluerem deſcribit, qui de his et aliis ſpecificis accurate differit VAN SWIETEN Comment. in BOERHAAV. aphoriſm. T. III. p. 586.

**) Paratur ea ex foliorum rutae comminutorum vnciis ſex, theriacae Londinenſis vel Venetae, allii comminuti, limaturae ſtanni vnciis quatuor. Digerantur haec cum duabus menſuris vini Canarienſis, aut in vſum delicatulorum cum eadem quantitate cereuiſiae anglicae optimae. Exprimantur, colentur, pro doſi exhibeantur duae vel tres vnciae, per nouem dies mane propinentur. Quicquid ab expreſſione remanet, applicetur vulneri et renouetur omnibus viginti quatuor horis.

atque erudite descripto morbo, qua ratione vsurpari debeant medicamenta, constet iis, quibus ad talia specifica refugiendi infelix et dura imponitur necessitas.

Vulneri quantocyus drachma circiter vel vltra mercurialis vnguenti affricetur, ex aequalibus pinguedinis et hydrargyri portionibus parati, bis per diem vel ad minimum quotidie semel per hebdomada. Vesperi exhibeatur turpethum minerale, a tribus ad octo granis, camphorae totidem, cum syrupo in bolum mixtis, alterius diei vespera repetatur bolus, deinde post duorum demum dierum interuallum. Si saliuationis signa apparent, desistitur a remedio, donec euanuerint. Post duos vero tresue dies, si saliuationis effectus nulli sint, aeger ingrediatur balneum frigidum, et immergatur quotidie ad diem vsque, qui praecedit plenam vel nouam lunam. Tunc tres denuo doses turpethi, sed minores ad duo vel tria grana dentur, post repetantur balnea. Tota haec methodus tribus vel quatuor periodis lunae redeuntibus iterum adhibeatur. Sic praecaueri in homine et brutis morbus potest, nisi quod brutis largiores doses remedii sint exhibendae. Si vero morbus iam ipse ingruit, inunctiones augendae, frequentiores etiam turpethi doses sine temporis iactura offerendae sunt. Simul autem non negligendus est vsus remedii Cobbiani.

In *postscripto*, vt vocat, Cl. Auctor notat, mercurii vsum a TAVRY in commentariis academiae scientiarum Parisinae fuisse commendatum: canem rabidum catenis sic facile detineri, vt applicatio remedii periculosa non sit: balnea frigida quandoque omitti posse; camphoram demum post vomitus sufficientes, turpetho addendam esse, si iam morbi praesentis effectus excitentur: canis instinctum naturalem exinde etiam se cognouisse, quod cani oblata p. 258.

fuerit caro, ad os canis rabidi demortui applicata, quam vehementer auerſatus fuerit.

Quum itaque adeo ſtudioſe et circumſpecte adhibuerit ſuam medicinam, eiusque effectum in permultis ſalutarem viderit exemplis, noluimus praeterire, ſed fuſius adducere praecipua momenta, quo maior eſt neceſſitas in abominandi morbi deſtructione laborare medico.

## X.

Hiſtoria phyſiologica Aſcaridum, cum figuris aeneis Auctore M. VAN PHELSUM Medicinae Doctore. Leouardiae apud Wigerum Wigeri, Typographum, 1762. 8. pl. 10½ tab. aen. 3.

Poſtquam in praefatione varia contra Cl. BUFONII ſyſtema de generatione animalium argumenta Cl. Auctor protulit, quin totius eiusdem abſolutam impoſſibilitatem ex ipſis BUFONII verbis demonſtrare fuit anniſus, ea, quae in ſingulo capite propoſiturus ſit, breuiter exponit. Loquitur nempe in introductione, libello praemiſſa, de variis admirandis in microcoſmo repertis; de ſpeciebus vermium inteſtinalium; de cauſa erroris, a variis auctoribus circa aſcarides commiſſi; de imminuta hoc ſeculo in eosdem accuratius inquirendi difficultate, tandemque de cauſa, ipſum ad horum curioſius exa- p. 9. men impellente. Caput primum variorum auctop. 23. rum definitiones aſcaridum ſiſtit, quorum figuram p. 38. caput ſecundum, ſtructuram internam caput tertium, motus autem varios, vitae durationem, nutrimentum atque dolores ab iisdem productos quarp. 50. tum caput deſcribit. Caput quintum circa ingen-

tem

tem eorum copiam verſatur, variaque ſyſtemata de vermium generatione in genere complectitur, cum ſextum tandem varias de ſede et patria horum animalculorum opiniones, aliaque lectoribus absque dubio placitura contineat. p. 64. p. 106.

Neque paruitas aſcaridum atque teneritudo, neque ipſius nidi foeditas, vti Cl. VAN DOEVEREN credidit, quin potius periculum ab ipſis briundum minus graue viſum, cauſa Noſtro eſſe videtur, quod minori cum ſtudio minusque accurate ſtructuram ipſorum huc vsque rerum naturalium curioſi examinauerint, omnemque ſuam attentionem in maiores tantum inteſtinorum incolas, taenias quippe et lumbricos conuerterint, vel ad minimum eos adeo obſcure deſcripſerint, vt vel et hodie plures, exceptis forte Ill. LINNAEO et Cl. VAN DOEVEREN, non niſi confuſam ipſorum ideam habere videantur. Inter eos autem auctores, qui eosdem, quorum deſcriptionem ſequens caput continet, aſcarides deſcripſiſſe videntur, e priſcis nominantur HIPPOCRATES atque GALENUS, quorum ille vocibus ἀσκαρίδες et σκώληκες σπέρματος (vti Cl. BOERHAAVIUS et COULETUS fecerunt) nullibi promiſcue vſus eſt, hic autem vocem ἀσκαρίδες ita explicat, vt ſint graciles et parui lumbrici in inteſtino recto enati. E recentioribus FERNELIUS eosdem per tenues ſimulque teretes in inteſtino recto reſidere ſolitos; PARAEUS autem et VAN ALLEN per tenues lumbricos, filorum particulas referentes, iuxta ani ſphincterem habitantes definiunt. Ill. LINNAEUS aſcaridem corpus teres vtraque extremitate attenuatum habere dicit. Cl. ANDRY rotundos et paruos, Cl. VAN DOEVEREN teretes, paruos vtrinque mucronatos vermiculos appellat. Quas omnes deſcriptiones ſi cum ea, in capite ſequenti a Cl. Auctore data contuleris, inter vtrosque aeque p. 1. p. 5. p. 10. p. 13. p. 14. p. 17. p. 18. p. 19.

atque leuem intercedere differentiam facile videbis, ac magnam deprehendes, ſi cum Couletianis comparaueris, vtpote tenuibus quidem, at ſimul planis et latis.

p. 23. Sunt autem aſcarides, vti Cl. Auctor eos in capite ſecundo deſcribit, vermiculi teretes, quatuor vel quinque lineas rhenolandicas longi, vix tertiam talis lineae partem craſſi, verſus vtrumque extremum attenuati, quorum quidem alterum obtuſum, caput dicendum, alterum vero ſummè acuminatum
p. 24. eſt, et cauda apte appellari poteſt. Totum corpus, vti lumbricorum, circulares rugae cingunt, adeo interdum ſubtiles, vt vix armato oculo ſe diſtingui patiantur, vnica ſaltem excepta, quae in plurimis quartam fere lineae partem ab extremo obtuſo diſtat, et caput a corpore diſtinguere videtur. Oculos detegere Noſter non potuit, in medio autem vltimae ſuperficiei extremitatis obtuſioris, cauitatem vidit oblongam, transuerſim poſitam, adeo tamen
p. 26. paruam, vt nullum vtique inſtrumentum ita tenue inuentum fuerit, quo directionem ipſius ac profunditatem exploraſſet. Huic cauitati, oris nomine a Cl. Auctore donatae, corpus adnectitur, craſſitie ſenſim ad medium vsque auctum, dein iterum caudam verſus attenuatum, quae pellucida eſt, nec
p. 30. ſemper eadem longitudine et rugarum diſtantia a
p. 31. corpore diſtinguitur. Color horum animalculorum flaueſcens eſt, et albedo in ipſis conſpicua ab interno ſaltem quodam viſcere, cauo et candidiſſimo, per
p. 39. cutim pellucidam tranſparente dependet. Oritur iſte canalis in capite in principio tenuis, qui ſenſim amplior, poſt iterum tenuior et denuo capacior fit, vsque dum ſubito quaſi diſſectus deſinat. Atque
p. 40. haec prima quidem totius pars canalis eſt, ab Auctore pro oeſophago habita, quam mox ſequitur continuata alia oualis, priori plus quam dimidio breuior

eraſſior, ventriculi nomine donata; huic
r tertia longe amplior, quae tamen ſubito
ad caudae finem vsque proſerpit, et inte-
n prae ſe fert. Totus hic canalis cingi- p. 42.
tantia quadam alba, membranacea rugoſa,
, canalem tam alimentarium tranſparere per-
ente, et motu ſuo continuo mox hanc mox il-
m partem ſtringente ac iterum relaxante, in qua p. 44.
prope regionem ventriculi, varia corpuſcula alba ro-
tunda ipſi contigua, quin etiam ad initium inteſtini
pariter bina eiusmodi corpuſcula, prioribus haud raro
paulo maiora, conſpiciuntur; quid, quod tota iſta mem-
brancaea ſubſtantia verſus exitum corpuſculis globo-
ſis, minutiſſimis, albicantibus et quodammodo pel-
lucidis repleta appareat, quae num vera ouula, num p. 45.
illa glandulae, maſculinum ſemen praeparantes, di-
cenda ſint, aut num pulmonum vices gerant, non
quidem definire Noſter conatur, canalem tamen fe-
minalem dicendum putat, cum fere ſoli generationi
dicatus videatur.

Aſcarides e corpore egreſſi frigidioris aeris affla- p. 50.
tum tantum fugiunt, quantum caloris blandimenta
amant. Flammae enim calore propius admoto, lan- p. 51.
guentes iamiam iterum atque quidem ita reſuſcitan-
tur, vt vi ſatis valida ad quatuor pollices proſiliant. In
lacte vel aqua tepida anguillarum in modum natant, et
per integrum nychthemeron viui conſeruari poſſunt. p. 52.
Tabellae impoſiti caudam ſaepius erigunt, paulo
poſt corpus iterum flectunt, ipſique tabellae os
quam firmiter adigunt, quo firmius adplicato ſae-
pius ſeſe etiam iterum erigunt et caudam per aera
vibrant, quin corpus quoque interdum ſupra ipſam p. 53.
caudam eleuant, ac in hoc ſitu, vsque dum mo- p. 56.
riantur, permanent. Quod eorum plures au-
tumno generentur, ſe vidiſſe Cl. Auctor negat, cau-
ſam vero, quae efficit, vt veſpere aegris plures mo-
leſtias

leſtias pariant, cum FORSIO in eo quaerendam putat, quod hoc potiſſimum tempore naturali qua-
p. 59. dam auiditate ad cibatum ferantur, atque tunc motu ſuo continuo pruritum adeo ingratum excitent, cum dolor lancinans potius a ſuctione, ſenſus vero
p. 61. cadentis quaſi guttae, de quo ſaepius aegri conquerantur, a vibratione caudae naturaliter frigidae ad villos inteſtinales proficiſci videatur. Pro alimento ipſos neutiquam chylo, in fecibus adhuc ſuperſtite, quin potius muco inteſtinali vti, ex eo concludit
p. 62. Noſter, quod etiam in vteri vagina aliquando repe-
p. 64. riantur, muco obducta, illi, inteſtina oblinienti, ſimillimo. Sequitur nunc caput quintum, in quo variae diuerſiſſimaeque de generatione vermium in genere opiniones examinantur, quarum plurimis
p. 101. refutatis tandem HARTSOEKERI et ANDRY ſententiae ſubſcribere Cl. Auctor non dubitat, eos, nimirum cum hominibus natos, ouula ſua in inteſtina depoſuiſſe, quae ex his reſorpta ad ſanguinem, quin ad ipſa ſpermatica vaſa penetrauerint, et ſic in futuram ſobolem delata fuerint. Praeterea ſibi perſuaderi patitur, eos iam protoplaſtarum corpora ante lapſum, aeque tamen innoxie, ac ipſi, terram incoluiſſe.
p. 116. Pro ſede maxime naturali et quaſi propria horum animalculorum inteſtinum rectum Cl. Auctor adfu-
p. 117. mit, licet non neget, eorum ouula abinde reſorberi et poſtea cum ſanguine ad alias partes, v. c. vaginam vteri et vterum ipſum, deferri poſſe. Infantes aeque ac iuuenes et ſenes incommoda ab horum praeſentia orta experiuntur, vnde morbus huic vel illi aetati proprius et magis familiaris cenſendus non eſt.

XI. Me-

XI.

Méthode a ſuivre dans le traitement des différentes maladies epidemiques, qui règnent le plus ordinairement dans la Généralité de Paris. Par M. BOYER, Chevalier de l'Ordre du Roi, l'un de ſes Medecins ordinaires, Inſpecteur des Hôpitaux militaires du Royaume, ancien Doyen de la Faculté de Médecine de Paris, Cenſeur Royal, de la Société Royale de Londres, Aſſocié-Honoraire du Collége Royal de Médecine de Nanci, Médecin du Parlement, de la generalité et de la ville de Paris, a Paris de l'Imprimerie Royale. 1762. 8. pag. 48.

h. e.

Methodus in curatione variorum morborum, in circulo Pariſino frequentius epidemice regnare ſolitorum, obſeruanda. Auctore Cl. BOYER.

Anno huius ſeculi decimo octauo morbus in Picardia graſſari coepit, qui a diffuſis nimium ſudaminibus ſudor Picardinus dictus, et, ſub hoc nomine alioquin iam a Cl. Auctore deſcriptus eſt. Plurima ille cum febre helode veterum communia habet, a ſudore vero anglico vix non in omnibus diſcrepat, ſiquidem hic ſumme peſtilentialis ac contagioſus, plerosque, quos inuadit, intra viginti quatuor horas trucidat, ille autem, epidemicus quidem neque tamen contagioſus eſt, atque non adeo lethalis, vt omnes, quos tenet, iugulet, niſi peruerſa medendi ratio ipſius nocendi facultatem augeat, multoque

toque peiorem reddat. Praeter hunc vero morbum; ſaepius et alia deprehenduntur valetudinum genera, cum quibus Pariſienſis pagi incolis atrocius conflictandum eſt, et quae cum ab eadem ferme cauſa, qua noſter, a putrida nimirum, proueniant, eandem quoque medendi methodum deſide-
p. 6. rare videntur. Sunt autem iſti morbi febres continuae, putridae, miliares, verminoſae, variis exanthematibus, quin ſaepiusetiam pulmonum vel pleurae
p. 19. inflammationibus conſpicuae. Inter ea autem, quae huic ſudori Picardino ſuperuenire ſolent ſymptomata, prae aliis notantur: ſudores copioſiſſimi, calor vrens, facies flammea, totum corpus rubore ſuffuſum, oculi ſcintillantes, lingua alba et ſicca, pulſus durus, plenus ac tenſus, delirium ferox circa quartum diem cum ipſa febre ingraueſcens, cuius febris auctae eruptio miliaris vtplurimum ſequax et
p. 20. inſeparabilis comes eſt. Quibus praeterea non raro duo alia adhuc ſe aſſociare ſolent, reliquis multo peiora, maculae quippe purpureae et purpura alba. In curatione, prima ſtatim die ſanguinis plus minus notabilem quantitatem, pro ratione circumſtantiarum, per venaeſectionem, detrahendam Cl. Auctor ſuadet, quo, hac imminuta, putridi humoris, vt ſolius morbi cauſae, euacuatio peragi poſſit.

Licet vero vtplurimum haec ſanguinis detractio optimum auxilium afferat tamen etiam caſus ſiſtit, in quibus eam, quandoquidem ipſum ſanguinis ſputum expoſtulaſſe viſum fuerit, plus nocuiſſe, quam quidem profuiſſe compertum eſt. Tales nimirum, vbi pulſus debilitas, ſumma virium proſtratio, continua in ſomnum procliuitas, oculorum ſplendor euanidus, ſqualidaque linguae albedo, neruos prope origines a lymphae abundantia, vt Cl. Auctor putat, ſumme relaxatos oſtendunt. Inter vtrosque caſus eandem intercedere Noſter ſibi fingit differentiam,

quae

quae inter phlegmonem eryſipelatoſam et oedematoſam eſt, abindeque vltimam hanc morbi ſpeciem humoralem appellat, in cuius principio ſtatim vomitoria exhibet, et venaeſectionem, in priori caſu ſumme neceſſariam, omittit, niſi metuenda, ob plenitudinem, vaſorum ruptio eam abſolute poſtulet. Vomitorium ipſi ſolemne ex quatuor granis tartari ſtibiati, in aquae calidae menſura vna ſolutis, additis duabus tribusue drachmis ſalis vegetabilis componitur, cuius potiunculae quintam vel ſextam partem quauis horae quadrante aegri adſumunt, hauſtus aliquos aquae tepidae ſuperbibentes. Sequenti die clyſmata emollientia crebrius iniicienda, et ptiſanae ex herba fragariae et radice glycyrrhizae cum ſero lactis alternatim propinandae ſunt, quin etiam danda apozemata ex foliis cichorei ſilueſtris, ſcolopendrii et borraginis, horumque cuiuis menſurae, diebus a purgatione liberis, tartari ſtibiati granum vnum, vel duo ad ſummum, adiicienda, quo libero bilis fluxui eo melius inſimul proſpiciatur. Quauis tertia die aeger purgandus eſt medicamento, quod praeter vnam lenitiui vnciam, duas adhuc drachmas foliorum ſennae et vnam ſalis vegetabilis excepit. Cui medicinae, ſi quando vermes aeger proiicit, pugillus herbae cuiusdam amarae addi poteſt. Quamprimum nauſeae, acores et vermes per os reiecti, reiterandae emeſeos neceſſitatem indicant, ſepoſito quocunque metu, ad alterum confugiendum eſt. In eo caſu, vbi vrina ardens profluit, aut mediocri quantitate meiitur, in quauis ptiſanae menſura nitri depurati triginta grana ſoluantur, additis praeter ea quatuor vel quinque oxymellis ſimplicis cochlearibus, ſi calor externus linguaque ſicca et arida, interno febris aeſtu aegrum vri, ſignificent. In ſumma virium proſtratione veſicantia applicanda ſunt, eaque tam diu digerente medicina aperta ſeruanda,

p. 26.

p. 29.

p. 33.

p. 38.

donec aegrum iam periculo ſubtractum eſſe intelligatur. Accidit non raro, vt parotides critice circa vigeſimum morbi diem inſurgant, quae laetius excipiendae et emollientibus ſuperhabitis cataplaſmatibus ad ſuppurationem perducendae ſunt. In conclauibus aegrotantium ſaepius aer renouetur, huiusque peruerſa qualitas aceti ſupra laminam ferream ignitam profuſi fumo corrigatur. Puriora frequentius linteamina porrigantur aegro, qui praeterea ſtragulis nequaquam obruendus eſt, ne, quem forte interni veneni ac ignis vis non iugulaſſet, externo ſqualore ac aeſtu, propter nimis crudelem adſtantium miſericordiam, ſuffocatus videatur.

## XII.

IOHANN VLRICH BILGUERS *der Weltweisheit, Arzneygelahrheit und Wundarzneykunſt Doctoris, Sr. Königl. Maj. in Preuſſen beſtalten Generalchirurgi und der Römiſchkayſerl. Akademie der Naturforſcher, der Königl. Groſsbrittanniſchen Göttingiſchen und der Chur Mayntziſchen Societät der Wiſſenſchaften Mitgliede und Correſpondentens Anweiſung, zu ausübenden Wundarzneykunſt im Feldlazarethen. Glogau und Leipzig, bey Chriſt. Friedr. Günthern. 1763.* 2 *Alph.* 11 *Bog.*

h. e.

D. IOHANN. VLRICI BILGUERI inſtitutiones chirurgiae practicae in noſocomiis militum.

Quant

Quanta illorum, qui artem chirurgicam in nosocomiis miserorum sauciatorum militum exercent, saepius sit ignorantia, ii in primis cognouerunt, quibus ista perlustrandi data fuit occasio, vel ii eo magis perspexerunt, qui istis praefuerunt. Quae satis cognoscens huic malo medendi consilium iniit Cl. Auctor, ideoque eo tempore, quo ipsi multum otii erat, praelectionibus chirurgiae studiosis varia proposuit, ex quibus tandem hoc enatum est opus. Itaque sectione prima de chirurgi officiis apud sauciatos in vniuersum obseruandis agitur, vbi, qua ratione ex sauciatis laesionis rationem explorare, eam disquirere, et, si haemorrhagia adfuit vel adhuc adest, ligaturam caute relinquere vel renouare, tandemque quo modo vitam instituere et inter se viuere debeant chirurgi, demonstratur. Sectione secunda vulnera in genere considerantur. Vulnera vero ratione laesionis vel simplicia, vel complicata, vel penetrantia, indeque diuersimode sunt considerandа et sananda. In sanandis autem vulneribus variae istaeque vel bonae atque iuuandae, vel malae ac auertendae occurrunt mutationes, variisque indigent remediis. Quam ob rem de medicamentis externis et internis sectio agit tertia, vbi quoad externa balsamorum, vnguentorum, caeterorumque insignis numerus et ratio adhibendi, atque, quoad interna, plures formulae, illisque vtendi modus recensetur. Quibus propositis sectione quarta de vulnerum dilatatione, eorumque a peregrinis corporibus purgatione multis disseritur. Ex vulneribus vero rotundis vt lata efficiantur, requiritur, vt eo melius peregrina corpora, qualia sunt frusta vestimentorum, globus plumbeus caeteraque commode eximi, fracta ossa reponi, haemorrhagiae cohiberi, suppuratione purgari et tandem sanari possint vulnera. Cum vero in omni vulnere sanguis effluat, inde sectione quinta de haemorrha-

p. 2.

p. 33.

p. 63.

p. 118.

p. 234.

morrhagia vulnerum et aneurysmate agitur. Quolibet in vulnere et vasa arteriosa et venosa vt discindantur vel laedantur necesse est; ideoque ex sanguinis copia modoque effluendi iudicare debet chirurgus, num vasa arteriosa vel venosa, illaque vel exteriora vel interiora, maiora vel minora sanguinem fundant; quibus cognitis de auxiliis, sanguinis fluxum cohibentibus, sollicitus esse debet; quae in primis sunt linamenta, fasciae, alcohol vini, fungus
p. 242. caeteraque. Artuum autem arteriae maiores laesae, quales sunt brachialis et cruralis, vt deuinciantur membrumque relinquatur, suadet Cl. Auctor, cum, membra sic seruata fuisse, experientia compertum habeat; his subnectit aneurysmatis et veri et spuri
p. 257. dignoscendi curandique rationem. Haec omnia linamentorum, pulluillorum, emplastrorum, fasciarum caeteriquè apparatus chirurgici postulant cognitionem, quae sectione sexta et quidem ad ductum
p. 315. HENCKELII in *libro de fasciis* exponitur. Quo facto vulnerum, gladio inflictorum, sectione septima traditur sanatio. Vulnera vero caesim illata plerumque, nisi peregrina corpora id impediant, adduci sui et glutinari possunt; quomodo haec peragenda, vulnerum labia tendinumque discissorum fines sint connectenda atque sananda, variis simul additis en
p. 412. cheiresibus demonstratur. Haec excipiunt scholia torum vulnera in sectione octaua, in quibus praecipue, vt partes laesae bene considerentur et explorentur, necesse est, quoniam ab earum differentia plurimum dependet in curatione. Quando enim ossa simul diffracta fuerunt, tunc multa cautione et laboribus opus est, indeque artuum, vbi ossa fuerunt laesa, deligationem, et qua ratione haemorrhagiis quoque sit obueniendum, fusius describit Auctor.
p. 485. Pari ratione alias globis plumbeis laesas partes tractandi rationes, et quo modo praecipue manus info-

inferior diffracta et lingua diſrupta ſanari debeat, et quid in oculis, auribus caeterisque capitis partibus globo plumbeo laeſis ſit efficiendum, oſtendit. Cum vero vulneribus varia ſuperuenire ſoleant ſymptomata, quae vel noxia et praecauenda, vel vtilia et dirigenda ſunt, inde qua ratione ea omnia chirurgus perpendere et in ſalutem aegrotorum conuertere p.494. debeat, ſectione demonſtratur nona, quae inſcribitur: de vulnerum eorumque ſymptomatum curatione; vbi variis mutationibus et ſymptomatibus vulnerum caeſim, punctim vel globo plumbeo inflictorum conſideratis commune vulnerum ſymptoma, inflammatio et febris, cum ea coniuncta, in cenſum veniunt. Iuſta neceſſario requiritur inflammatio, quae p.533. vero, ſi nimia ſit, gangraenae et ſphaceli metum incutit, quibus ingruentibus vel iam praeſentibus variis iſtisque valentioribus hic propoſitis auxiliis mox eſt obuèniendum. Haud raro vero alia quoque in vulneribus ſanandis occurrunt notatu digna ſymptomata, qualia ſunt motus conuulſiui, vt ſpaſmus p.585. cynicus, febres et intermittentes et continuae et lentae; quorum cum variae ſint cauſae, iſtis quoque variis et externis et internis eſt occurrendum remediis. Quae vero corpore retuſo inferuntur vulnera, vbi cutis quidem interdum diſrumpitur, interdum autem, ea integra, partes ſubiacentes, vt caro, oſſa, nerui, vaſa caeteraque grauiter afficiuntur, ſectione p.612. decima explicantur, quibuscum ſimul membrorum conquaſſatorum atque ablatorum coniungitur conſideratio. Vulnera haec multis ſtipantur ſymptomatibus; inde qua ratione eis, hac vel illa parte laeſa, variis partim encheireſibus, partim variis remediis ſit obueniendum, Cl. Auctor demonſtrat; in primis autem in membro ita colliſo atque conquaſſato, vt quaſi cutis, caro, arteriae, venae et oſſa ipſa contrita, eſſe videantur, ex Auctoris opinione fere nun- p.645.

quam ad eius abſciſſionem eſt accedendum, ſed medicamentorum et manuum auxiliis, ab ipſo prolatis, membri conſeruatio eſt tentanda. Prae reliquis vero annotari meretur methodus, qua homines, qui-
p.676. bus tota maxilla inferior globo, ex tormento maiori proiecto, ita fuit abrupta, vt lingua propendeat, mirum ſane in modum ad Auctoris mentem conſeruari poſſunt. Non minorem capitis laeſiones, contuſiones, vulnera eorumque deligatio et curatio mereri videntur attentionem, quae ſectione vndecima proponuntur. Capitis laeſiones interdum exiguae et leues periculum profecto inferunt maximum, indeque iure quodam eorum vrgenda eſt diſquiſitio, quae praecipue in eo conſiſtit, vt mox integumen-
p.682. torum vsque ad os fiat conciſio, qua, quae partes laeſae ſunt, non detegitur ſolum, ſed quoque multa mala ſymptomata, qualia ſunt oedema, emphyſema, eryſipelas caeteraque auertuntur. Praeter ea maiori quoque certitudine cognoſcere poſſumus, num modiolo vel trepano ſio dicto opus ſit, cuius
p.697. applicatio nulla ratione eſt differenda, neque tam diu expectandum, donec ſymptomata iſtaque maligniora eum poſtulent; ſiquidem mala tunc temporis iam altiores egerunt radices, quam quod illis mederi poſſimus. Pari omnino induſtria diſquirenda ſunt vulnera, quae vsque in colli, pectoris et abdominis penetrant caua, ſectione duodecima, propoſita,
p.754. quorum curatio praecipue pro partium ibidem occurrentium diuerſitate diuerſa eſſe ſolet: in primis vero vulnera vsque in pectoris cauitatem penetrantia et vulnera abdomini illata, cum plerumque viſcera ſimul laeſa habeant coniuncta, eo attentius
p.776. ſunt tractanda, quoniam ſingulares prorſus encheireſes, hic fuſius explanatae, ad vulnera illa ſanan-
p.809. da requiruntur. Sectione porro decima tertia aduſtorum traditur ſanatio, quae ratione rei laedentis ac par-

partium laesarum et varium sanandi modum et varia auxilia et remédia exigunt. De variis tandem rebus p. 824.
in nosocomiis occurrentibus sectione decima quarta agitur, quarum praecipua haec sunt, glandulae colli indurátae, abscessus, furunculi, bubones, testiculi tumidi, herniarum varia genera, tumores cystici seu tunicati, ganglia, vlcera phagedaenica, herpes, perniones, clauus, panaritium; quorum omnium signa diagnostica et causae recensentur, et, qua ratione eis succurri possit, breuiter indicatur.

## XIII.

IOANN. BAPT. BOHADSCH Philos. et Med. Doct. S. S. C. R. A. Mai. in Commercialibus Consiliarii in Vniuers. Pragensi Hist. Nat. Professoris, Facult. Med. Decani, nec non Acad. Botanic. Florentinae Sodalis de quibusdam animalibus marinis eorumque proprietatibus, orbi litterario vel nondum vel minus notis, Liber, cum non nullis tabulis aeri incisis ab Auctore super viuis animalibus delineatis. Dresdae ap. G. C. Walther. 1761. in 4to. 1 Alph. cum 12 tabb. aeneis.

Septimus iam agitur annus, ex quo Auctor celeberrimus, facto per totam Bohemiam itinere, et suborto paulo post per totam Germaniam cruentissimo bello, Italiam tandem fato profugus, ad littora Sicula venit, et elegantissimam omnis generis super animalibus marinis obseruationum suppellectilem inde reportauit. Quam vt publici vsus faceret et instituti itineris redderet rationem, hunc, in quo ibs se visa animalia et illustrata offert, foras dedit li-

brum, cuius argumentum breuiter delineabimus. Et quidem in praefatione Cl. Auctor errorem reuocat, quem errauit, dum loliginis ouaria pro ſepiae ouis habuerit, orbique litterario venditauerit. Cuius rei culpam non negligentiae, neque malo erga ARISTOTELEM, falſitatis crimine abs ſe accuſatum, animo, ſed temporis anguſtiae et occaſioni vuam marinam obſeruandi minus opportunae adſcribendam eſſe praetendit. Anno enim 1748 in vuis marinis, quas Neapoli menſe martio curatius inſpexit, ſepiolas nullas deprehendit, cum foetus eo tempore immaturi ſint; anno autem ſequenti, menſe auguſto, quo iam exiuere ex matre, in Hollandia obſeruationes inſtituens rurſus nullas reperiit, perſuaſus, adeo ARISTOTELEM de ſepiarum ouis falſa omnino prodidiſſe. Itaque iniuriam optimo ſeni factam ſolemniter deprecatus, hiſtoriae naturalis, quotquot habentur cultores, precatur, ne in vituperandis veterum ſuper naturae quodam opere aut facto narrationibus praecipites ſint, ſed, antequam iudicauerint, rem ſaepius, mutatis loci atque temporis rationibus, ſub examen reuocent.

p. 1. De *Lernaea* agmen ducit prolixa capite primo fractatio, quo nomine LINNAEUS animal inſignuit, quod veteres pro *lepore marino* habere ſolent, Italis hodie *Ceſto del mare* appellatum. Longitudo Lernaeae ſex vel octo pollices, latitudo tres, cum aliquot lineis, adaequat. Color vt plurimum fuſcus, maculis ſubinde lineſcentibus interſperſis, raro purpureus eſt: caput oblongum, duobus munitum tentaculis veris, reliquis duobus ſpuriis ex labio animalis carnoſo antrorſum exporrecto pro in-
p. 4. bitu formatis: collum conuexo planum, pollicem cum quatuor lineis longum, et vnum latum, in inferiori dextraque parte membrana craſſa, carnoſa verſus extremitatem corporis, quod pallii inſtar,

prope

prope obtegit, protenſa inſtructum, quam pro habitu diſtendit, reflectit, contrahit, et circum corpus fere vndiquaque animal circumuoluit. Genitalia in dextro animalis latere prope labium oris conſpiciuntur, virile per foramen aeſtu venereo et paulo ante mortem ſeſe exſerens, muliebre mediante fuleo craſſo, vaginae inſtar ad aliud foramen vteri praebens orificium, viam ducens. Venter lernaeae p. 6. planus eſt ex albo fuſco colore tinctus, ſtriis variis directis et transuerſis, vt in limace, notatus. In ventris principio rima eſt directa, quae os recondit et a labio capitis carnoſo efformatur. Subſtantia ventris, dorſi, labii oris, capitis atque colli fibroſa, poroſa, item mirabilem in modum rete refert, compreſſa liquorem limpidum ſalſum, et, animale contrectato, mucoſum vndiquaque ſtillans: inſigni documento, interſtitia fibrarum vbiuis cohaerere, atque cum panniculo quadrupedum adipoſo maxime conuenire. Ventre diſſecto ſtatim in conſpectum veniunt pharynx, ventriculus primus et ſecundus, inteſtinum duodenum, cum reliquis inteſtinis. Ven- p. 9. triculo primo ſuperiacent ganglia duo, quibus eleuatis alia tria ganglia ſub oeſophago et proxime ad internum dorſi parietem ſeſe produnt, quarto demum ganglio ſupra vaginam ſito. Mire ganglia haec inter ſe concatenantur et ductum aliquem continuum ſiſtunt, quem Auctor, inſectorum anatome edoctus, pro medulla ſpinali habet. Ventriculum p. 17. cum aperiret Auctor, liquorem ſalſum viridescentem in eo deprehendit, forte a variis fucis marinis, quos animal deglutit, ortum. In ventriculo ſecundo, in quem citiſſima nutrimentorum ſolidorum a primo transmigratio fieri videtur, cochleolas et conchas diuerſi generis reperiit, praeterea portiones varias cartilagineas, luteſcentes, faciem oſſium cuiusdam piſcis prae ſe ferentes. Sed quum haec

portiones ſumma attentione luſtraſſet, vidiſſetque in nonnullis lernaearum ventriculis ne vnicam quidem cochleolam ſupereſſe, ore dentibus plane deſtituto, tandem haud exigua cum voluptate reperit, quod memoratae portiones cartilagineae totidem ventriculi dentes eſſent, interno ventriculi parieti accreti.

p. 20. Namque diſſecta huius ventriculi ſubſtantia tres dentium cartilagineorum ordines conſpiciuntur, quorum primus dentes minores, medius maiores, et tertius denique minimos continet. Priores dentium ordines in omnium lernaearum ventriculo ſecundo adſunt, ita diſpoſiti, vt contracto in annulum ventriculo, eorum apices ſe inuicem tangant. Vnde deglutitae conchulae colliduntur, franguntur et atteruntur. Sed tertius dentium ordo in nonnullis deficit, incertum an natura ſic diſponente, an diu-

p. 22. turno vſu aualſi et exceti? Hinc patet ratio, cur ingeſta per os nutrimenta ex primo ventriculo citiſſime in alterum tranſeant? Cum enim animal cochleolis, ſtrombis, turbinibusque duris et acutis veſcatur, neceſſe eſt, vt res iſtae ſtatim in alterum ventriculum deſcendant, ne primi, quod dentibus careat, parietes lacerent atque perforent, ſi diu ibi ſubſiſtant. Ventriculo ſecundo adhaeret inteſtinum, duodeno in reliquis animalibus aemulum, quod in varios gyros inter hepatis ſubſtantiam conuoluitur, et in anum demum abit. Omnia inteſtina, ab hepate ſeparata, octo pollices longitudine aſſequuntur; et membranacea atque pellucida ſunt, e

p. 26. fibris admodum tenaciter contexta. Vterus lernaeae, ab aliorum animalium vtero, quippe qui potiſſimum cauus eſt, ex fibris robuſtis muſcularibus fortibusque membranis conſtructus, valde differt. Namque in lernaea medullaris ſubſtantia, tenui membrana extrinſecus cincta, totam vteri molem replet, nullam peculiarem relinquens cauitatem, praeter canaliculos

quos-

quosdam foras conſpicuos. Diameter vteri maior quinque linearum eſt. Ouarium, quatuor linearum in diametro, innumera corpuſcula fuſca, oblonga, liquori virideſcenti innatantia, diuerſae magnitudinis continebat. Ab ouario canaliculus tenuis, quinque lineas longus, vaginam et vterum ingreditur quidem, ſed ex eo in ouarium impediri regreſſum Auctor credit. In partibus genitalibus maris, quas poſtea deſcribit, hoc ſingulare eſt, vt penis nullis teſticulis, nullis veſiculis ſeminalibus ſemen recipientibus, nullo etiam canali aut vrethra, qua ſemen eiici poſſet, praeditus ſit. Quomodo, pene ſic comparato, foecundatio fieri poſſit, pluribus Auctor ſuſpicando refert, vt qui coitum animalis obſeruare opportune non potuit. Arbitratur nempe, lernaeam teſticulum cum epididymide ad vterum, non vero ad penem, collocatum habere, vt, dum ex imperuio pene ſemen eiaculari non poſſit, hoc immediate, per penis ſuccuſſiones, ex epididymide effuſum ouulis in vtero aſpergatur. Penis autem non ſolidus factus, ſed ſemicanale inſtructus eſt, vt in actuali venere minime totum vaginae ſpatium repleat, ſed ouulis per illam tranſitum praebeat. Viſcus, quod Auctor pro corde habet, a muſculoſa cordis aliorum animalium ſubſtantia multum differt; non enim ex fibris adeo compactis rubentibus, ſed ex membrana forti rugoſa contextum, intus variis quidem fibris columnisque carneis, attamen vnico tantum ventriculo praeditum eſt. Vaſorum, arteriarum venarumque, rationem excutere Auctor in praeſens non potuit. Cor cum reliquis partibus ab iniuriis externis oſſe quodam conchiformi defenditur, quod vnicum eſt in toto lernaeae corpore, et vnam conchae biualuae teſtam repraeſentat, vndique membrana forti, celluloſa, integumenti loco, obductum. Intus os hooce, in concaua parte, colore margaritarum nitet, vt valuam cuius-

p. 32.

p. 36.

dam

dam conchae illud esse crederes, si a corpore con-
p. 39. chae auulsam in littore maris reperires. Ossi lernaeae, si valuae eius tres insident margaritae, quas Auctor fusius describens, de margaritarum origine pauca disputat, easque pro veris concharum calculis habet. Pulmones in dorso sub osse conchiformi liberi fluctuant, et eleuato osse non secus ac in piscibus branchiae, a quibus haud multum differunt, conspici possint, falciformes, bilobi, duobus crassis albicantibus praediti ligamentis. Patet ex his, characterem genericum ab Ill. LINNAEO animali assignatum, eidem non omnimode competere. Neque enim corpus teres est, neque frons perforata, nisi os pro foramine frontis sumas. Melius hanc eius descriptionem dares: *Corpus subouatum, dorsum labiosum, tentacula in fronte duo, auriformia.* Habitat in littoribus scopulosis, quibus insidet, et capite eleuato de loco in locum cochlearum more mouetur, atque ab vndis saeuientibus in littus, quum proiicitur, ob grauissimum foetorem carnemque
p. 44. duram esui non est. In fine Auctor exponit, quid lernaea, cum lepore marino veterum habeat commune, cuius rei causa APULEII, RONDELETII, ALDROVANDI, AELIANI, PLINII et DIOSCORIDIS super lepore marino descriptiones sub examen reuocat, quidue in iis erratum sit, candide fatetur. Cetera animal, quod a veteribus admodum perhibetur venenosum, habet quidem noxiam indolem, sed a sola contrectatione minime lethalem. Omnia enim mala, quae Cl. BOHADSCH inde expertus est, in eo consistebant, vt contrectato animale odorem foetidissimum, nauseam, vomituritionem, denique tumorem manuum et faciei sentiret; quae quidem mala, postquam per aliquot temporis spatium ab attactu animalis abstinuit, vltro cessarunt; praeterea pili ipsi e mento deciderunt eo in loco,

loco, quem digito, per ſuccum animalis humectato, tetigit. Multo tamen maiora mala ab animali pro- p. 51.
duci poſſe, ſi in ventrem aut ſtomachum ingeratur, Auctor ſibi perſuaſum habet, teſtimonio adductus veterum, qui Domitianum atque Neronem veneno huius animalis perpluresinterfeciſſe homines memoriae prodiderunt.

Caput ſecundum de *Fimbria* exponit, animali p. 54.
marino candidiſſimo, ſex pollices longo, et in anteriore capitis parte labium membranae inſtar fimbriatae largiter expanſum geſtante, unde forte fimbria adpellatur. Margo huius fimbriae vtrinque crenatus eſt, et elegante colorum varietate conſpicuus, antrorſum in capite duo tentacula auriformia gerit, dorſum habet pyramidale, ſeu conicum, tres pollices atque ſex lineas longum, vnumque cum duabus lineis craſſum. In ſupina parte poſitum ſi fuerit animal, paulo infra labii marginem os videris tubuloſum, membrana craſſa cordiformi vndique cinctum: in ſiniſtro colli latere partes genitales externae obuiae ſunt, foramen nempe, per quod penis exit, et in femina apertura vaginae. Penis ſolidus, tenuis atque conicus, prope baſin prominentia teſticuliformi inſtructus, nulla vrethra, nec canali vllo praeditus eſt. In dorſo, collo, et labio fimbriato leue ni- p. 57.
tensque conſpicitur integumentum, margo autem huius fimbriae puluere tenuiſſimo colorato veluti conſperſus adparet. Aperto abdomine ſuperius paulo infra collum vterus amplus, poſt ouarium ſubgloboſum cum epididymide adiacente, deinceps oeſophagus ab ore in ventriculum lyripipiformem excurrens, cum inteſtinis per varios gyros contortis, poſtremo teſticulus, infimam caui abdominis partem occupans, in conſpectum veniunt. Habitat fimbria in alto mari circa Neapolim, et non niſi feruidiſſimo ſole dum conſpicitur, retibus vna cum piſcibus capitur. Ex Auctoris ſententia animal ſaxis vel fundo

fundo maris arenoso affixum, et quandoque impetuosis vndis inde auulsum creditur. Variis fucis marinis vescitur, vt patuit ventriculo aperto: sed hominum victui non inseruit, quod difficilioris esse videtur digestionis. Auctor nouo vsus nomine idem
p. 59. animal describit, quod ab RONDELETIO, FABIO COLUMNA et ALDROVANDO in tertia *leporis marini* specie adumbratum est; sed labore haud quaquam frustraneo docuit, fimbriam aliud animalium genus esse, quam quod allati Auctores recensuerunt. Namque fimbria cum lepore marino veterum vel cum lernaea LINNAEI nullatenus conuenit, id quod vel corporis figura vtriusque animalis, lernaeae scilicet, siue leporis marini, atque fimbriae diuersimode efformata, simulac characteres vtrobique admodum differentes abunde commonstrant. Hinc Cl. BOHADSCH vtrumque animal tanquam distinctum zoophytorum genus proponit, vtrumque noua
p. 63. definitione sequentem in modum insignire ausus: *lernaea est zoophytorum genus corpore subouato, dorso labiato palmonifero, tentaculis in fronte duobus, auriculis nuris aemulis et ore longitudinaliter sito praeditum.* — At vero *Fimbria* est *zoophytorum genus, corpore oblongo, dorso pyramidali, appendiculis acuminatis instructo, tentaculis in fronte duobus, auribus tanquam inuestigatorii aemuli, labio amplo fimbriato et ore canaliculato praeditum.* Cetera Auctori, hocce animal inter zoophyta propter labium fimbriatum, prorsus vt lernaeam, referenti assentiri ideo quidam dubitabunt, quoniam zoophytorum praecipuus character is est, vt, quamuis structura corporis interiore ad animalem accedant, tamen, vegetabilium instar, loco non sint motiua, sed fixum quendam, plerumque in fundo maris teneant, vitae et nutritioni eorum maxime adcommodatum. Ea quoque subesse causa videtur, cur Ill. LINNAEUS in editione recentissima

tissima *) non amplius lernaeam in zoophytis numerauerit, sed inter vermes, eorumque classem, quae animalia mollusca constituit, retulerit; leporemque marinum rectius thetyi speciem leporinam, quam lerneae, esse voluerit.

Nouum zoophytorum genus *Argi* nomine de- p. 65.
scribitur capite tertio. Istud nomen, etsi aliis animalibus iam attributum sit, in LINNAEI tamen systemate naturae non obuium a Cl. Auctore feliciter adoptatur. Videlicet respexit Noster editionem Linnaeani systematis sextam; recentissima enim nomen *Argi* T. I. p. 483 papilioni cuidam plebeio rurali imponit, sed huius speciei papilionem quendam minorem excitat, eumque *argiolum* vocitat. Veruntamen hoc impedire non potest, quo minus idem nomen in zoophytis simul vsurpetur. Huius itaque argi corpus totum plagioplateum est, in medio sex lineas crassum, longitudine tres pollices et quinque lineas, latitudine duos adaequans pollices. Dorsum colore coccineo, venter egregie lutescente nitet, vtrinque maculis albis et nigrescentibus interspersis. Substantia totius corporis coriacea est, et solida, flexibilis tamen, quae croceum colorem discissa vndique prodit. Caput animalis a p. 67.
reliqua corporis mole difficile discernitur; atque demum in ea parte deprehenditur, vbi tentacula teretia in corpore prominent, quippe quibus in ventre oppositum est os animalis, cum aliis duobus tentaculis. In dorso duo tentacula, vt diximus, teretia eminent, quatuor lineas longa, quorum apices vndique punctis nigris centenis atque pluribus, vt totidem oculis, notati; vnde Auctor *Argi* nomen animali indidit. Ista tentacula oculifera, quamprimum digito aut stylo continguntur, statim in fossulas, quae

circum

*) Syst. naturae editio decima. Tom. I. 1760. p. 655.

circum ea ſunt, ſeſe recipiunt, vt oculi ab iniuriis externis, vbicunque opus fuerit, defendantur. Nempe tentaculorum ſtructura ſic comparata eſt, vt nunc contrahi nunc extendi queant. Ad latera oris duo alia obſeruantur tentacula teretia, quibus eſcam capere atque ori inferre animal ſolet. Abdomen limacum more conſtructum eſt, oblongum, et circumquaque muſculo, vt fimbria, cinctum, cuius ope ſaxis aliisque corporibus adhaeret. In dorſi parte capiti oppoſita prope a margine foramen conſpicitur ouale, octo lineas longum, et quinque latum, et quo truncus exſurgit carneus, albidus, vtrinque in duos ramulos diuiſus, quorum quilibet in alios tenuiſſimos ſurculos exit. In ramis et ſurculis hisce
p. 70. plurima puncta nigricantia obſeruantur, quae ad pulchritudinem huius partis arboreſcentis multum faciunt. Auctor erucarum, piſcium et hernaeae anatome edoctus, hunc ramorum apparatum pro pulmonum viſcere habet, quod, dum in mari degit argus, expanſum tenet; ſed extractus ex aqua et digito contrectatus, illud in formam coronae contrahit, et intra praedictum foramen ouale abſcondit. Cetera animal maris ſcopulos habitat, ideoque raro in conſpectum prodit, quin immo ab Auctore vnicum eius individuum obſeruatum eſt. Ex illius tamen hiſtoria patet, illud cum nullo zoophytorum genere ab Ill. LINNAEO deſcripto conuenire.
p. 71. Hinc Auctor ſequentem eius deſcriptionem condidit. *Argus eſt zoophytorum genus, corpore plagioplateo, tentaculis quatuor teretibus, duobus oculiferis in prona, duobus ſimplicibus in ſupina capitis parte inter os poſitis, nec non pulmonibus ramoſis ad anum ſitis praeditum.* Ergo animali cum limace magna ſimilitudo eſt, licet minime ad limacum genus pertinet, ſed nouum plane inter zoophyta conſtituat. ALDROVANDUS et IONSTONUS argum veteribus vix notum

tum ſub nomine leporis marini falſo deſignare videntur, quos Cl. BOHADSCH corrigit.

*Hydram* capite quarto Cl. Auctor adgreditur deſcribendam, a ſcriptoribus hiſtoriae naturalis ante LINNAEUM mentulae nomine inſignitam. Hinc Auctor IANUM. PLANCUM reprehendit, quippe qui mentulam marinam, quam forte deſcriberet, cum tethya confuderit. Hydra vt plurimum vnius pedis longitudinem habet et figuram cylindricam, quae pollicem fere in diametro aſſequitur. Dorſum fuſcum variis papillis pyramidalibus obſitum eſt, ex quibus mucus albidus prolicitur, obliniendo corpori inſeruiens. Hae papillulae admodum exiguae muſculis inſtructae ſunt, quoniam eas ad lubitum erigere hydra poteſt. Venter, ſiue pars hydrae dorſo oppoſita, ex fuſco albicans, tentaculis cylindricis prorſus tectus eſt. Horum ope, quae inſtar acetabuli formata ſunt, hydra ad maris littora, vbi aquae ſex pedum circiter altitudinem habent, adhaeret. Tentacula ventris aeque ac dorſi muſculis praedita ſunt, ſiquidem nunc exſeruntur ab animale, nunc retrahuntur. Caput fimbria membranacea, tenui, ſubfuſca cingitur, et circa ſe tentacula viginti ramoſa, meduſae caput referentia, diſpoſita habet. Inter haecce tentacula ramoſa os animalis conſpicitur, foramine diſtinctum, in quod tentaculorum auxilio eſca ingeritur. Ori oppoſitum eſt, in poſtrema corporis extremitate, aliud foramen, ex quo faeces et aqua marina egeruntur. Nempe ſi in vaſe animal detinetur, ita quidem, vt aqua marina infuſa vltra duos pollices ſupra eius corpus non eleuetur, tunc aquam ſingulis fere minutis ad duos pollices eiaculat ex ano. At vero, ſi recens ex mari extrahitur, et manu fortiter contrectatur, aquam hauſtam ad duos etiam pedes eiicit, corpusque ligni inſtar indureſcit, vnde factum eſt, vt a veteribus *mentula*, Italis *cazzo di mare* ap-

p. 75.

p. 80.

circum ea ſunt, ſeſe recipiunt,
externis, vbicunque opus
Nempe tentaculorum ſtructu
nunc contrahi nunc extend
duo alia obſeruantur ten
capere atque ori infer
macum more conſtr
cumquaque muſcu
ſaxis aliisque cor
capiti oppoſit
tur ouale, o
quo trunc
duos ra
nuiſſ
p. 70. plu
e

enomenon
ngulare ob-
iam ex aqua
arena ple-
im conuolu-
globulis ob-
irma veluti in-
excreuit atque
s hydris obſer-
nouit, haec ex-
malis, aut alius anima-
ie. Sed poſtea expertus eſt,
malis inteſtina eſſe, quae illud in-
ophago ad anum vsque continua, at-
nquis partibus diuulſa, ſecernit et, deiectis
sce propriis inteſtinis, ſeptem et vltra horas ſuper-
uiuit. Diſſecta hydra, vidit Auctor canalem mem-
branaceum, arena et fucorum fragmentis refertum,
quem eiicit animal extra mare poſitum, inteſtinum
cum ventriculo et oeſophago conſtituere, inteſti-
nula vero coeca ouarium eſſe; adeoque animali huic,
ſingularem plane inter omnia reliqua zoophyta vel
p. 89. parturiendi vel moriendi modum conuenire. Cutis,
duas propemodum lineas craſſa, ex innumeris fibris
candidis tendineam conſiſtentiam habentibus com-
pacta eſt, quae varium in modum ſe inuicem inter-
ſecant, et irregulares cellulas efformant. Subter
cutem quinque muſculi, ex aliis rurſus compoſiti, appa-
rent, quibus hydra corpus nunc vltra pedem extendit,
nunc in globum fere reuoluit. Intra cauum oris
annulus oſſeus ex quinque concatenatus dentibus
occurrit, quorum ſubſtantia friabilis et paſtae inſtar
farinaceae compacta eſt. Inferiori dentium margini
oeſophagus vndique adnectitur, qui altera extremi-
tate reliquis ſupradictis inteſtinis continuus haeret.
Cordis, cerebri, medullae ſpinalis aut alterius viſce-

ris

digium reperitur. APULEIUS, de le-
rba faciens, hydram hanc ob oculos
Nam haec, vt ille de lepore asse-
n ventre solum ossa catenata ha-
fic describit: *est zoophytorum*
*ventre innumeris tentaculis te-*
*nuidalibus obsito, ore orbi-*
*cro viginti in circumfe-*
m hydram Cl. Auctor
in littoribus series bene

ptio, quae capite quinto sequitur p. 93.
in hocce zoophyton Auctori, reditum
orte fortuna occurreret. Syrinx longitu-
ecto pollices excedit, et totus conicus est.
latior corporis pars, vbi caput extat, ore instructa
est, in quo proboscis seu syphunculus ex forte mem-
brana compactus foras prodit, papillis carneis tricuspi-
datis vndique munitus. Is syphunculus altera extremi-
tate limbo oris vnitus, et altera liber est, vt animal eum
pro lubitu exserere atque retrahere, escae capiendae
causa, possit. Corpus totum ex albo lutescens striis lon-
gitudinalibus, aliisque circularibus ornatum est. In
altiori mari degit, nec in littora eiicitur, sed quan-
doque cum aliis piscibus retia intrat. De partibus
interioribus Auctor, temporis exclusus angustia, ni-
hil retulit, descriptionem eius in fine capitis talem
suggerens: *Syrinx, zoophytorum genus, corpore reti-*
*culato, pyramidali, apice globoso impersio ornato, et*
*ore in medio basios sito, atque in eo syphunculo mobili*
*praeditum est.*

Caput sextum de *penna marina* agit, in qua de- p. 98.
scribenda Cl. Auctor prolixiorem operam posuit.
Nonnulli hocce animal ad plantas retulerunt, alii
tamen zoophytis adnumerant, sed manca descri-
ptione istud persecuti sunt. Cl. BORADSCH pen-

nam ſic deſcribit: *eſt zoophytorum genus corpore ad inſtar pennae formato, et tentaculis plurimis, oſſiculis exiguis munitis, praeditum.* Plures eius ſpecies exſtant; ſcilicet, penna rubra pinnis falciformibus, tentaculis in pinnarum facie concaua poſitis; penna griſea, pinnis conuexo-planis, tentaculis in pinnarum facie conuexa poſitis; penna rubeſcens, pinnis carens, tentaculis in corporis trunco poſitis; penna ramoſa, pinnis carens, tentaculis in ramis poſitis. Omnes hasce ſpecies Auctor obſeruauit, et quoad ſatis eſt, exponit. De rubra initium! Haec ex trunco et artubus ſeu pinnis conſtat; trunci longitudo ſex pollices cum tribus lineis efficit. Ea pars, quae pinnis inſtructa eſt, quadruplicem faciem praebet: dorſalem, vbi craſſior eſt et exiguis papillis ſubglobosis purpureis ornata; ventralem, vbi albicat et quibusdam duntaxat papillis purpureis donata eſt; laterales duas, vbi artus ſiue pinnae in conſpectum veniunt. In illa autem parte, vbi truncus nudus eſt, vndequaque papillae purpureae, intercurrentibus lineis albis, habentur, atque in apice eius ſinus falcatus imperuius quidem. Subſtantia trunci coriacea
p. 103. et extrinſecus, ob allatas papillas, aſpera eſt. Pinnae, quas Auctor artus adpellat, numero nunc deprehenduntur 24, 27, 30 et plures, in quolibet trunci latere; diuerſae magnitudinis, falciformes, coriaceae, ſtriis innumeris exiguis coccineo colore tinctis. Facies pinnarum alia concaua eaque obtuſa, alia conuexa eaque acuta eſt et ſcindens. In facie concaua octo tentacula cylindrica numerantur, pinnis ita inſidentia, vt vnum cum iisdem corpus conſtituant; quibus mediantibus penna marina aliis corporibus adhaeret. Tentacula autem ipſa molliorem, quam pinnae, conſiſtentiam habent, et in extremitate ſua octo filamentis candidis, tenuibus, ſtipata ſunt. Cetera non ſemper oculis obuia ſunt, quippe

animal

animal erigere ea et intra pinnas recipere poteſt; quo factum videtur, vt ALDROVANDUS et IONSTONUS tentaculorum in deſcriptione pennae non meminerint. Truncus cauus, vbicunque diſſectus fuerit, liquorem ſalſum effluere ſinit, intus membrana coriacea, vltra lineam craſſa, obductus eſt. Intus quoque reperitur oſſiculum longitudine 2 poll. et 7 linearum. Pinnae ex duplice membrana compactae ſunt, externa forte et coriacea, interna tenuiore pellucida. Cl. Auctor pennam viuam vitro, aqua marina impleto, impoſuit, quo facto varium in diuerſis eius partibus motum miratus eſt. Nempe truncus pinnatus aeque ac nudus contrahebatur, contractus intumeſcebat aliquibus in locis, motum edebat vermicularem, et colorem intenſe rubrum ſundebat; apex trunci nudi hami inſtar modo incurua- p. 104.
batur, modo in rectam extendebatur; pinnae quadruplici modo mouebantur, modo verſus truncum nudum, modo verſus pinnatum, modo verſus ventrem, aut denique verſus dorſum; tentaculorum filamenta carnea quaquauerſum agitabantur, exporrigebantur, occultabantur intra pinnas. Cl. Au- p. 107.
ctor, qui totum animal loco moueri non vidit, pinnarum tamen ope loco moueri putat. Degit in alto mari, vbi interdum cum aliis piſcibus capitur. Dum verſus maris ſuperficiem fertur, bullulae innumerae corpus eius circumdant, quae ſtellarum inſtar de die ſplendent. Pennae rubrae quaedam etiam varietates occurrunt, nonnullae pallidiores et roſeo colore tinctae ſunt, aliae intenſe rubent *).



*) Hanc eius ſpeciem in littoribus Norwegiae reperiri, recentior nos docuit pennae rubrae deſcriptio Hanouiana, quam I. D. TITIUS, Phyſ. Prof. Witeb. in nouis relationibus amicorum (*neue geſellſchaftliche Erzählungen*), T. I. p. 193. inſeruit, vbi nonnulla leguntur momenta, quae hiſce dictis aliqualem affundunt lucem.

p.109. Post illa Auctor alteram pennae marinae speciem, griseam nempe, persequitur, quae parum distat ab antecedente, adeoque in ea recensenda prolixiores esse nolumus. Hoc tantum addimus, Cl. Auctorem nullum anum nec in animali obseruare potuisse, ideoque miratum esse, quod LINNAEUS pennatulae suae os commune rotundum in basi assigna-
p.112. uerit; eamque oceani incolam solus dixerit *). Tertia pennae species, a nemine hucdum obseruata, apud ARTEDUM sub nomine: labrus pulcre varius, pinnis pectoralibus in extremo rotundis, occurrit. Nempe pinnis nullis praedita est penna haec, simplici trunco osseo constat, quem plurima tentacula ambiunt. Longitudo eius tres fere pedes superat, atque per totum pennae corpus os quadratum extenditur friabilis consistentiae, et ex pasta veluti farinacea compactum. Tentacula truncum ambientia, quorum forma et substantia eadem fere est, ac in prima pennae specie, numerantur 1310, in
p.114. varios ordines digesta. Ad pennas quoque refert Cl. Auctor TOURNEFORTII fucum manui similem, et BAUHINI palmam siue manum marinam, atque corpori huic marino pennae ramosae nomen imponit, quae, quum osse penitus careat, penna axos dici posset. Hac occasione Cl. BOHADSCH, Cl. SCHAEFERUM reprehendit, qui manum marinam MARSIGLII ad descriptionem eius delineari et coloribus pingi curauit; sed SCHAEFERUS non quidem ait,

*) Quod ad primum attinet, ad locum, vbi penna habitat, ex antea allatis patescit, pennam non mari mediterraneo, sed oceano, mari septentrionali quoque tribuendam esse, et circa Christianiam et Friedrichshalam in littoribus Daniae et Norwegiae reperiri. Quod vero ad os spectat, ex descriptione modo memorata, p. 205. colligere licet, animali omnino os competere.

ait, se delineationi suae *colorem naturalem*, sed colo- p. 116.
rem descriptioni Marsiglianae adcommodatum, dare
duntaxat voluisse. Sub finem huius capitis Cl. Au-
ctor modum nutriendi in pennis disquirit, quem me-
diantibus tentaculis fieri arbitratur. Hinc tenta-
cula pennarum oris munere fungi, eaque singula to-
tidem vnius animalis ora esse ait. Cuius sententiae
dirimendae causa eorum opinionem refutat, qui ista
tentacula pro polypis distinctis habent, hoc potissi-
mum vsus argumento, contra naturam esse, vt di-
uersa numero animalia simul vnum animal consti-
tuant. Itaque pennam, cum ex pluribus animali-
bus non sit composita, concludit simplex esse ani-
mal, et tentacula eius ora, quibus escam appre-
hendit. Quod vero animal ore toties multiplicato p. 121.
opus habeat, id Auctor ex victu, structura et situ
horum animalium fixo, nec loco motiuo, deducit;
eodem forte modo, vt in lithophytis et coralliis res
sese habet, quippe quae ab Auctore ad animalia hu-
iusmodi simplicia referuntur. Quod Cl. BO- p. 126.
HADSCH demonstratum it, atque lithophyta et co-
rallia quoad omnem substantiam non plantas, sed ani-
malia esse ostendit.

Caput septimum *de Tethyo* agit, zoophyto ARI- p. 129.
STOTELI iam cognito, sed a nemine accurate de-
scripto. Hinc Cl. Auctor diu dubius haesit, an huic
animali tethyi an holothurii nomen imponeret.
Tandem tethyi adpellationem retinuit, illudque se-
quentem in modum descripsit: *est zoophytorum genus
corpore plus minus oblongo, organis duobus protensis,
altero breuiore praeditum, et tentaculis carens.* Prae-
ter tethyum vulgare, quod ostreis potissimum ad-
haeret, et apud incolas maritimos esculentum est,
Auctor tres alias eius species obseruauit: vnum coria-
ceum, alterum gelatinosum, tertium membrana-
ceum; quae paulo curatius recenset. Primum tres

plerumque pollices longum eſt, vnum cum lineis ſeptem latum, ouatis figurae. Cutis eius craſſa et corii inſtar dura eſt. Secundum duorum fere pollicum latitudinem, et ſedecim linearum longitudinem habet, formam compreſſam, cutem leuem, cocci-
p. 132. neam, gelatinoſam. Tertium tethyum Cl. Auctori videtur id ipſum eſſe animal, quod I. PLANCUS ſub nomine mentulae marinae, penem caninum referentis, venditauit. Id ipſum tethyum ex aliis ſuae ſpeciei indiuiduis compactum deprehenditur; vnde tethyum faſciculatum non inepte diceretur. Namque in hoc vno tethyo, quod Auctor ob oculos habuit, ſeptem alia tethya vnita erant. Quodſi corpus eius acicula vel ſtylo quocunque irritaret, totum animal contrahebatur et corrugabatur. Vtrum haec tethyi ſpecies talis ſit, quae ex pluribus aliis indiuiduis ſemper conſtet, an vero ſimplex aliquod indiuiduum ſaxis interdum adhaereat, id vero determinare Auctor non auſus eſt; ſeparatum quandoque in littore deprehendit, ſed [illegible] faſciculos vnitum plerumque vidit. Aliquando tethyum ſolutum ſatis magnum inuenit, in cuius trunco octo iuniora tethya inerant, cum aliis pluribus exiguis.

p. 135. Aliud zoophytum caput octauum pertractat, quod a Cl. Auctore *meduſa palliata*, ab aliis *vrtica* appellatur. Figura eius, vt in omnibus meduſae ſpeciebus, orbiculata eſt, innumeris tentaculis exiguis ſtipata, et cute extrinſecus candida, interſperſis punctis coccineis, veſtita. Haec meduſae ſpecies hoc ſingulare habet, quod extrinſecus alia cute a corpore orbiculato ſeparata veluti palliolo tecta ſit, vnde nomen meduſae palliatae accepit. Teſtis vacuis cochleae vmbilicatae ſubalbidae punctis coccineis notatae inſidet, et palliolum veli inſtar expandit, quamdiu in aqua moratur; quare animal etiam in mediis aquis natat, et per mare vagatur, vbi in piſca-

piſcatorum retia incidit. Meretur haec medusae ſpecies propter hanc nauigationem *velifera* adpellari; et maluit Auctor nomen palliatae adoptare, ne cum urtica velifera LINNAEI COLUMNAE confunderet.

Capite nono *de cuiusdam Raiae ouis* diſſerit, et poſt RUYSCHIUM, IONSTONUM, et NEEDHAMUM ouarium raiae deſcribit, quod hoc, in quo delineando occupatus Auctor fuit, diuerſum eſt ab eo, quod citati Auctores delineauerunt. Primo igitur Cl. Auctor externam ouarii atque ouorum faciem, poſtea oui corpus ſollertiſſime deſcribit, hinc argumentum euidentiſſimum ducens diſtincta dari raiarum ova. p. 138

Capitis decimi argumentum eſt: *de ouis ſquali ex rufo varii, pinna ani media inter anum et caudam pinnatam*, ARTEDI. Anno 1754 Cl. MAURIT. DE MAYERSBACH, Medicus Pragenſis, in Italiam profectus, miſit ad Auctorem varia corpora marina, eorumque aliquod ſub nomine *Borſa del mare*, veſicae aereae inſtar, ſibi plane incognitum, ideoque admiratione digniſſimum. Dum itaque in ſecundo itinere Italico an. 1757 Auctor per aliquot menſes Neapoli commoraretur, de corpore iſto marino magnopere ſollicitus, caſu quodam iſtud in corpore ſquali detexit, quem, vt ſiccum Pragam mitteret, exenterari iuſſerat. Corpus oui ſquali oblongo quadratum eſt, altera extremitate late patens, altera in ſinum anguſtum fere ouale contracta. Vtraque extremitas compreſſa eſt, ita vt duplex lamina, qua totum conflatur oui corpus, ſe inuicem attingat, et ſimul concreta videatur. Intermedium corpus vtrinque conuexum eſt, atque cauum cum marginibus tumentibus, vtrinque in chordam diuerſimode abeuntibus. Corpus oui cauum ex duplici lamina tenui conſtat, forti tamen, et vi ſcalpelli reſiſtente. Repletur humore falſo, craſſi- p. 145. p. 150.

niculo ex albo et lutescente colore variegato. Si ouum coquitur, testa et chordae molliores fiunt atque insipidae sunt, humor autem intus contentus solidiorem consistentiam acquirit, et vitellum volatilium sapit.

p. 153. *De admiranda pholadis saxorum, Italis* dattelo del mare *dicti, monumento ad littus Puteolanum exsistente*, breuem animaduersionem caput vndecimum sistit. Cl. Auctor dum Puteolos peteret, in antiquissimum serapidis ductus templum, paucis abhinc annis detectum, ibique quatuor amplissimas columnas marmoreas, ad trium circiter pedum altitudinem vndique perforatas, et dactylis siue pholadibus plenas conspexit. Quemadmodum minime probabile est, quod veteres has columnas pertusas et pholadibus repletas erexerint; sic e contrario opinari licet: mare ibidem loci, vbi templum istud nunc exstat, quondam non fuisse; postea eo vsque intumuisse et pholades adportasse, tandem longo tempore interiecto rursus recessisse; pholades autem dura ista et polita marmora, vt in iis tuto delitescerent, foraminulis cauasse. Modum, quo id faciant, quum ipse non obseruauerit Auctor, determinare non audet; arbitratus, id partim proboscide animalis, partim ipsa testa fieri *).

Caput

*) Id vero, negari non potest, fore, vt non nullis improbabile videatur, qui cum Cl. KLEINIO *Versuche und Abhandl. der Naturf. Ges. in Danz.* T. II. p. 350. sentient, pholades nunquam perforare lapides posse. Itaque aut marmor hocce columnarum principio, quum indurescceret, pholadibus refertum fuit, quippe quae in argillacea et lutosa terra, marmori primaeua, ad littora maris copiose reperiuntur; aut, si mare ad has vsque columnas aliquando accesserit, lutum ibi pholadibus plenum deposuit, et columnas tali crusta perforata circumdedit.

Caput tandem vltimum Cl. Auctoris dissertatio- p. 153.
nem profert, olim super quis sepiarum conscriptam *), nunc vero, postquam edoctus fuit, quae abs se descripta loliginis quae esse, correctam et mutatis mutandis, sub elogio: *de loliginis ouis* recusam.

## XIV.

*Fränkische Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oekonomie und den damit verwandten Wissenschaften. Fünfter Band. Nürnberg, bey George Peter Monath,* 1760. 8. Alph. 1. pl. 13. tab. aen. 3. *Sechster Band,* ib. 1762. 8. Alph. 1. pl. 12. tab. aen. 3.

h. e.

Francónica collectio obseruationum ex physica, medicina, re oeconomica, et reliquis, affinitate quadam cum his connexis, scientiis depromptarum. Volumen V et VI.

Priſtina nunc vtamur methodo in recensendis his Voluminibus, nec nisi eorum praecipuas, et eas inprimis obseruationes indicemus, quae ad medicinam spectant.

Part. XXV. N. 3. BOENNEKENII Sen. Obser- T. V.
uatio, *de coniugibus nobilibus, qui, nocte subito simul* p. 23.
*e somno excitati, in melancholiam inciderunt, attamen tandem rursus conualuerunt.* Arnhemiae vterque coniugum sanus lectum petebat, et media nocte surge-

bat

*) vid. Commentar. horum Vol. I. P. IV. p. 585. seqq.

bat ſumma cum anxietate et idea fixa, quaſi ob facinus ad ſupplicium ducendi eſſent. Venaeſectio et medicamenta ſtatim, ſed fruſtra applicabantur. Vterque deinde in peculiari conclaui cuſtodiebatur. Mulier tandem octauo die, poſtquam aquam Selteranam ſumſerat, in tam profundum ſomnum incidit, vt, velut ab opio, ad 24 horas dormiret. Exinde expergefacta nihil praeteriti recordabatur et tranquillo animo erat, nec, poſt vſum eiusdem aquae per duodecim dies continuatum, vlla amplius melancholiae ſigna aderant. Maritus, grauiori melancholia, quodammodo maligna, laborans, minime ad vſum aquae Selteranae impelli poterat; venaeſectio tamen repetita, remedia euacuantia et diluentia largiter adhibebantur; tandem vernali tempore variis corporis exercitationibus et vſu aquae Spadanae plane conualuit.

p. 90. N. 9. I. C. HENNICKE *de glande plumbea, quae diu poſt acceptum vulnus vomitu reiecta eſt.* Viri pectus ita laedebatur glande plumbea, vt, eo perfoſſo, aeger haemoptoe decumberet, tandem conualeſceret, remanente ibi glande. Poſt viginti annos, dorſo ciſtam impellere cupiens, fragorem in pectore ſentiebat, et frigore, calore, anxietate, tuſſi ſicca, haemoptoe, nauſea, oct. corripiebatur; tandem vomitu, maximo cum niſu ſuſcepto, glandem hanc reiiciebat.

p. 178. Part. XXVI. N. 6. *Peculiares renum et vteri laeſiones; Auctore B.* Vesica vrinaria feminae maxime obeſae, ex iſchuria mortuae, valde contracta et vacua deprehendebatur, vrether ſiniſter naturali ſimilis, dexter nimis amplus, niger et ſanguine plenus. Ren ſiniſter, ſpithamae longitudinem aequans, pugni craſſitiem ſuperans et vitulini renis figuram ſiſtens, pellucidus erat, et dimidiam menſuram aquae lacte-

lescentis et albis densisque flocculis refertae continebat; corticalis substantia tenuis, et interna superficies valde sinuosa et callosa apparebat. Ren dexter, praeter nimiam magnitudinem et crassitiem, vix mutatus, maximopere inflammatus erat et extravasato sanguine feroso repletus. Iuxta ouarium sinistrum, ad vltimam vertebram lumborum, aderat substantia ossea oboli magnitudine, in vno latere conuexa, in altero concaua. In ipso hoc ouario tuberculum pisi magnitudine conspiciebatur, quod materiam, lapidibus cancrorum cum aqua tritis similem continebat. Dextro lateri orificii vteri adhaerebat mollis excrescentia carnosa, aequans nucis moschatae magnitudinem, quae exiguo principio ex vteri cauo oriebatur. Cum exinde vteri orificium fere claudebatur: causa sterilitatis feminae satis constat.

Part. XXVII. N. 2. M. F. LEDERMÜLLERI p. 201. *obseruatio microscopica neruorum.* Cum Cl. Auctor disquireret, an neruus cauus esset, variis rebus in hac opinione confirmabatur. Oculus enim vitulinus, in cuius neruum opticum spiritus nitri, aqua dilutus, iniectus erat, non solum exinde intumescebat, sed cornea etiam coerulea reddebatur. Vnde concludit, neruum opticum esse cauum, quippe qui vias habeat, quibus spiritus nitri ad oculi bulbum deferatur. Deinde in neruo optico horizontaliter secto et nudo oculo, et armato, multos tubulos succo albo spisso repletos detegebat. Idem longitudinaliter sectus ostendebat sub microscopio multos tubulos, arcte iuxta se positos, ex quorum superiori superficie, si neruus premebatur, succus lacteus emanabat. Eodem modo se habebat neruus ischiadicus. Cum vero post aliquod tempus eundem neruum opticum exsiccatum et corrugatum iterum contempla-

retur,

retur, eosdem tubulos sed vacuos; in altero autem neruo optico, perpendiculariter secto, fila fusca confuse posita animaduertit. Cum neruum aqua humectasset et acu haec fila dissoluere tentasset: tandem hoc modo nonnulla fila separauit, et cauitas singuli tubuli, siue fili sub microscopio tum plane cernebatur.

p. 210. N. 3. W. F. BOENNEKENII Sen. *Obseruationes de dysenteria anno 1799. Suinfurti grassante.* Quamuis saeuus fuerit hic morbus, tamen conualescentium numerus quinquies superauit numerum inde demortuorum. Qui maligna dysenteria cum vomitu laborabant, plerumque intra quatuordecim dies moriebantur, certe vix ante sextam septimanam conualescebant; benigna vero dysenteria affecti ad septimum vel decimumquartum diem sanitatem recuperabant. Vitrum antimonii ceratum et rhabarbarum huic dysenteriae inprimis vtiliter oppositum est. Maxime autem mirandum est, in hoc morbo omnia adstringentia et terrea anxietatem, molestiam ventriculi et flatus effecisse, vti etiam vinum, vel merum, vel aqua dilutum, aqua et decoctum panis frigidum, nocebant. In mortuis plerumque gangraena intestinorum conspiciebatur; qui vero hunc morbum superauerant, variis affligebantur incommodis, vt inflammatione oculorum dolorosa, vlceribus in variis partibus, tumore faciei, parotidum, manuum pedumque, scroti, cet. alii arthritide, dolore ischiadico, colico post pastum, lienteria. Nimia vero vicissitudo calidae et frigidae tempestatis, quae mense maio, iunio et iulio fuerat, hanc dysenteriam mense iulio, augusto et septembri inprimis produxisse videtur, praeterea frumentum nimis humidum praeterito anno collectum atque corruptum, et panis inde factus, situi facillime obnoxius; etiam vermes, quibus omnia cerasa tum infecta

infecta inueniebantur; nec minus vſus fructuum groſſulariae nondum maturorum.

Part. XXVIII. N. 3. EIUSDEM *obſeruationes practicae de morbis animi* 1) *de melancholia, breui tempore in maniam lethalem mutata.* Cum puella octodecim annorum tempore catameniorum pedibus iter feciſſet, et imprudenter, aeſtuante corpore, frigidum potum ſumſiſſet, haec ſtatim ſuppreſſa, nec unquam rite reſtituta ſunt. Ab hoc tempore capitis vehementibus doloribus, anxietate, melancholia vexabatur, et tumorem durum dolorificum ſub axilla ſiniſtra percipiebat, qui vero emplaſtro cedere videbatur. Sed deinde melancholia in veram maniam, in dies creſcentem, mutabatur, et aegra paulo poſt febre lenta moriebatur. Eius ſectione facta, animaduerſa eſt corporis macies ſumma, inteſtinum rectum variis ſcirrhis refertum, pulmones multis calculis repleti, et ſub axilla ſiniſtra, vbi tumor fuerat, cauitas, quae magnam ſaniei copiam continebat. Sinus cranii ſanguine vacui erant, et in ſinu ſagittali, ad occiput deſcendente, polypus tendinoſus digiti longitudine, in ventriculis vero cerebri vnciae duae ſeri deprehendebantur; ex quibus cauſa proxima maniae profecto ſatis intelligitur. p. 282.

2) *De vehementi mania, a phantaſia et nauſea exorta, quae breui tempore, inprimis camphora, curabatur.* Superioris mulieris ſoror poſt eius mortem in morbum eundem incidebat. Pulſus erat plenus, durus et celer; atque quamquam copioſus ſaliuae affluxus et appetitus auctus vermes indicabat: ſaccharum tamen anthelminticum cum mercurio viuo, vesicatoria, ipſaque venaeſectio nihil efficiebant. Cum vero aegra ſectioni ſororis interfuiſſet, indeque nauſea affecta eſſet, tartaro emetico, ſed exiguo cum effectu, vſa eſt. Attamen puluis camphoreo ſcru- p. 294.

ſcrupulus vnus, cum nitri depurati, et ſacchari albi ſemiſſe ſcrupulo, et ſomnum et blandum ſudorem excitabat, atque maniam mitigabat, quae ſumtis toto illo tempore camphorae ſcrupulis octo plane ceſſabat.

P. 298. N. 4. *Peculiare viſus vitium*, Auctore B. Vir quadraginta octo annorum, in angulo interno oculi dextri, exterius minime mutati, circulum obſcurum oriri vidit, qui oblique verſus dextrum latus ſenſim pergens, tertiam oculi partem, vti luna in eclipſi ſolis, tegebat, viſumque impediebat. Initio quidem hic circulus pellucidus erat, et obiecta quodammodo magis exigua ſiſtebat, quae deinde curua et fracta videbantur, ipſeque circulus ſenſim coeruleus fiebat, tandem poſt ſeptem dies plane opacus. Sola pediluuia adhibuit et hirudinem prope oculum dextrum applicuit. Poſt ſex vel ſeptem menſes viſus quidem paululum correctus erat, ipſe autem dimidia parte dextra oculi dextri omnia quaſi per nebulam, ſiniſtra vero parte vix aliquid diſtinguebat. Cauſa huius morbi fuit lapſus, quo dextrum faciei latus, inprimis oculus ita vulnerabatur, vt tunica coniunctiua plane ſecederet. Cum vero hunc oculum ad viginti quatuor horas vino nimis calido fouerit, fortaſſe exſiccationem et corrugationem lentis excitauit.

P. 324. N. 7 *De figura globulorum ſanguinis* differit S. Cl. Auctor in diſſectis animalibus microſcopio obſeruauit, globulos ſanguinis, cum largo ſero mixti, in vaſis maioribus rotundam habere figuram, ſed oualem, vbi parum vel nullum ſerum admixtum eſt, in vaſis vero capillaribus oualem, quamquam non ſemper. Vbi duae minores venae in vnam maiorem mutantur, globuli, in minoribus antea rotundi, tum ouales, in progreſſu vero maioris vaſis rurſus rotundi fiunt. Ex his concludit Cl. Auctor, globulo-

bulorum ſanguinis formam naturalem eſſe rotundam, ipſosque globulos elaſticos.

Part. XXIX. N. 3. BOENNEKENII Sept. *Obſeruationes practicae de vlceribus pulmonum, quorum vnum machina* MUZELII *Berol. alterum ſuco cucumerum ſanatum eſt.* 1) Vir nobilis, triginta annos natus, in febrem acutam pulmonalem incidit, cum pleuritide, aſthmate, tuſſi ſicca, cet. Materia ſpiſſa, tenax, ſubuiridis, foetida, quam copioſe ſpuebat, debilitas, pulſus paruus et celer, appetitus et ſomni defectus, calor interſcens, ſudor colliquatiuus, febrem hecticam cum vlcere pulmonum eſſe, declarabant. Cum omnia remedia nihil efficiſſent, Cl. Auctor ſecundum MUZELII methodum adhibuit machinam conbideam, cuius baſis in ambitu ſex pollices habebat, longitudo vlnae dimidiae, apertura duorum pollicum erat, cum peculiari orificio ſemilunari. Hanc repleuit ad tertiam partem decocto demulcente tepido, et aegrum ita orificio machinae applicuit, vt labia alterum gerentur, deinde ad ſemihoram vsque, obturatis naribus, halitum balſamicis particulis refertum ex machina excepit, idque ſingulis tribus vel quatuor horis repetiit; ſic breui tempore tuſſis, iectione purioſa et febre hectica liberatus eſt. p. 408.

2) Miles, triginta annorum, eodem morbo laborauit, cum maiore ſaniei excretione. Omnibus remediis fruſtra tentatis, huic tandem Cl. Auctor ſuccum cucumerum ad MUZELII exemplum ſuadet. Poſtquam itaque aeger per aliquot dies cucumeres crudos decorticatos comederat, calor depaſcens mitior eſt, vt et tuſſis et ſaniei excretio, ipſeque tandem vſu electuarii ex melle cum puluere herbae hordeae terreſtris et vrticae minoris breui poſt plane ſanus eſt. p. 416.

p. 424. N. 5. *Peculiaris prolongatio tibiae amputatae, ab* ASELMAYERO. Vir quadragenarius, pedem dextrum ita fregerat, vt malleorum articulus e loco motus, ligamenta, tendines, muſculi dilacerati, tibia vsque ad ſuras denudata, perioſtiumque contuſum eſſet. Fibula in ſeptem partes diffracta, vaſa ſanguifera diſciſſa, extenſores et flexores digitorum contuſi, et pes per tendinum incurvationem ad ſuram ſurſum tractus erat. Remotis igitur muſculis a tibia eius partem, ad quinque pollices longam, Cl. Auctor amputauit, pedemque repoſuit et deligauit. Tibiae pars denudata ad 9 vel 10 pollices quidem nigreſcebat, qua tamen ſenſim exfoliatione ſeparata tibia ipſa ſeſe cum partibus muſculoſis coniunxit tandem pedem externum per tonum muſculorum ipſi adhaerentium, ad ſe et prope amputatam tibiam traxit, ſeque ſyſſarcoſi, quamquam os oppoſitum noderat, pedi extremo adiunxit, poſt aliquot ſeptimanas ſubſtantiam cartilaginoſam et ſenſim oſſeam accepit, vt aeger poſt ſex menſes hoc pede, quodammodo breuiori facto, vti poſſet.

p. 467. Part. XXX. N. I. DELII *hiſtoria partus monſtroſi.* Mater huius puellae monſtroſae motus foetus in grauiditate ſemper languidos ſenſit, et perpetuis vexata eſt doloribus coxarum. Aliquot diebus ante puerperium ex foetus immobilitate eius mortem praedixit. Partus facilis quidem, ſed aegripparum fuit, et funiculus vmbilicalis cum ſecundis quaſi exuſtus et putrefactus apparuit. Capitis monſtri ſuperius planum erat, et ita retrorſum preſſum vt poſterior pars vertebrarum colli plane compreſſa et vertebrarum thoracis maxima ex parte obtecta eſſet. Oculi ex orbitis valde prominebant. Vtraque pars poſterior oſſis frontis fere dimidia deficiebat oſſa bregmatis in vtroque latere vix vnguis magnitudine

dinem aequabant. Pars lambdoidea ſeu media oſſis occipitis plane non aderat, et partes laterales ita reflexae conſpiciebantur, vt ſiniſtra pars ad os ileum ſiniſtrum appropinquaret, dextra vero ad pollicem vsque ab oſſe ilei dextro diſtaret; hic etiam quinque vertebrarum ſpinae prominebant, quae ſpinam bifidam fiſtebant. Per aperturam ſuperiorem oſſium cranii cerebrum omne egreſſum erat et membrana tenera tegebatur; per ſpinam vero bifidam inferior pars medullae ſpinalis, tenui membrana tecta, apparebat.

Volumen ſextum.

Part. XXXI. N. 3. BOENNEKENII Sen. *Obſeruatio de vniuerſali pleurothotono.* Femina nouemdecim annorum, ſaepe laſſitudinem brachii et cruris dextri ſenſit, quae crebra venaeſectione ſublata eſt. Tandem vero haec in ſpaſmum eſt mutata, qui, poſt ſenſum formicationis in toto latere ſiniſtro corporis, brachium ſiniſtrum attollebat, manumque incuruatis digitis verſus thoracem flectebat, crus ſiniſtrum extendebat, et pedem introrſum ducebat, immo faciei muſculos ſiniſtrorſum contrahebat. Quamquam vix vltra minuti durauit, tamen dolores excitauit et tremorem ac debilitatem brachii et cruris reliquit. Aliis igitur remediis fruſtra tentatis, Cl. Auctor in forma boli phoſphori grana tria praeſcripſit, et, poſtquam aegra grana octodecim phoſphori ſumſerat, ſpaſmus plane ceſſauit. Cauſa, cur in ſiniſtro latere tantum fuerit, haec eſſe videtur, quod aegra huic lateri ſemper incubuit iuxta parietem humidum ac frigidum, cum latus eorum, qui eiusmodi ſitum habere ſolent, ſaepe rheumatiſmo vexetur. T. VI. p. 21.

p. 99. Part. XXXII. N. 1. ARNOLD *de visu sine lente crystallina.* Si oculus sine lente distincte videre discit, quaedam mutationes, nondum satis exploratae, ibi oriri videntur, quae lentis defectum restituunt. Existimat autem Cl. Auctor 1) pupillam, quae in eiusmodi oculo semper angustior fit, obscuritatem imaginis valde diminuere, cum radios nimis diuaricantes excludat, imaginem vero vix adeo distinctam appareré, vt in oculo, lente instructo: 2) putat, capsulam lentis vacuam ab ipsius vasis lymphaticis, quae alias liquorem, et nutrientem, et humectantem secernunt, humore impleri, qui densitati lentis maxime similis sit; vel humorem vitreum, si forsan capsulam ingrediatur, admixto liquore ex capsulae vasis secreto, densiorem fieri, atque lentis defectum compensare. Vt igitur melius cognoscatur, an oculus sine lente videre possit, oculares medicos adhortatur, vt disquirant 1) an ii, qui bene curati sunt, se minus distincte videre, sentiant? 2) an eiusmodi oculi pupilla angustior facta sit?

p. 114. N. 2. *Historia morbi de peculiari excrescentia ad anum.* Vir, septuaginta et sex annorum, cuius haemorrhoides iam diu rite fluxerant, ante quinque annos loco sanguinis aquam purpuream cum muco albo excreuerat, et dolore lumbari ac vertigine affectus erat. Crebra venaesectio, clysmata, copiosus vsus salium mediorum, cet. debilitatem et febrem intermittentem, roborantibus tamen facile cedentem, excitarant. Cum deinde aquam Seidschuzensem biberet, non solum inde factis crebris deiectionibus debilitatus est, sed duae etiam vel tres verrucae paruae, ad ani orificium iam ad triginta annos haerentes, hinc sensim in excrescentiam carnosam mutatae sunt, ad nucis iuglandis magnitudinem, quae, simulac tacta est, sanguinem emisit. A cortice peruuiano, quotidie ad drachmas tres sumto, orieba-

tur

tur obſtructio alui, colica et motus febriles cum inſigni debilitate, tandem continuato eius vſu emphyſema vniuerſale accedebat. Variis deinde aecerſitis medicis et excreſcentia ſenſim peiore facta, cicutae extractum, ſcilla, vitrum antimonii ceratum, cet. fruſtra adhibita ſunt et aeger paulo poſt mortuus eſt.

N. 3. 1. c. HENNIKE *de magna excreſcentia ad occiput.* p. 130. Femina quadragenaria hydrocephalo laborare videbatur. Tumor valde mollis fuit et ſuperior cranii lamina quaſi in duas partes diuiſa appa-, ruit. In eius cadauere haec inueniebantur: caput molle, cuticula ad finem futurae coronalis eroſa, quae ſerum acre deſtillabat. Ad futuram ſagittalem ſiniſtrorſum excreſcentia fungoſa, manus latitudini par fuit, quam cutis valde craſſa eique firmiter adhaerens tegebat. Haec erat ſubſtantia ſebacea ex viridi flaua, tres digitos altitudine et tres libras pondere ſuperabat, et cum cranio proceſſibus cartilagineis cohaerebat, qui ad coniunctionem futurae coronalis et ſagittalis ex dura matre oriebantur. Poſt futuram lambdoideam cranium deficiebat; cerebrum cum pia matre ſanum erat; collum maximum tumidum; pericardium ſuo liquore plane repletum; ventriculus cordis anterior vacuus et flauus, poſterior nigro ſanguine plenus; reliqua viſcera integra, veſica vero fellea valde repleta inueniebatur.

N. 4. D. *Obſeruationes practicae.* 1) Veronica p. 136. mcrii folio, ſiue ſpicata, in febre tertiana idem effecit, quod cortex peruuianus. 2) Viro ſexagenario, peripneumonia laboranti, pulſus intermittens leiectionem maxime ſalutarem praenunciabat.

Part. XXXIII. N. 3. DELII *obſeruationes microſcopicae de anguillis maſſae farinaceae aceſcentis, atque de animalculis iusculi carnis.* p. 221. Cl. Auctor detexit, audam harum anguillarum ſimplicem eſſe et tantum

ab imagine in vitro microſcopii duplicem apparere. Sub microſcopio ſolari in iisdem anguillis vidit oculos et membrum virile, ab aliis nondum deſcriptum. In iuſculo carnis veruecinae, quod vaſi infuderat feruidum et bene clauſum ſeruarat, poſt quatuor ſeptimanas multa deprehendit animalcula, iis non diſſimilia, quae LEDERMÜLLERUS in ſemine carpionis reperit. Haec a putrefactione et ſuccorum euolutione, non ex inſectorum ouulis, orta fuiſſe, repetita experimenta docuiſſe dicuntur, cum, poſtquam tria vaſa eodem iuſculo replerat, in primo poſt quatuordecim dies iuſculum foetidum, in altero poſt tres ſeptimanas iuſculum minus foetens, in tertio poſt quatuor ſeptimanas iuſculum non foetens et animalculis refertum inueniret.

p. 226. In *adiecta epiſtola* LEDERMÜLLERI deſcribitur os eiusdem anguillae, quod in aliis riſum, in aliis rotundum eſt. Oculum, palpebras ſuperiores ſaepe moueri vidit Cl. Auctor, et embryones et motum internum cognoſcere credidit, qui in eo loco, quem focus attingit, rotatorius videbatur, in aliis locis periſtalticus. Tandem modum delineandi ad microſcopium ſolare et depingit et deſcribit.

p. 244. N. 5. I. F. VOIGTIUS *de oſſibus foetus per anum eiectis.* Femina grauida tertio menſe ſubito ſigna grauiditatis ſentire deſiit, eique perpetuo putridus humor e pudendis effluxit. Cum ſimul faeces anomala cum doloribus abdominis, teneſmo et alui ſtructione vexaretur, infuſa et decocta demulcentia tandem effecerunt, vt per anum varia oſſicula, hic ſimul delineata, eiiceret, ſenſimque ſanitatem recuperaret.

p. 335. Part. XXXIV. N. 2. BOENNEKENII Sen. *Obſeruatio de viro, qui, quamquam penem valde decurtatum habebat, tamen cum vxore infantem progenuit.* Huic, ob

ob vlcera venerea, maxima penis pars amputata erat, imprudenti vero medela vrethra sic coalescebat, vt aegre vrinam mittere posset. Noua tamen incisione et vrethra ampliata est, et ipse paulo post cum vxore infantem genuit.

N. 3. ASELMEYERI *curatio peculiaris vulneris capitis cum cranio depresso.* Aeger e tertio domus tabulato deciderat. Os frontis plane denudatum, ossaque bregmatis in sutura coronali depressa erant. Patella sinistra, radius et vlna dextri brachii diffracta erat, et aeger sine sensu iacebat. Duae venaesectiones et fomentationes aegrum excitabant, isque post nouem septimanas, non eleuatis tamen ossibus bregmatis, conualescebat. p. 342.

Part. XXXV. N. 3. BOENNEKENII Sen. *obseruatio de vtero clauso et magno ventriculo feminae, lapsu demortuae.* In dextro latere cranii ab osse bregmatis vsque ad basin fissura fuit, inter craniium et duram matrem sanguis extrauasatus, et in ventriculis cerebri serum cruentum inueniebatur. Processus odontoideus secundae vertebrae colli ex cauitate primae expulsus et post eam positus erat. Praeter haec ventriculus maximus conspiciebatur, qui ad finem versus pylorum magnum saccum formabat, qui in abdomine dependebat et ad quinque vel sex mensuras aquae recipere poterat. Os vteri incisuram quidem, non autem orificium habebat. Cum vterum a fundo vsque ad ceruicem dissecuisset, eius cauitatem bene formatam, adeoque ceruicis orificium internum apertum videbant, sed orificium externum tenera, densa et pellucida membrana plane occludebatur. p. 394.

Part. XXXVI. N. 2. GESNERI *disquisitio aquae medicatae.* Aqua fontis *Reichardsrothensis*, leuis, pura et diu incorrupta manens, lac admixtum non p. 481.

coagulat, nec efferuescit cum spiritu vel oleo vitrioli. Affusa oleo tartari per deliquium albescit et parum pulueris albi deponit, affuso argento, spiritu nitri soluto, coeruleſcit et pulueremm coeruleo griseum praecipitat, qui aurantii coloris est, si mercurius sublimatus solutus infunditur; albus, ab aceto lithargyrii. Cum alumine soluto lacteſcit, syrupum vero violarum viridem reddit. Euaporata, terram albam in fundo reliquit, superius albogryseam. Prior cum acido nitrioli et nitri efferuescens, syrupum violarum viridem reddit, et parum in aqua soluitur; altera, parum efferuescens, odorem vrinosum spargit, si oleum vitrioli admiscetur; si vero haec massa igni imponitur, statim nigreſcit; si ferro candenti imponitur, mox liqueſcit, albescit et priori plane similis redditur. Quadraginta vnciae huius aquae duris exhibent drachmas terrae et salis. Cum igitur contineat 1) terram alcalinam, 2) parum salis medii et 3) parum sulphuris: putandum est, huic inesse vim sanguinem diluendi, viscidum resoluendi ac euacuandi, obstructionesque viscerum tollendi et purgandi.

P. 498. N. 4. BORRICHII Sen. *Obseruatio de sublata melancholia, ope sanguinis asinini.* Femina, variolis laborans, simul in melancholiam incidit, cum motibus conuulsiuis, subsultu tendinum et vigiliis, quae, superatis etiam variolis, in dies augebatur. Tandem Cl. Auctor sanguinem asini cum aqua anagallidis paratum, (vti in Act. Acad. Nat. Cur. Vol. VIII. Append. p. 1 describitur) aegrae exhibuit, atque sic melancholia plane cessauit.

P. 536. N. 7. *Obseruatio de sanguine albo.* Cum quis magnam copiam cremoris lactis comediſſet, et paulo post se sanisaret, sanguinem instar cremoris lactis educebat, et supra sanguinem, quem statim venaesectione emiserat, verus cremor lactis natabat.

XV. He

XV.

Het XIX Claſſe van de Genera plantarum van de Heer CAR. LINNAEUS, Syngeneſia genaamt, opgeheldert en vermeerdert. Mitsgaders een berigt van een nieuw-botaniſch ſtuk, aangaande het leeren kennen der Planten kort na hunne Geboorte, of Uitſpruiting uyt hun Zaad, als meede de Beſchryving van een Zee-plant. Door DAVID MEESE Hovenier in de kruit-tuin te Franeker. Te Leeuwarden by H. A. de Chalmot 1761. 8 mai. plag. 10. tab. aen. 8.

i. e.

Claſſis XIX Generum plantarum LINNAEI Syngeneſia dicta, elucidata et aucta; a DAVID MEESE.

Syngeneſiae, ad quam LINNAEUS praecipue ſic dictos compoſitos retulit flores, multis quidem modis, et a ſe inuicem, et ab aliis plantarum claſſibus differunt, attamen difficulter determinantur et in genera ſpeciesque diuiduntur. Qua re commotus Noſter Auctor, omnia, quae Syngeneſias plantas concernunt, ſimul proponere, difficiliora explicare, dubia enodare, erronea corrigere, omniaque clariora reddere allaborauit. Et quo ſcopum eo certius attingat, omnia in tabulis pertractauit, ac hinc inde notas adpoſuit. Siſtit itaque 1) *characterem communem* Syngeneſiae plantae, 2) *eſſentialem*, ab antheris in cylindrum coalitis, perforatum ſtylo et ſemine vnico infra receptaculum floſculi poſito deſumtum; 3) *calicem communem* eiusque differentias,

ſimplicem et monophyllum, duplicatum, calyculatum ſuctum et imbricatum, 4) *receptaculum commune* et quoad formam, quatenus globoſum, planum, concauum, conuexum et conicum eſt, et quoad ſuperficiem, quae punctata, nuda, piloſa, ſetoſa, paleacea et referta dicitur; 5) *corollam compoſitam*, quatenus vel ex ligulatis, vel tubuloſis, vel vtrisque mixtis conſtat, 6) *corollam propriam*, cuius lingula eſt truncata, obtuſiſſima, et lanceolata; tubus vero vel tenuis, vel tenuis recuruus limbo inaequaliter diuiſo, vel infundibuliformis ore quinquedentato, vel infundibuliformis tenuiſſimus limbo erecto quinquefido, vel cylindricus vel clauatus, tandem floſculi ſunt corollis plane deſtituti, nudi; 7) *pappum ſimplicem*, plumoſum, ariſtatum, ſetaceum, piloſum, foliaceum, dentatum, marginatum et lanatum; 8) *ſpecies floſculorum florumque compoſitorum reſpectu ſexus*. Haec omnia bene et dilucide deſcripſit additisque iconibus illuſtrauit. Vbique autem LINNAEUM ſequutus fuit, et modo in ſubdiuiſione florum compoſitorum quaedam non tam mutauit, quam potius addidit. LINNAEUS enim, vt notum eſt, nouem conſtituit ſpecies, Noſter vero Auctor vndecim; et quas addidit, gaudent vel *floſculis tubuloſis hermaphroditis (maſculinis) in diſco, ligulatis femineis in radio*, vel *floſculis infundibuliformibus hermaphroditis (maſculinis) in diſco, tubuloſo cylindricis femineis in radio*. 9) et 10) *Ordines compoſitorum* cum monogamia quinque, ſine eadem quatuor retinuit; 11) *clauem ſpecierum florum compoſitorum* ab Auctore ipſo ac LINNAEO ſtabilitorum, dilucidatam dedit; 12) *Genera* ad quamlibet ſpeciem reducenda ſeorſim annotauit; 13) *Monogamiae genera* tradidit; et 14) *characteres generum inferiorum*, prout eosdem LINNAEUS in noua ſyſtematis editione dedit, nonnullis, quae RAIANUS deſcripſit, additis repetit. Non ſoluſſ autem

P. 28.

Linnaeanam ſyngeneſiae diſpoſitionem facili atque perſpicua methodo expoſuit, ac latino belgicoque ſermone tradidit Cl. Auctor, ſed in adpoſitis quoque notis, aſt belgico tantum ſermone conſcriptis, plurima, quae partim priora illuſtrant, partim contra LINNAEUM dicta ſunt, addidit.

Monet ita, LINNAEUM nouem, ſe ipſum autem vndicem ſpecies florum compoſitorum quidem conſtituiſſe, duas tamen alias addi poſſe, vnam ſcilicet, cuius corolla communis ex vno floſculo conſtat, vt *Stoebe;* alteram, quae nec lingulatos, nec tubuloſos, nec nudos, neque vllos alios floſculos in diſco gerit, hunc potius nudum et in radio lingulatos hermaphroditos oſtendit; exempli loco adduxit *Prenanthen quartam*, quam in exſiccato ſtatu examinatam, ita comparatam fuiſſe vidit, idemque forſan in nonnullis *Eupatorii* ſpeciebus nec non *Elephantopo* locum habere monuit; LINNAEUS in Edit. Gener. 1754 p. 344 floſculos lingulatos maſculos commemorauit, qui vero nunquam exiſtunt, et flores ab eodem hermaphroditos, partibus femineis imperfectis, dictos, Noſter Auctor hermaphroditos maſculos commode dici poſſe, aſſeruit. LINNAEUM etiam vnam quandoque ſpeciem ad duo genera retuliſſe variis exemplis Cl. Auctor docuit; *Artemiſiae* ſpeciem ad *Seriphium* amandauit LINNAEUS in Spec. et Syſt. Nat. duas vero hasce plantas vnam eandemque eſſe mirum Auctori videtur, et in Philoſ. Bot. p. 77. vbi *Artemiſia* citata et *Seriphium* diſtinguitur, *Echinopa; Corymbium*, et *Stoebe* quoque adducitur, cur autem in Spec. et Syſt. Nat. *Stoebe* et *Corymbium* longe a ſe inuicem remota, et *Corymbium* ad monogamias, *Stoebe* ad polygamias aequales relata fuerint, rationem inuenire non potuit. *Staehelina tenuifolia* et *Santolina crenata* LINN. Spec. et Syſt. Nat. eandem ſiſtunt plantam, et *Matricaria recutita* cum *Anthemide nobili* LINN. Spec. conuenit, eademque *Anthemis* no. 7 in ſyſtem. notata

p. 30.

p. 36.

p. 34.

p. 30.

p. 31.

p. 34.

notata est *Matricaria suaueolens* ibidem nominata, *Baccharis iuaefolia*, quae recte ad syngenesiam relata fuit, etiam in monoeciis *Iuae frutescentis* nomine adducitur. Monogamiae genera, vt *Iasione*, *Viola*, minus recte ad syngenesias referri, quatuor rationi-
p. 61. bus commotus, existimat Cl. Auctor; flores enim non ex floseulis sunt compositi, et si quoque eiusmodi simplices corollas flores compositos dicere velles, tunc vel nudae vel monopetalae esse debe-
rent, sed *Violae* cet. flos pentapetalus est; semina porro in syngenesiis sunt nuda, harum autem capsulis inclusa; et antherae tandem non perfecte coalitae, sed vt in *Violis* quibusdam, sibi modo proxime appositae. Egit etiam Cl. Auctor in fine huius tra-
p. 116. ctationis de floribus compositis plenis, variumque descripsit modum, quo plenitudo eorundem perficiatur, simulque somnum quasi et vigilias, radiatorum
p. 125. inprimis, confideravit. In radiatis plurimis pluuiosa temperie et vesperi lingulati floseuli eam adsumunt directionem, vt discum inuoluant, tegant, ac quasi comprehendant, alii, vt *Matricariae* species, *Anthemis*, *Othonna*, retrorsum pedunculum versus recurrantur, nonnulli spirae in modum conuoluuntur, alii matutino tantum tempore et sereno coelo aperiuntur, alii nec die nocteque, nec vnquam in directione mutantur. Quae res tanta visa fuit Cl. Auctori, vt forte ab eiusmodi statu florum notabili distinctiui characteres desumi posse, existimauerit. Immo in dubio florum statu, et dum radiati, lingulatique naturales pleni facti, propter eam, quam inter se ostendunt similitudinem, difficilius distinguuntur, ad hanc
p. 123. mutabilem conditionem attendendum esse, bene monuit; naturales enim lingulati aperiuntur clauduntur-que saepius, lingulati autem, ex radiatis plenitudine facti, nunquam clauduntur, postquam prima vice
p. 119. aperti fuerunt; qui vero lingulati naturales pleni fiunt,

## XVII.

## Noua phyſico-medica.

Membra Academiae Scientiarum, Elegantiorum Litterarum et Artium Lugdunenſis *).

Pro-

*) Cum notitia exterarum ſocietatum atque academiarum plurimis eruditis, niſi plane nulla, ſaltim manca eſſe ſoleat, eaque apud nos perdifficulter ſit accipienda: gratiam apud lectores nos inituros eſſe ſperamus, primaria huius Academiae ſi hic ſubiungamus momenta hiſtorica.

Studio atque amore ſcientiarum elegantiorumque litterarum ducti plures ciues Lugdunenſes anno iam milleſimo ſeptingenteſimo ſponte in ſocietatem coierant, eo quidem conſilio, vt vnitis laboribus vtrasque augerent amplificarentque. Haec ſocietas iam tum *Academiae ſcientiarum* atque *litterarum elegantiorum* nomen ſibi ſumſerat, licet ea, anno demum 1724 edicto regio probata et recenti iterum edicto, 1752 accepto, confirmata fuiſſet.

Hoc exemplum poſtea et alios excitabat, qui magis artibus fauebant et ſimili inſtitutae eas quoque excolere ſuſcipiebant. Quem in finem, ſub eiusdem, anno 1724 promulgati, edicti regii data libertate, ſocietatem quandam conſtituebant ſub nomine *Academiae artium liberalium*, quam denique edicto quodam anno 1750 publicato Rex confirmauit, nomenque ipſi dedit *Societatis regiae artium*.

Vtrumque vero inſtitutum, quum poſtea ſocii intelligerent, inſignem inter ſe habere affinitatem, et praeuiderent, ſcientias et artes, ſi coniungerentur, maximo ſibi inuicem vſui fore, a Rege petierunt, permitteret, vtramque ſocietatem in vnicam combinari et exinde vnicum modo conſtitui corpus. Nec deſtitit Rex illorum precibus, ſed combinationi huic, per edictum anno 1758 promulgatum, aſſenſus et ortae inde ſocietati nomen *Academiae ſcientiarum, elegantiorum litterarum et artium Lugdunenſis* largitus eſt.

Con-

Protecteur

M. le Duc de VILLEROY, Gouverneur de la Province.

Aca-

Conſtat itaque nunc haec Academia ex quadraginta ſociis ordinariis (*Academiciens ordinaires*) et ex numero ſociorum exterorum (*Academiciens aſſocies*) inconſtanti et arbitrario. Inter ordinarios nullus eſſe poteſt, quin ſemper commoretur Lugduni; ſi quis autem eorum Lugdunum relinquens alibi ſedem figit, ex ordinariorum numero expungitur relatus inter exteros socios. Vt ordinarius ſocius veteranis (*Academiciens veterans*) poſſit annumerari, requiritur, vt per quindecim annos laboribus ſuis vtilis fuerit Academiae. Qualibet hebdomade bis conueniunt ſocii, die nimirum et martis et iouis: quolibet vero anno tres habent conuentus publicos: primum die martis ſecundo poſt dominicam Quaſimodogeniti; ſecundum die martis primo poſt feſtum S. Ludouici; et tertium die martis primo menſis decembris. Labores ſunt diuiſi in duas claſſes, ad quarum primam matheſis, phyſica et eae artes pertinent, quae arctiſſimo vinculo cum his ſcientiis ſunt connexae. Huic itaque claſſi deſtinati ſunt viginti ſocii: bini nimirum geometriae, aſtronomiae, mechanicae, reliquis matheſeos partibus, anatomiae, botanicae, chemiae, et reliquis partibus phyſices; quatuor reliquis ex hac claſſe traditae ſunt artes: agricultura nempe, ars nauigandi, architectura et artes opificum etc. Ex altera claſſe ſedecim ſocii incumbunt in metaphyſicam, ethicam, iurisprudentiam, politicam, hiſtoriam, rem antiquariam, linguas, poeſin, eloquentiam, rem criticam et alias huius litterarum generis doctrinas; quatuor reliqui ſocii iis praefiti ſunt artibus, quae propias hoc litterarum genus attingunt, arti ſcilicet pictoriae, ſculpturiae, muſicae, mercaturae etc.

Quotannis Academia thema aliquod, vel ex matheſi, vel phyſicis, vel artibus depromptum, exteris eruditis proponere ſolet diſquirendum atque pertractandum; et ea tractatio, quae poſtea ab Academia cenſetur optima, praemio condecoratur, quod eſt nummisma trecentarum librarum gallicarum (300 *livres*). Hoc praemium fundatum et Academiae teſtamento legatum

Academiciens Ordinaires,
*Mathematiques, Phyſique et Arts qui ſont relatifs a ces Sciences.*

Annus receptionis

1736. M. BOULLIOUD MERMET, de la Société Royale des Sciences et Belles Lettres de Nancy Secretaire perpetuel.

1736. M. DELORME.

1736. M. l'Abbé DUGAIBY.

1738. M. l'Abbe de VALERNOD, Chanoine d'Ainai.

1740. M. BERAUD, Corresp. de l'Acad. Royale des Sciences et Aſſocié à celle de Villefranche.

1742. M. COLLOMB. Maitre Chirurgien Gradué, Lieutenant du premier Chirurgien du Roi.

1745. M. NOYEL de BELLE-ROCHE, grand Bailli d'Epée du Beaujolois, de l'Academie de Villefranche, Secretaire perpetuel de la Société d'Agriculture de Lyon.

1750. M. GRASSOT, Docteur en Médecine, Chirurgien Iuré, de l'Académie Royale de Chirurgie de Paris.

1751. M. PESTALOZZI, Docteur Médecin en l'Univerſité de Montpellier, agrégé au Collège de Lyon, de la Société Royale des Sciences de Montpellier.

1751. M. de BLUMENSTEIN.

1754.

tum fuit a b. IOANNE PETRO CHRISTIN, ſocietatis huius, dum viueret, a ſecretis, anno huius ſeculi quinquageſimo quarto defuncto. Omnibus eruditis de hoc praemio certare licitum eſt, praeter ſocios ordinarios, quibus cenſura tantummodo et iudicium commiſſum eſt, quod de acceptis thematis propoſiti commentariis ferre ſolent in publico, qui poſt diem S. Ludouici celebratur, conuentu.

1754. M. de la TOURETTE, Conſeiller à la Cour des Monnoies, de la Société Royale de Nancy, Secretaire de la Société de Agriculture de Lyon, pour la Correſpondance étrangere.

1754. M. DUMAS.

1755. M. RAST de MAUPAS, fils, Docteur médecin de l'Univerſité de Montpellier, agrégé au College de Lyon, Honoraire de la Societé d'Agriculture de Lyon, et Médecin de l'Hopital General de la Charité.

1755. M. POUTEAU, fils, Docteur en Médécine, de l'Academie Royale de Chirurgie et de celle de Rouen.

1759. M. POIVRE, Correſpondant de l'Academie Royale des Sciences, de la Société de Metz.

1761. M. LOYER, Architecte.

1761. M. de FLEURIEU, Officier de la Marine.

1762. M. ROUX, Secretaire du Roi.

1762. M. LALLIE, Ingenieur en chef de la Generalité de Lyon.

1762. M. GAVINET, Chymiſte.

*Belles Lettres et Arts qui en dependent.*

1716. M. de la TOURETTE de FLEURIEU, Preſident honoraire à la Cour des Monnoies, ancien Prevôt des Marchands, Doyen de l'Academie, Secretaire perpétuel, et Aſſocié à l'Academie Royale d'Angres.

1738. M. l'Abbé LACROIX, Obéancier de S. Iuſt. Vicaire Général, de l'Académie de Rouen.

1738. M. CLAPASSON.

1739. M. de VILLE, ancien Ingénieur en chef, Lieutenant ordinaire de la Vénerie du Roi, Chev. de l'Ordre de Chriſt, de l'Acad. Royale d'Angers.

1745. M. BORDES, de l'Academie des Arcades de Rome et de la Société Royale de Nancy.

1746.

1746. M. GOY, Avocat.

1748. M. l'Abbé PERNETTI, Chevalier de l'Egliſe de Lyon de l'Academie de Villefranche.

1749. M. l'Abbé GREPPO, Chanoine de Saint Paul.

1751. M. de BORY, Chevalier de l'Ordre de S. Louis et de celui de S. Lazare, Commandant du Château de Pierre-Scize.

1752. M. l'Abbé de PUSIGNIEUX.

1752. M. PERRACHE, Sculpteur de l'Ecole de Rome, ancien de l'Acad. Imperiale de Florence.

1753. M. TOLOSAN, Avocat genéral a la Cour des Monnoies.

1754. M. NONNOTE, Peintre du Roi, de l'Academie Royale de Peinture et Sculpture et Peintre de la Ville.

1755. M. du GAS de QUINSONAS.

1755. M. de SOZZI, Avocat au Parlement, de l'Acad. de Villefranche et de la Société Royale de Nancy.

1756. M. TERRASSON de BAROLLIERE.

1759. M. BERTHELON de BROSSE, Conſeiller à la Cour des Monnoies.

1760. M. GENEVE, l'aîné, Exconſul, premier Syndic du Commerce.

1760. M. l'Abbé MILLOT, Vicaire générale.

M. . . . . .

Academiciens Veterans.

M. CHEINET, de l'Academie de Villefranche, *à Lyon.*

M. de REGNAULD, Doyen des Conſeillers de la Cour des Monnoies, *à Lyon.*

M. l'Abbé de BARCOS, *à Paris.*

M. DEBILLY, *à Paris.*

M. MICHON, *à Paris.*
M. l'Abbé de BUSSY, *à Mâcon.*
M. de MONTDORGE, Maître de la Chambre aux Den. *à Paris.*
M. de la VALETTE, Chevalier d' honneur à la Cour des Monn, *à Lyon.*
M. BLANCHET de PRAVIEUX, *à Lyon.*
M. de REGNAUD de PARCIEU, *à Lyon.*
M. MATHON de la Cour, *à Lyon.*
M. GARNIER, Médecin du Roi, *à Paris.*
M. OLIVIER, pere, Doct. en Médecine agr. au College de Lyon, Corr. au Colleg. des Méd. de Nancy, Medecin ordinaire de S. M. le Roi de Pologne, Duc de Lorraine et Bar, *à Lyon.*
M. de GLATIGNY, Conseiller au Parlement de Paris, *à Paris.*
M. BERTIN, Ministre d'Etat, Controleur Général des Finances, *à Paris.*
M. THOME, *à Lyon.*

Academiciens Associés.

M. PERRICHON, Conseiller d'Etat, ancien Prévot des Marchands *à Lyon.*
M. QUESNAY, de l'Academie des Sciences, Médecin Consultant du Roi, *en Cour.*
M. MÉNARD, Conseiller au Présidial de Nismes, de l'Academie Royale des Inscriptions et Belles Lettres, *à Paris.*
Le P. MORAND, *à Avignon.*
M. MOEGLING, Docteur et Professeur en Médecine, de l'Institut de Bologne, *à Tubinge.*
M. GROLLIER de SERVIERES, Chevalier de Malthe, Marechal de Camp, *à Paris.*
Le P. IACQUIER, Minime, *à Rome.*
Le P. le SEUR, Minime, *à Rome.*
M. VAUCANSON, de l'Académie Royale des Sciences, *à Paris.*

M. BUR-

M. BURDIN, Receveur général des Fermes du Roi, *à Tours.*

M. BOLLIOUD, Chanoine Régulier, Commandeur de la Maiſon de S. Antoine de Rouen, *à Rouen.*

M. HUGON, Me. Chirurgien, *à Arles.*

M. de VOLTAIRE, Gentilhomme ordinaire du Roi, de l'Academie Françoiſe, de celles de Londres, de la Cruſca, de Bologna et de Petersbourg.

M. HELLOT, de l'Académie Royale des Sciences, et de la Société Royale des Londres, *à Paris.*

M. CAUMONT, Médecin ordinaire du Roi, *à Paris.*

M. HEVIN, Secretaire de l'Académie Royale de Chirurgie, Profeſſeur et Demonſtrateur Royal, premier Chirurgien de Madame la Dauphine, *en Cour.*

M. l'Abbé de GUA de MALVES, de l'Acad. Royale des Sciences, Lecteur Royal en Philoſophie, *à Paris.*

M. de la CHAPELLE, *à Paris.*

M. l'Abbé STAY, *à Rome.*

M. de THESUT, *à Dyon.*

M. DEMOREY, Ingénieur du Roi, *à Châlons-ſur-Saône.*

Le P. PEZENAS, Hydrographe du Roi, *à Marſeille.*

M. MORAND, fils, Docteur Régent de la Faculté de Médecine de Paris, de l'Academie des Sciences, *à Paris.*

M. de la FOND de SAINT-YENNE, *à Paris.*

M. TITON du TILLET, *à Paris.*

M. l'Abbé de MABLY, *à Paris.*

M. de GARNERANS, premier Préſident au Parlement et Intendant de Dombes, *à Trevoux.*

M. MALLET, de l'Académie de Copenhague, Profeſſeur en Eloquence et en Langue Françoiſe, *à Copenhague.*

M. l'Abbé BULLET, Profeſſeur de Théologie en l'Univerſité et de l'Académie de Beſançon, *à Beſançon.*

M. le Marquis de MAUGIRON, Brigad. des Arm. du Roi, *à Paris.*

M. SAVERIEN, Ingenieur de la Marine, *à Paris.*

M. LALABERT, Profeſſeur de Mathematiques, *à Geneve.*

Le P. FERY, Minime, Profeſſeur de Mathematiques, *à Dole.*

M. LOUIS, Secretaire de l'Académie Royale de Chirurgie, *à Paris.*

M. GOULARD, de l'Académie de Montpellier, *à Montpellier.*

M. POZZI, de l'Inſtitut de Bologne, *à Bologne.*

M. du BESSI, Subdélégué de M. Intendant, *à S. Etienne.*

M. IOANNON de ST. LAURENT, de l'Academie Florentine, *à Florence.*

M. l'Abbé BOSSUT, Profeſſeur Royal de Mathem. *à Mezieres.*

M. TRIBOUDET de MAINBRAY, Docteur en Droit Civil et Canon. Demonſtrateur de Phyſique Experimentale, *à Dublin.*

M. MARTEAU, Docteur, Regent de la Faculté de Medecine, *à Paris.*

M. de la CONDAMINE, Chevalier de S. Lazare, de l'Académie Françoiſe, de l'Académie Royale des Sciences et de celle de Londres, *à Paris.*

M. MANSON, Commiſſ. d'Artill. Maior de l'Ecole, *à Grenoble.*

M. de GENDRIER, Inſpecteur général des Ponts et Chauſſées de France, *à Paris.*

M. le FRANÇOIS de la LANDE, des Académies des Sciences de Paris et de Berlin, *à Paris.*

M. PI-

M. PITOT, Chevalier de l'Ordre de St. Michel, Penſionnaire veteran de l'Academie des Sciences de Paris, de celles de Montpellier et de Londres, *à Montpellier.*

M. FLACHAT, Négotiant de Conſtantinople, Directeur des Manufactures Royales de St. Chaumond, *à Lyon.*

Mad. du ROCAYE, de l'Académie des Arcades de Rome, *à Rouen.*

M. ELIE BERTRAND, des Academies de Berlin, Gottingue, Leipſic et Mayence, *à Berne.*

M. BASSET de la MARELLE, premier Avocat général au Parlement de Dombes, *à Trévoux.*

M. le Duc de NOYA CARAFA, *à Naples.*

M. DREUX du RADIER, *à Paris.*

M. le CAT, Secretaire perpétuel de l'Académie de Rouen, Aſſocié a celle de Chirurgie de Paris, Membre de celle de Londres, Madrid et Berlin, *à Rouen.*

M. l'Abbé VAET CURE de St. MARTIN de Mivier, des Académies de Rouen et de Caen, *à Rouen.*

M. le Comte de TRESSAN, Lieutenant Général des Armées du Roi, de la Société Royale de Nancy, *à Nancy.*

M. le Chevalier de SOLIGNAC, Secretaire des Comm. du Roi Stanislas, Secretaire perpetuel de la Soc. Roy. de Nancy, *à Nancy.*

M. GOESLARD de MONTSABERT, Conſ. au Parlement de Paris, de l'Académie Royale d'Angers, *à Angers.*

M. l'Abbé ROUSTILLE, Grand Chantre de la Cathédrale d'Angers, de l'Académie Royale de la même Ville, *à Angers.*

M. de BROSSES, Preſident au Parlement de Dijon,

Aſſocié à l'Académie Royale des Inſcriptions et Belles Lettres, *à Dijon.*

M. l'Abbé LAUGIER, des Acad. de Marſeille, et d'Angres, *à Paris.*

M. D'AUBENTON, Maire de Montbar, Subdélégué de Intend. de Dijon, *à Montbar.*

M. PERRONET, de l'Acad. Roy. d'Architecture de Paris, Inſpecteur général des Ponts et Chauſſées et des Salines de France, *a Paris.*

M. D'AMBOURNAY, de l'Académie de Rouen, *à Rouen.*

M. SCHMIDT, Correſpondant de l'Acad. Roy. des Inſcriptions et Belles Lettres, Membre de celles de Cortonne, Luque, Goettingue, Munich, de la Société des Antiquaires de Londres, des Phyſiciens de Bâle et de celle d'Agriculture de Berne, *à Berne.*

Le P. FOURCAULT, Religieux de l'Ordre des Minimes, *à Lyon.*

M. l'Abbé THIOLLIÈRE, *à St. Etienne en Forez.*

M. D'AUMONT, Docteur en Médecine de la Faculte de Montpellier, et Profeſſeur Royal en l'Univerſité de Valence, *à Valence en Dauphine.*

Ab eadem, cuius membra iam enarrauimus, *Lugdunenſi* Scientiarum Academia nuperrime noua propoſita fuit quaeſtio, ad annum 1765 pertinens. Quum enim coria, cum ad armorum, tum ad alios vſus neceſſaria, non aeque in Gallia, ac in aliis exteris regnis, perfici obſeruatum ſit, optat Ill. Academia, vt inueniatur auxilium, quo coria denſiora adeoque dura reddi poſſint, vt nec glandes plumbeae e ſclopetis minoribus exploſae, neque acutiſſimum ferrum, ea penetrare queant. (*Trouver le moyen de durcir le cuir, et de lui donner une ſorte de trempe qui le rende impénétrable aux bales de mouſquet et au*

*et aux atteintes du fer le plus tranchant et le plus affilé).* Ante primum diem aprilis iam dicti anni 1765 commentarios expectat Academia, reliquis iam satis cognitis conditionibus obseruatis.

De respirationis modo causisque proximis doctrina, quo grauior inuestigatuque difficilior semper habita, eo maiori quoque studio a medicis huc vsque inquisita, nuperque demum ab Ill. in primis HALLERO valde diligenter penitusque fere explicata fuit. ROTHOMAGENSIS tamen scientiarum artiumque Academia eam haud indignam iudicauit, quam in praemii anno 1764 consequendi spem eruditis proponeret. Illius itaque *mechanismum atque vsus* (*le méchanisme et les usages de la respiration*), non in genere tantum cupit expositos, sed sequentium quaestionum enodationem vna postulat: *Num tostae nimirum in inspiratione aeque ac exspiratione, propius ad se inuicem accedant, vel a se recedant? sanguis, num densior, an rarior, fiat ab aere inspirato? Num aer iste sanguinem ingrediatur, nec ne? Vnde rubicundus, quem sanguis tum temporis acquirit, color oriatur? Num ille copia maiore motuque liberiore aut rapidiore moueatur inspirationis, an exspirationis, tempore? Num denique duobus hisce interuallis aliqua mutatio fiat in quantitate motuque vasorum maiorum ad cordis auriculas abeuntium aut ex corde egredientium, et talis, si qua detur, quanam in re consistat?* Ante mensis iunii initium huius anni 1764 ad perpetuum Academiae secretarium, Cl. LE CAT mitti debent commentatii super hac materie conscripti.

Aliam quoque *eadem* Ill. Academia obtulit quaestionem, cuius optimae solutioni praemium propter sumtus ideo faciendos duplicatum, ducentorum scilicet thalerorum gallicorum, promittit, anno 1766 sol-

ſolvendum: quaenam in Normannia nimirum dentur fodinae, cum metallorum, tum ſemimetallorum, ſalium atque bituminum? et quaenam ex illis effodiendis capi poſſint emolumenta? (*Quelles ſont les mines de Normandie, tant metalliques que demimetalliques, ſalines et bitumineuſes, et les avantages qu'on pourroit tirer de leur exploitation?*)

Duplicatum porro praemium, argumento de emendandis diuerſis aegrorum generibus olim praefixum *), duobus viris illud optime merentibus viſis, ſuperiore anno decreuit eadem Academia *Rothomagenſis*, vnum Cl. BARBERET, primo exercituum medico, nunc Burgi Breſſiae conſtituto, alterum Cl. CARO, ſacrorum antiſtiti prope Meldas. Alius autem ſuper hac materie traditi commentarii, etiam bene exarati, Auctorem, Cl. SACHE, prope Cenomanum Canonicum, eo honore iudicauit dignum, vt illius epitomen prioribus diſſertationibus adiungendam curaret.

Regia *Pariſienſis* Chirurgiae Academia ad ſolitum praemium anno 1765. obtinendum ſequens propoſuit argumentum: veram ſcilicet illorum tumorum determinare notionem, qui gangliorum nomine cogniti ſunt, eorum differentias atque remedia indicare, quae in ſingulis eorum generibus et ratione ſingulae, quam occupant, partis prae aliis ferre poteſt ars chirurgica. *De déterminer le caractere eſſentiel des tumeurs connus, ſous le nom de Loupes, d'expoſer leurs differences et quels ſont les moyens, que la Chirurgie doit employer de préference dans chaque eſpece et relativement à la partie qu'elles occupent.*

Prae-

*) Commentar. n. Vol. X. P. II. p. 367.

Praemium ab Academia *Lovaniensi* super optima arthritidis expositione olim oblatum *) superiore anno adiudicatum fuisse legimus Viro Cl. IOANNI PHILIPPO LIMBOURG, Med. D. et Medico Spadano in Episcopatu Leodiensi, qui iam ante plures annos tractatu, de aquis mineralibus Spadanis edito, inter eruditos cum laude innotuit **). Dissertationem de arthritide nunc ab ipso conscriptam typis iam esse expressam percipimus, cuius summam, simul ac ad nos illa peruenerit, lectoribus nostris exponemus.

Quem supra propter tentamina, ad sexum plantarum declarandum ab ipso facta, laudandi habuimus occasionem ***), Cl. IOSEPHUS THEOPHILUS KOELREUTER, Med. D. Botanices et Historiae Naturalis olim Professor Petropolitanus, a Sereniſſimo Wurtembergiae Duce deinde Professoris Historiae naturalis titulo atque honore exornatus, *Caluae* in Wurtembergico ducatu degens in plantarum obseruationibus huc vsque strenue elaborauit, nunc vero a Sereniſſ. Marchione Badensi Consiliarius et Historiae naturalis Professor denominatus in oppidum istud ab egregio horto botanico valde celebre prope Durlacum, *Carlsruhe* dictum, secessit, vt non restaurando solum illi horto, per belli iniurias hactenus neglecto, sed botanicae quoque vlterius excolendae, operam dare pergat.

Pate-

*) ibid. Vol. X. P. III. p. 554.

**) ibid. Vol. III. P. II. p. 292. Ab extero quodam magnae famae diario in eum seducti fuimus errorem, quo hanc relationem cum lectoribus nostris iam tum communicantes, verum Cl. Auctoris nomen omitteremus, v. Comment. n. Vol. X. P. IV. p. 719.

***) ibid. Vol. X. P. III. p. 469.

*Patauii* in locum b. IOSEPHI ANTONII FUSATI anno iam 1762 Medicinae Practicae Professorem Publicum Primarium surrogatum esse legimus Ill. Comitem IACOBUM SCOLO, Med. D. ibidemque huc vsque Professorem Publ.

*Petropoli* relatum habemus, quod Augustissima Imperatrix, CATHARINA huius nominis secunda, Virum Perillustrem, GEORGIUM L. B. DE ASCH, Med. D. qui in vltimo, contra Borussos gesto, bello supremi Russicorum exercituum medici munere functus fuerat, in eodem quoque nunc confirmauerit, annuo mille vncialium thalerorum stipendio eum simul cohonestans, quae Imperatricis gratia eo magis ab ipso aestimari debet, quo rarius euenire solet, vt tale munus, restituta pace, persistat. Neque fere esse putamus, cur in memoriam reuocemus lectoribus nostris, eundem esse virum Cl. qui anno huius seculi quinquagesimo doctissimam illam dissertationem *de primo pare neruorum medullae spinalis* Gottingae defenderat, Doctoris medici honores inde consecutus. Patrem eius, FRIDERICUM, felicem sex filiorum patrem, Consiliarium status, qui dici solet, atque summum cursuum publicorum in imperio Russico directorem, Liberi Baronis honoribus cum tota *ipsius* gente superiore anno exornauit Imperatrix.

Alio insuper exemplo, quanti doctorum virorum merita faciat Augustissima Russorum Imperatrix, nuperrime testata fuit, quum Virum Cl. ANTONIUM RIBERIUM SANCHES Med. D. qui olim ipsi a sanitatis tuendae consiliis fuerat, nunc autem ex anno seculi quadragesimo septimo Parisiis degit, membri honorarii Academiae scientiarum Petropolitanae honores solitumque praemium annuum, ex illo

illo tempore illi denegatum, non ſolum confirmarit, ſed et annuum mille thalerorum vngialium ſtipendium addere haud dedignata ſit.

*Vienna Auſtriae* porro ſimilem accepimus relationem, quod nimirum Auguſtiſſimus Romanorum Imperator, FRANCISCUS, cum Auguſtiſſima coniuge, MARIA THERESIA, quippe quae ſexus ſui verum decus non ſolum propter ſummam, qua eminet, imperii dignitatem, ſed propter virtutum etiam, quibus conſpicua eſt, excellentiam, appellari debet, archiatrorum ſuorum Comitem, quem tantum nominaſſe loco omnium laudum ſufficit, GERARDUM VAN SWIETEN, ſingulari affecerint honore, iubentes, vt in publicum meritorum ipſius atque honorum documentum, imago ipſius in academico, quo medicae lectiones habentur, auditorio erigeretur, ſequenti addita inſcriptione:

FRANCISCUS I *et* MARIA THERESIA,
*Augg. hanc effigiem*
GERARDI L. B. VAN SWIETEN
*ob ſtudium medicum ab ipſo*
*feliciter emendatum*
*in Auditorio huius facultatis publico*
*appendi iuſſerunt*
*die XXX Decembr.* 1763.

Neque poſſumus, quin denique propter rei affinitatem, commemoremus, ſereniſſimum Principem Electorem Palatinum CAROLUM THEODORUM, celebrem illum hiſtoriae naturalis cultorem Ratisbonenſem, IACOBUM CHRISTIANUM SCHAEFFER, propter ſtrenuos ipſius labores atque indefeſſa circa hiſtoriae naturalis ſtudium merita, inſigni illa numiſmatum collectione donaſſe, quae iconum

iconum ſeriem omnium Principum Electorum Palatinorum exhibent.

Quem admodum autem meritis virorum doctorum, qui adhuc viuunt, ſua pretia ſolere ſtatui laetamur, ſic et eorum, qui vita defuncti ſunt, non iacturam ſolum dolemus, ſed eorumque etiam conſeruare memoriam fas eſſe arbitramur:

Ex his, quem, licet noſtris limitibus maiorem ſuperque illos elatum viſum, ad noſtros tamen ſuo modo referri debere exiſtimauerimus, nominare licet GEORGIUM Comitem DE MACCLESFIELD, Regiae Scientiarum Societatis Londinenſis Praeſidem, aliisque muneribus ac dignitatibus, ſuoque in primis in litteras amore earumque ampliſicandarum ſtudio conſpicuum atque illuſtrem factum, qui ſenio confectus, nuperrime, hoc ſcilicet anno 1764 die duodecimo martii viuere deſiit *Londini*. Inter alia, quibus bene de patria meruit, illud quoque referri debet, quod multis remotis impedimentis, multisque per triginta annos adhibitis laboribus, tandem id obtinuit, vt faſti noui ſtili, prout dici ſolent, in Angliae prouinciis reciperentur.

Notitia de obitu CAROLI ALSTONII *Med.* D. Materiae Medicae, Botanices et Medicinae Profeſſoris in Academia Edinburgenſi, Societatis Philoſophiae et Collegii Regii Medicorum, vtriusque Edinburgenſis, Socii, Viri integerrimi, paulo quidem ſerius ad nos peruenit, illam tamen, qualem ab amico Edinburgenſi accepimus, nunc illico lectoribus noſtris tradimus:

Qui nouas diſciplinas inſtituunt, quibus ſcientia latius per orbem promouetur artesque generi humano vtiles magnopere excoluntur, hi optimo iure merentur, vt ſui ſuorumque inceptorum memoria

ad

ad posteros tradatur, eoque magis, si superstites ob vitae integritatem bonorum omnium fauorem sibi conciliauerint. Vtraque de causa hoc sibi iustissime vindicat CAROLUS ALSTON, quippe qui anno 1716 praefectus horto regio et Botanices Professor constitutus, Leidam petiit, vt eximii BOERHAAVII praelectiones audiret et plantarum demonstrationes videret, et anno 1720 Botanicen systematicam Edinburgi docere et primus praelectiones de materia medica habere incepit. Tunc temporis nulla alia medicinae pars Edinburgi instituta fuit praeter anatomiam a Viro Celeberrimo, ALEXANDRO MONRO, qui eodem anno, quo Noster, praelectiones et demonstrationes coeperat. Ab his igitur orta est Schola Medica Edinburgensis, quorum tanta fuit verecundia, vt, nisi pater ALEXANDRI studio maxime laudando eos perpulisset ad praelectiones primas publicas, schola medica eo tempore vix instituta fuisset. CAROLUS ALSTON vtramque partem, botanicam et materiam medicam, docendo ad diem vsque 22 nouembris anni 1760, quo obiit, assidue occupatus erat. Annos circiter viginti ante obitum a Magistratibus Edinburgensibus Botanices Professor Ciuicus constitutus et horto vrbano praepositus fuit in locum demortui GEORGII PRESTON, Professoris Ciuici. Praeter dissertationes infra narrandas, quas ediderat, dissertationis de calce viua et aqua calcis quartam partem, nec non nouum de opio tractatum in promtu, vt ad prelum mitteretur, habuit. Praelectionibus quoque de materia medica breui ante obitum vltimas admouerat manus, in quibus multa accurate obseruata, multa iusta ratiocinia et plurima iudicia grauia de auctoribus, qui de medicamentis scripserunt; ex quibus quoque apparet, per latum Britanniae regnum nihil magis ad insignem in methodo praescribendi cultum contulisse, quam celeberrimi huius

viri

viri praelectiones. Haec et cetera omnia manuſcripta cum muſeo rerum naturalium iam ſunt penes ſucceſſorem eius, IOANNEM HOPE. Operum CAROLI ALSTON in actis medicis Edinburgenſibus mueniuntur ſequentia: *Powder of Tin an anthelmintic medicine: a Diſſertation on Opium: Extravaſated blood in the Pericardium;* porro in *Eſſays Phyſical et Literary, a diſſertation on the ſexes of plants* *). Seorſum edita fuerunt ſequentia: *Index plantarum praecipue officinalium, quae in horto medico Edinburgenſi a* CAROLO ALSTON *ſtudioſis demonſtrantur. Edinburgi* 1740: *Index medicamentorum ſimplicium triplex. Edinburgi* 1752: *Tirocinium Botanicum Edinburgenſe conſcriptum a* CAROLO ALSTON. *Edinburgi* 1753 **): *A Diſſertation on Quicklime and Limewater, Edinburgh. A ſecond Diſſertation on Quicklime and Limewater. Edinb.* 1755: *A third diſſertation on Quicklime and Limewater, Edinb.* 1757 ***).

Ex praegreſſis iam apparet, in locum h. ALSTON ſurrogatum eſſe Virum Cl. IOANNEM HOPE, Med. D. et Prof. a quo, ſi doctiſſime ipſius labores id permittant, poſthuma beati ipſius amici opera editum iri ſperamus.

Facere tandem non poſſumus, quin paucis commemoremus, ſupremam Curiam *Pariſienſem* (*Parlement*) de variolarum inſitione, vlteriis ſuſcipienda prorſus interdixiſſe, donec eam denuo permiſerit. Ex

*) Comment. noſtr. Vol. V. P. I. p. 58.

**) ibid. Vol. V. P. IV. p. 701.

***) Quantum quidem nobis conſtat, tractatum de calce et aqua calcis viuae anno 1753 prima vice editum fuiſſe, alteram tertiamque vero ſupra enarratam diſſertationem, totidem ſaltem prioris eſſe editiones, quibusdam tantum mutationibus aut emendationibus hinc inde interſperſis.

Ex tabulis publicis ideo ab ea editis intelligimus, a multis eiusdem contra eos, qui in Gallia hucusque hanc methodum exercere coeperunt, non nullas querelas motas, istamque valde suspectam reddidam fuisse. Vt igitur in re tam ardua rite procederet suprema illa curia, et Theologorum et Medicorum ordini, iti mandatis dedit, vt suum de hoc modo morbum istum dirum vel instigandi vel forte amplius augendi, ferant iudicium, ita tamen, vt Medici primo tradant suum, eoque cum Theologis communicato, his demum expectetur alterum. Facultas igitur medica paulo post duodecim elegit ex sociis, qui in graue hoc argumentum inquirentes ad ipsam referant, quid arbitrentur. Num et sub quibus conditionibus illa forte methodus conducat, nec ne? Interim in praesenti neque de iudicio medicorum, neque de nova a suprema curia promulgata sententia aliquid percepimus: in relationibus tamen publicis ante breue tempus legimus, in conuentu ideo a medicis habito de hac re nihil fuisse constitutum, quum eorum sex ab vna parte, reliqui vero sex ab altera steterint, ideoque diiudicationem id aliud demum tempus dilatam fuisse.

Memoria IOANNIS HIERONYMI KNIEHOFII, Pathologiae et Praxeos P. P. O. in Academia Erfordiensi, Ordinis Medici Senioris et Adsessoris primarii, Acad. Nat. Curios. Adiuncti et Bibliothecarii.

Qui literarum studiis vitam dicare constituunt, ii propemodum omnes leuissimo momento impelluntur, vt animum ita inducant, cum et aetatis puerilis inconstantia ac temeritas a certo proposito aliena sit, nec ignoratio rerum humanarum de-

liberationum admittat. Contra ea paternum forte exemplum, quotidie oculis obuersans, mentes incendit; vana opinio eruditionis, cuius ne naturam quidem norunt, et quam vel sermonibus hominum, vel multitudine librorum, vel singulari vestitu metiuntur, irritat voluntatem; etiam spes quaedam hereditatis, doctrinae primo specimini ab imperito amico propositae, facile allicit. Accedit et contumacia parentum, vna libidine liberos dicendium literis, quorum scilicet praeclarum ingenium se deprehendisse iudicant, cum ipsi vix satis callidum opificium. Nonnunquam fortuitus euentus vel augendis vel minuendis vitae commodis animum ad literas inclinat. Quod denique nonnulli interiori quadam voce se velut admonitos dicunt, id admodum fallax est, et haud dubie ab externa causa ortum. Sed omnes has leuissimas causas ita regit Deus, vt in ipsa literarum tractatione, verior amor incendatur, certusque consilium capiatur, denique leuiter olim impulsus animus grauissimis causis adductus videatur. Et KNIPHOFIUS habuit quasi fortuita literarum initia, a quibus tamen acerrimo studio ad felicissimum finem progressus est, vt suscepta voluntatis doctrinae tractandae eum poenitere non deberet.

Patricia gens KNIPHOFIORUM, iam sexto decimo seculo Hildesii nobilis, ab eodem tempore splendore coepit inclarescere, in qua vrbe to. MELCHIOR KNIPHOFIUS, Medicinae Practicus Experientissimus, hunc nostrum et CATHARINAM CHRISTINAM BRUCKNERIAM a. 1704. d. 24 Febr. suscepit, qui, vti quadriennem filium, tali tamen matri reliquit, quae et satis esset perita formandi ad bonos mores animi, et vehementer curaret filium eruditis praeceptoribus tradendum, in quibus fuit WEINGARTNERUS, scholae Praedicatorum Rector. Haec pars aetatis KNIPHOFII magnum habuit et diuturnum a ra-

cura

ctura coxae incommodum, quod cum eum ipsos duo annos adflictarit, litterarum quoque studio, praesertim in illa aetate, graue impedimentum obiecit, nisi potius profuisse dicendum est. Nam quotidiana illius laesionis tractatio, chirurgorum detritas, et admiratio quaedam eius scientiae, quae humani corporis saluberrimam curam contineret, fortasse etiam sermones medicorum et chirurgorum, ita vehementer pueri animum ad medicinae amorem commouerunt, vt huic potissimum vitam, opetam, studiumque dicare decerneret: quam voluntatem adultior aetas et certius consilium probauit atque firmauit. Adeo nullum est malum, quin aliqua ex parte prosit. Itaque a. 1718 a STILLERO, gymnasii directore, accepit eam disciplinam, quae lectionibus academicis aptum efficeret animum, simul, siue quod motu quodam animi ageretur, siue has res medico putaret vsui futuras, lineamenta corporum adumbrare et ligno incidere didicit: certe videtur in harum artium studio praeparatio fuisse aut occasio inueniendorum ectyporum, de quibus postea dicetur. Quidquid temporis ab his occupationibus vacui habuit, id antiquis Erfordiae monumentis conquirendis impendit. Talem accepit ciuem academia Ienensis a. 1720, praebuitque cupiditatis explendae largissimam occasionem, cum doctores haberet SYRIUM, WOLFHERRUM, SCHMEIZELIUM, philosophos, WIDEBURGUM, mathematicum, WALCHIUM et GREIFFENHAHNIUM, illum latinae linguae praecepta explicantem, hunc gallicae, praeter quos praeceptores KNIPHOFIUS, etiam FABRICIO vsus est, qui chiromantiae artem explicabat. Tum vero SIM. VOGTII, WEDELII et HILSCHERI medicas scholas adeundas putauit, ante omnes TRIGMELLII, qui ei domum, bibliothecam et animum aperuerat: quae comitas tanto fuit cum vtilitate KNIPHO-

*nach ihrer Schönheit vorgeſtellet werden. Erſtes Hundert. Ebend.* 733. *Fol.*

Botanica in originali, *das iſt, lebendiges Kräuterbuch, worinnen nach ihrer Schönheit alle in hieſigen Landen wachſende Officinalia vorgeſtellet werden. Zweytes Hundert. Ebend.* 733. *Fol.*

— Tom. II. Centur. I. vegetabilia in officinis non viſitata exhibens, ibid. 733.

— pharmaceutica, *das iſt, lebendiges Kräuterbuch, in welchem die in den Apotheken gebräuchliche Kräuter auf eine neue Methode von den lebendigen Kräutern ſelbſt abgedruckt ſind und derſelben Nutzen beſchrieben iſt. Ebend.* 733. *Fol.*

— *das iſt, lebendiges Kräuterbuch, worinnen nach ihrer Schönheit alle in hieſigen Landen wachſende Gartengewächſe vorgeſtellet werden. Erſtes Hundert. Ebend.* 733. *Fol.*

— *das iſt, lebendiges Kräuterbuch, in welchem ſowohl diejenigen Blumen- Baum- und Küchengewächſe, welche in den Gärten Deutſchlands überall bekannt ſind, als auch die fremden, ſo von curiöſen Blumenliebhabern mit groſſer Mühe und Koſten angeſchaffet werden. Erſtes-drittes Hundert. Ebend.* 734-736.

Progn. de phyſiognomia, tanquam parte ſemioticae. Erf. 737.

— de manuſcriptis praecipue medicis. ibid. 745.

Diſp. de febribus compoſitis. Reſp. *Spanla*, ibid. 746.

— de pica. Reſp. *Fr. Golz.* ib. 746.

Botanica in originali ſeu Herbarium viuum, in quo tam indigenae, quam exoticae plantae TOURNEFORTII, RIVINI et RUPPII methodo collectae, peculiari, nondum viſa, operoſaque eneheiroſi, instrumento impreſſorio obductae, ectypum elegantiſſimum ſuppeditant. Centuriae XII. ibid. 747.

Diſp.

quiam ſatis obfirmato fuiſſe animo, nec quidquam de ſtudio literarum et amore remiſiſſe. Extremo vitae anno Rectoratum Academiae geſſit, acceptum quidem a. 1762, ſed in a. 1763 continuatum. Reſtat vt de ratione ectyporum ab eo excogitata aliquid dicamus. Nempe primus KNIPHOFIUS vidit, plantarum figuras non tantum aereae aut ligneae tabulae inciſas chartis imprimi poſſe: inſtituit ergo, plantas ipſas, quales e terra euelluntur, colore illitas atque ita ſubiectas prelo exprimere, quo modo traſſities et forma caulium ac radicum, figura foliorum et florum, vere ad viuum, ſiue potius a viuo exemplari expreſſa, ſatis accurate cognoſci poteſt. Specimina edita ſunt in *Botanica Originali*, quam eius nutu et conſilio poſtea continuauit TRAMPIUS, typographus Halenſis. Etiam thermometra ſuo modo accommodate ad vſus medicinae correxit. Firmam eius valetudinem extremis vitae annis labefactare coepit pectoris morbus, cuius vis ipſa temporis diuturnitate ita creuit, vt ei d. 23 Ian. a. 1763 vitam eriperet, caram amicis, vtilem literis et aegrotis, nobis etiam amabilem.

## Scripta eius ſequenti ordine prodierunt.

Diſſ. inaug. de lepra Arabum, ſiue elephantiaſi obſeruata et curata. Praeſ. *Io. Andr. Fiſcher*. Erf. 727. c. f.

*Antwort auf* Tit. *Hr. D.* FRANC. ERN. BRUCKMANNS *Sendſchreiben, die Kräuter nach dem Leben abzudrucken und dieſelben in ihrer natürlichen Geſtalt abgebildet, zum allgemeinen Nutzen anzuwenden, betreffend. Ebend.* 733.

Botanica in originali, *das iſt: lebendig Kräuterbuch, worinnen die in hieſigen Landen wachſende Kräuter*

Diſp. de capite conſiſtorii foetus partum ſiſtitante. Reſp. *A. G. Gravel.* ib. 752. c. f.

— de morborum recidiuis. Reſp. *I. G. Engel.* ib. 752.

— de Inſania, Reſp. *C. Goemer.* ib. 753.

— de nitro. Reſp. *D. D. Becker.* ib. 753.

Progr. de vtili et iucundo in materia medica connexo ib. eod.

*Phyſicaliſche Unterſuchung des Pelzes, welchen die Natur durch Fäulniſs* 1752 *auf einigen Wieſen hervorgebracht. Ebend.* 753. 4.

Diſp. de compreſſione. Reſp. *I. Ad. Umlauf.* ib. 754.

— de pilorum vſu. Reſp. *I. G. Kniphof* ib. 754.

— de incommodo et periculo puerperis ex conuiuio baptismali imminente: *vom Schaden des Kindtaufſchmauſes.* Reſp. *H. G. Trautmann.* ib. 756.

— de pediculis inguinalibus, inſeſtis et vermibus homini moleſtis, *vom Spulwurm, Herzwurm, St. Veitswurm, Maden, Bandwurm, Kürbiskernwurm, Neſſelwurm, Floh, indianiſch kleinen Floh, jungen Hunden, Blutigeln, Mücken, Müteſſer, Reitlieſen, Wanzen, Kopf- Kleider- und Filzlauſen.* Reſp. C. *W. E. Reichard,* ib. 759.

## XVIII.

## Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1761. prodierunt.

*Anweiſung, wie die verſchiedenen Seltenheiten der Naturgeſchichte zu ſammlen, zuzubereiten, zu erhalten und zu verſchicken ſind. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt, von* WOLFG. JAEGER. *Nürnberg,* 8. *m. K.*

Melanges de Phyſique et de Morale, contenant l'Extrait de l'Homme phyſique et morale; des Reflexions

ſur

ſur le Bonheur — — —; un Memoire ſur le principe phyſique de la Regeneration des Etres etc. à Paris, 12.

De l'Homme et de la Reproduction des differens individus, ouvrage qui peut ſervir d'Introduction et de defence à l'Hiſtoire naturelle des Animaux par M. de BUFFON, ibid. 12. (Auctore Cl. PANCOUCKE).

Florae Danicae iconum faſciculus primus, fol. (*continens, praeter explicationem, tabulas octo et LX. tenuis coloribus pictas*). Nomenclatura bis, germanice et latine impreſſa eſt ſub indice: *Abbildungen von Pflanzen zu dem Werke* Flora Danica, *Hafniae* fol. (*Auctorem ſplendidiſſimi huius operis eſſe Cl.* OEDER, *ſatis conſtat*).

Effigies vegetabilium vſibus medicis praecipue deſtinatorum et in pharmacopoliis obuiorum, variis modis praeparatorum ad naturae ſimilitudinem expreſſa: moderante *Chr. Gottl. Ludwig* impreſſit IOAN. GODOFR. TRAMPE: *Nach der Natur verfertigte Abdrücke der Gewächſe etc.* Faſc. III. G-I. n. 51-75. Faſc. IV. K-M. n. 76-100. (*latine et germanice*) Halae, fol.

*Abhandlung von der Natur, Eigenſchaft und Wirkung des Ungariſchen Weins. Dresden*, 8.

Calendarium medicum ad vſum ſaluberrimae facultatis Pariſienſis. Pariſiis,

Gazette d'Epidaure. Année 1761. a Paris. (Auctores huius diarii ſunt Cl. LOREY *et* DUSQUEG, *Medicinae Doctores facultatis Pariſienſis*).

Gazette de Médecine, de l'Année 1761. ib. 8.

Gazette ſalutaire, ou Feuille Hebdomadaire, compoſée de la Gazette d'Epidaure de quelques Extraits, ou obſervations du Iournal de Medécine, et de divers autres articles rélatifs à la Médecine, la Chirurgie, la Botanique, la Chymie etc. Année 1761. à *Bouillon*, 4.

*Der Arzt: eine mediciniſche Wochenſchrift. 5ter Band. Hamburg und Leipzig.* 8 mai.

Tankar om de Medel til Sweriges waekna ga. Stockholm.

Obſervations on the proper nurſing of children. London. 8.

*Sammlung auserleſener Wahrnehmungen aus der Arzneywiſſenſchaft Wundarzney- und Apothekerkunſt. 5ter Band. Straſsburg.* 8.

*Sammlung chirurgiſcher Bemerkungen aus verſchiedenen Sprachen überſetzt. 3ter Theil. Altenburg.* 8.

*Sicherſte Methode die meiſten Krankheiten zu heilen. Nürnberg.* 4.

*Die ſicherſte Methode, die meiſten Krankheiten, Gebrechen und Schwachheiten des menſchlichen Lebens ſicher und geſchwind zu heilen, Frf. u. Leipz.* 4.

De ſplenis vſu, morboque ſplenico ad Ill. D. P. G. WERLHOFIUM liber; in quo ſimul virium phyſicarum, monadum, motus, caloris et ignis etc. occurrit praeliminariter theoria metaphyſica nova (*Brunsuigae*) 8. (*Auctore* SORRODERO, *M. D.*)

Inſtitutes of Health. London. 8.

Eſſays Phyſiological and Practical on the Nature and Circulation of the Blood and the Effects of Blood letting. Lond. 8 min.

*Allgemeine Bemerkungen über die Teplitzer Waſſer zur nöthigen Nachricht der Curgäſte von dem dermaligen ordentlichen Arzte des Orts.* (*Greiz.*) 8.

Bref til en wän om hela medicinal wärkets jemnwigt och befordran. Stockholm.

Pharmacopoeia Collegii Regalis medicorum Londinenſis vna cum Meadiana. Francof. ad Moen. 8.

Pharmacopée du College Royal des Medecins de Londres, traduite de l'Anglois ſur la ſeconde édition donnée avec des remarques par le Docteur

H. PEMBERTON, augmentée de pluſieurs notes et obſervations et d'un grand nombre de procedes intéreſſans, avec les vertus et les doſes de medicamens, Vol. I. à Paris, 4.

The Theory and Practice of Chirurgical Pharmacy; comprehending a complete Diſpenſatory for the Uſe of Surgeons; with explanatory and critical notes on each compoſition; and an introductory inquiry concerning the particular intentions of cure, in which remedies are applied or adminiſtred; and the nature and medicinal efficacy, of the ſeveral ſimples ſubſervient to them. London. 8. (*Auctore Cl.* DOSSIE. *M. D.*).

Formulae medicamentorum noſodochiis militaribus adaptatae. Caſſelis. 4. (Auctore RICARDO d'HAUTESIERK, *apud exercitus Regis Galliae medico*).

Le Parfumeur Royal, ou Traité des Parfums; de plus beaux Secrets, qui entrent dans leur compoſition et de la deſtillations des eaux de Senteur et autres liqueurs précieuſes. Nouvelle edition, revue, corrigée et conſiderablement augmentée, à Paris, 12.

Analyſe des Eaux minerales de Merlange près la Ville de Monterau Faut-Yonne, *ibid.* 4.

Memoire ſur l'uſage oeconomique du Digeſteur du PAPIN, donné a Public par la Société de Belles Lettres, Sciences et Arts de Clermont-Ferrand par M *** Avocat ancien Secretair de la même Société et Auteur des ouvertures de Paix univerſelle, à Clermont-Ferrand. 8.

Provincial Doctorernes til Kongl. Collegium Medicum inlemnade berättelſer rörande deras Ambets förrättningar delſe, ſenare åren, i ſynnerhet ſedan ſiſte Riksdag. Stockholm. 8.

Cogi-

Cogitationes de distributione caloris per tellurem in publico Academiae Imp. Petropol. conuentu, die VI Sept. 1761 praelectae a FRANC. VLR. THEOD. AEPINO. Petropoli 4.

Medecine universelle prouvée par le raisonnement, demontrée par l'experience, ou Precis du Traité de M. JEAN AILHAUD, par M. JEAN. GASPARD AILHAUD. à Carpentras, 12.

BERNH. SIEGF. ALBINI academicarum annotationum Liber V. Leidae 42 c. f.

*Eiusd.* explicatio tabularum anatomicarum BARTHOLOMAEI EUSTACHII. Editio noua aucta. Lugd. Batau. fol. c. tab. aen.

ALEMBERTS *Abhandlung der Künste und Wissenschaften. Zürich.* 8.

Observations upon a treatise of the virtues of Hemlock in the cure of cancres by I. ANDREE. London. 8.

PETR. ARCELIN, Quaest. med. an epilepsiae nisi venaesectio? affirmat. Resp. *Lud. Gilbert Boyrot de Iontheres.* Parisiis, 4.

IOH. ASTRUCS *Abhandlung von Geschwülsten und Geschwüren nebst zween Briefen, worinnen* 1) *die Zubereitungen gewisser berühmter Arzneymittel entdeckt und untersucht werden;* 2) *wo von der Natur und den Erfolg einiger Mittel wider die geile Seuche gehandelt wird. Erster Theil. Aus dem Französischen übersezt von* GEORGE LUDW. RUMPELT, *Dresden und Warschau* 8.

Traité des Maladies des Femmes, où l'on a tâché de joindre à une Théorie solide selon la Pratique la plus sûre et la mieux éprouvée. Avec un Catalogue chronologique des Médecins, qui on ecrit sur ces Maladies par I. ASTRUC. Tome I. II. III. IV. *à Paris,* 12 Voll. 4.

LEO-

LEOPOLD. AUENBRUGGERI inventum novum ex percuſſione thoracis humani, vt ſigno, abſtruſos interni pectoris morbos detegendi, Vindobonae, 8.

Dictionaire portatif de Santé, dans lequel tout le monde peut prendre une connoiſſance ſuffiſante de toutes les Maladies — — — et enfin de toutes les Inſtructions neceſſaires pour être ſoi-même ſon propre Medécin — par M. L*** ancien Medécin des Armées du Roi et M. B** Medécin des Hopitaux. Troiſieme Edition, à *Paris*, 8. Voll. 2.

ERN, GODOFR. BALDINGER., Diſſ. de methodo medendi morbis, quae adſtruit: per morbos produci ſalutares effectus. Reſp. *Iodoc. Ehrhart.* Ienae, 4.

GUILL. BALLONII opera medica. Geneu. 4. Voll. 2.

Memoire qui a remporté le Prix de Phyſique de l'Année 1761 au Jugement de l'Académie des Sciences, Belles Lettres et Arts de Lyon par M. BARBERET, à Paris 12. (*Quaeſtio propoſita haec erat:* Quelles ſont les cauſes qui font pouſſer le Vin? Quels ſont les Moyens de prevenir cet accident et d'y remedier, ſans que la qualité du vin devienne nuiſible a la Santé).

PAULUS IOSEPH. BARTHES Quaeſtiones medicae duodecim pro regia cathedra defenſae. Monspelii 4.

Chirurgical Facts relating to Wounds and Contuſions on the Head — Fractures of the ſkull — by IOHN BATTEN. Oxford 8. (*ſine anno*).

T. BAPTIST. BASOLN. Dimoſtrazione apologetica al giudicio della Facolta Medica di Roma, in Roma 4.

IOH. BASTERY opuſcula ſubſeciua, obſeruationes miſcellaneas de animalculis et plantis, quibuſdam mari-

marinis eorumque ouariis et feminibus continentia. Liber III. Harlemi, 4. c. tab. aen.

Parallele de la petite verole naturelle avec l'artificielle ou inoculée. Avec un Traité intermediaire de la petite verole, fauſſe, volante ou adulterine par M. DE BAUX, à Avignon, 12.

ARCHIL. GUILL. LE BEGUE DE PRESLE, Quaeſt. Med. an vt ſanguinis ita et lymphae alibilis datur per arterias et venas proprias circuitus? affirm. Reſp. *Hugo Gautier*. D. M. Monſpel. Pariſiis, 4.

R. P. CAR. S. I. BENVENUTI Diſſ. phyſic. de lumine, Vindobonae, 4.

BERNARD. BERNARD, Quaeſt. med. an febris potius morbi remedium, quam morbus? affirm. Reſp. *J. Car. Sälin*. Pariſiis, 4.

Lettre de M. BERNARD à M. NEEDHAM pour ſervir d'éclairciſſement aux deux premieres Parties de la Diſſertation, qu'il a publiées ſur la ſolution de ſon Problême, et en même temps d'introduction à la troiſieme Partie qu'il doit publier, à Douai, 12.

JOAN. VAN DE. BILDUER, Diſſ. inaug. de membrorum amputatione, rariſſime adminiſtranda, aut quaſi abroganda. Halae, 4.

In germanicam quoque linguam translata haec diſſertatio libelli ſub forma prodiit, Berolini. 8 min.

*Entdeckung der wahren Urſachen von Ebbe und Fluth auf dem Meere, dabey zugleich von der innern Beſchaffenheit der Erde, der unterirdiſchen Waſſer, Feuer, Luft und von dem Urſprung der Quellen, gehandelt wird* von CASPAR HINNINGERN. *Breslau*, 8.

Herbarium Blackwellianum emendatum et auctum, cura ELISABETHAE BLACKWELL collectio muſcipium, quae in pharmacopoliis ad medicum uſum

vſum aſſeruantur, quarum deſcriptio et vires ex Anglico idiomate in Latinum conuerſae ſiſtuntur — cum praefatione CHR. IAC. TREW. Excudit, figuras pinxit atque in aes incidit NIC. FRID. EISENBERGER. f. *Vermehrtes und verbeſſertes Blackwelliſches Kräuterbuch u. ſ. w.* 2 tabul. viu. color. pict. 517-527. Norimbergae, fol.

C. LUDOV. L'AGASCHERIE du BLE Diſſ. ſiſtens examen bituminis Neocomenſis ventilata Baſileae, d. 5 Iul. 1758 Lugd. Bat. 4.

GEORG. RUD. BOEHMER, Diſſ. inaug. de virtute loci natalis in vegetabilia, Reſp. *Conr. Frid. Doering.* Viteb. 4.

*Eiusd.* Progr. quo de ſerendis vegetabilium ſeminibus monita praemittit. ibid. 4.

*Eiusd.* Progr. quo de ſerendis vegetabilium ſeminibus monita continuat. ibid. 4.

PHIL. ADOLPH. BOEHMER, Diſſ. inaug. de hernia incarcerata, Reſp. *Sigism. Car. Zieſemer.* Halae, 4.

*D.* PET. BOERHAVE *unvorgreifliches und in der Medicin gegründetes Gutachten die Abwendung und Cur der in unſern Gegenden abermals graſſirenden Hornviehſeuche betreffend, worinnen ſie nämlich beſtehe, und wie ihr möglichſt vorzubauen ſey. Nebſt einer Anzeige einiger dagegen dieſem befundenen und bewährten Hülfsmitteln,* Leipzig, 8.

IOAN. BAPT. BOHADSCH de quibusdam animalibus marinis, eorumque proprietatibus, orbi litterario vel nondum vel minus notis, liber cum non nullis tabulis aeri inclusis, ab Auctore ſuperviuis animalibus delineatis. Dresdae, 4.

IOANNIS BONAE tractatus de ſcorbuto. Veron. 4.

Con-

Contents of this part.

1. Hiſtoire et Memoires de l'Academie Royale des Sciences de Paris, an. 1756. p. 385
2. GERARDI Flora Gallo-Prouincialis p. 402
3. SCHULTZ Indrads tal om Barns Skötsel i gemen etc. p. 412
4. LYONNET Traité anatomique, de la Chenille, qui ronge le bois de Saule p. 418
5. SULZER S. *die Kennzeichen der Inſecten durch 24 Kupfertafeln erläutert* p. 447
6. Hiſtoire Naturelle generale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi. Tom. IX p. 449
7. BASTERI Opuſcula ſubſecuta. Tom. II. Lib. I. p. 468
8. ALBINI de ſceleto humano liber p. 473
9. JAMES a Treatiſe on Canine Madneſs p. 479
10. van PHELSUM Hiſtoria phyſiologica Aſcaridum p. 488
11. OOSEE Methode a ſuivre dans le traitement des differentes maladies epidemiques etc. p. 493
12. PLEGUERS *Anweiſung zur ausübenden Wundarzneykunſt in Feldlazarethen* p. 496
13. BOHADSCH de quibusdam animalibus marinis minus notis liber p. 501
14. *Phyſikaliſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre etc.* V *und* VI *Band* p. 521
15. MEESE Het XIX Claſſe van de Genera plantarum van de Heer LINNAEUS Syngeneſia genaamt opgeheldert en vermeerdert p. 535
16. BASSI Ambroſia nouum plantae genus p. 539
17. Nova phyſico-medica p. 541
18. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1761 prodierunt p. 566

# COMMENTARII
## DE REBVS
## IN
# SCIENTIA NATVRALI
## ET
# MEDICINA
## GESTIS.

## VOLVMINIS XI. PARS IV.

LIPSIAE MDCCLXIV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder et P. Mortier iun. Pariſiis apud Briaſſon, Patauii apud I. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Noui Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Tom. VII. pro annis CIↃ IↃCC LVIII et CIↃ IↃCC LVIIII. Petropoli typis Academiae ſcientiarum. 1761. in Quarto, Alph. 3. tab. aen. 19. Tom. VIII. pro annis CIↃ IↃCC LX et CIↃ ↃCCLXI. Ibid. 1763. Alph. 3. pl. 7. tab. aen. 14.

Omiſſis aliis diſſertationibus, quae in duobus hiſce Commentariorum Academiae Petropolitanae voluminibus continentur, liceat nobis ratione conſuetudinis eas tantum indicare, quae propius ad nos pertinere videntur. Ex his vero voluminis ſeptimi claſſis phyſico-mathematica ſequentes articulos complectitur.

*De quibusdam circa lentes cauſticas et ſpecula vſtione emendatis et nouiter inuentis*, Cl. I. E. ZEIHER p. 237. T. VII. fit. Cl. Auctor exemplo Cel. BVFFON, cuius ta-

men inuenta ad ZEIHERVM, hanc dissertationem elaborantem, nondum peruenerant, studuit, plura specula plana ita combinare, vt coniuncta sphaericam superficiem obtinerent, quo lumen eorum reflexum, et in eundem locum proiectum, idem praestaret, quod speculum concauum metallicum. Tabulis porro vitreis planis ignis vi curuaturam induxit, easque ita incuruatas retinuit, quibus vel vt speculo vstorio, vel binis coniunctis et cauitate intermedia aqua repleta, vt lente vstoria vti licet.

p. 252. *Phaenomenorum iridis s. arcus coelestis disquisitio.* Auctore Cl. S. KOTELNIKOW. Originem, naturam et phaenomena iridis, ex principiis dioptricis explicat.

p. 277. *Descriptio ac explicatio quorundam experimentorum electricorum.* Auctore Cl. F. V. T. AEPINO. Experimentum electricum cum acu magnetica, a Patribus Societ. Iesu qui *Pekini* commorantur institutum, Cl. AEPINVS repetiit, et hic explicationem eius ex theoria electrica Frankliniana tradit.

p. 303 *Obseruatio optica de mutabilitate diametri apparentis foraminis anguſti oculo propinqui,* a CORSIM Autore. Singularem inter vtramque pupillam ratione mutationis diametri, obseruauit conditionem, quo, vel vno tantum oculo fortiori lumini exposito, tamen se pupilla quoque alterius oculi, etsi multo minorem lucis copiam excipiat, contrahit. Deinde adnotauit idem, si quis oculo v. gr. sinistro, per foramen exiguum obiecta spectat, tunc multo maiorem visionis campum, se ipsi offerre clauso dextro, quam eo aperto. Huius vero phaenomeni ratio in eo est sita, quod aperto oculo dextro, eius que pupilla ob maius lumen coarctata, simul sinistri oculi pupilla contrahebatur, quae nunc dextro clauso

clauſo, ob minorem lucis copiam, per foramen acceptam expanditur, maioremque viſionis campum complectitur.

*Acus nouae declinatoriae deſcriptio.* Auctore Cl. ZEIHER. Modum ille excogitauit, acum magneticam ſine vllo capitulo ſuſpendendi, quo ſe liberrime ad omnes plagas conuertere, et vim ſe dirigendi ſine vllo impedimento exercere queat. P. 309.

In claſſe ſiſtem phyſica ſequentes occurrunt diſſertationes. P. 315.

*Nitraria planta obſcura explicata* a Cl. CAROLO LINNAEO. Primus hanc plantam, Ruſſiae indigenam, in vicinia officinae nitrariae Aſtrachanenſis obſeruauit SCHOBERUS, eandemque *Nitrariam* vocauit. Poſtea illum ad lacum quendam ſalſum Sibiriae repertam GMELINUS nomine *Chſat* fructu nigro deſcripſit, AMMANNO illius deſcriptionem publicante. Idem vero GMELINUS in Sibiriae flora, nomen *Oſyridis foliis obtuſis* ex LINNAEI horto Vpſalienſi adſumſit, figuramque eius, mancam tamen, exhibuit. Cl. LINNAEVS, qui per plures annos plantam hanc ſterilem coluit, tandem poſt varia alia tentamina, ſale radicibus adiecto, flores eius obtinuit, eosque, nondum accurate deſcriptos, verbis hic et figura depingit. Habet vero, vti ex deſcriptione eius patet, planta haec radicem lignoſam, fibroſam, patulam. Caulis eius frutiçoſus eſt, ſeſqui- ſeu bipedalis, diffuſus, proſtratus, ramoſiſſimus, rimoſus et cinereus. Rami alterni ſunt, ſubadſcendentes, ramoſi, caulis longitudinem habent, et ſubincani ſunt, atque ad folia dentibus truncatis et obtuſis prominent. Praeterito anno rami ſaepe apice arido, qui ſpinam fragilem mentitur, terminantur. Folia ramea, alterna, erecto patula ſeſſiliaque ſunt et bina, raro 3. 4. ſeu 5. ſecundum, ſua florifera et ſuperiora ſaepe ſen-

tiliori ſulo terna ſunt, tamen ſimplicia. Foliola ſunt ſeſſilia, lanceolata linearia, ſubcarnoſa, integerrima, obtuſo - acuta, auenia, planiuſcula, pollicaria, annua et ſuperius magis a ſe inuicem diuergunt. Stipulae duae minimae et acutae adſunt, inflexae, obſcurae dentibus ramorum inſertae. Pedunculi ſaepius duo ſunt, ſolitarii, adſcendentes, teretes, aphylli, ebracteati, laeues, uiridis, foliis duplo longiores, bifidique, altero ramo bifido, altero trifido, ſubracemoſi. Flores habet ſubſeſſiles, e latere ſuperiore ramulorum pedunculi prouenientes, alternos ſaepe quinque vel ſex. Calyx eſt perianthium monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum minimum, acutum, perſiſtens. Corolla petala quinque lineari lanceolata habet, canaliculata, apice fornicato, inflexoque hamata et acuminata. Stamina. Filamenta adſunt quindecim, ſubulata erectiuſcula, petalorum longitudine. Antherae ſuboualae ſunt, et luteae. Piſtillum habet germen conicum deſinens in ſtylum breuiſſimum et ſtigma conicum ſcabrum. Pericarpium drupa eſt ouato - oblonga monoſperma. Semen nux ouata, acuta, triloculari. Ex his vero apparet, genus huius plantae eſſe diſtinctiſſimum, nec cum vllo alio facile confundendum. Pertinet autem ad pentapetala regularia RIVINI, et dodecandra monogyna LINNAEI.

p. 321. *Polypi marini Ruſſis Korakatiza, recentioribus Graecis Oktapous dicti deſcriptio.* Auctore S. I. T. KORLEVITER. Animalia haec exenterata et ſiccata, in Ruſſiam copioſe importari ſolent, eum palato tempore iniunii gratum praebeant edulium. Pedes octoni, forma et longitudine inter ſe ſimiles, et acetabula duorum ordinum, ſitu inter ſe alterna et ſeſſilia. *Polyporum* genus a *Loligine* et *Sepia* diſtinguunt. Abdomen quoque in *Polypis* ouatum et conuexum molleque eſt, pinnisque lateralibus hoc

genus deſtituitur. Haec vero ſpecies huius generis, quam accuratius ſibi deſcribendam Cl. Auctor ſumſit, dicitur ab eo *Polypus pedibus octo, ſimilibus, intermediis quatuor craſſioribus: acetabulorum alternantium ordine duplici inſtructis.* Primo autem menſura magnitudinis polypi, eiusque partium, ex diuerſis polypis deſumta traditur. Subſtantia muſculoſa eſt, durior tamen quam aliorum animalium caro. Cutis ipſa inſignem laeuitatem habet, neque vllis pilis aut ſquamis ornatur. In toto corpore nullum os verum deliteſcit. Color in dorſo ex puro pureo nigricans et ſaturatus eſt, in ſupina vero parte pallidus deprehenditur. Diſtinguit vero Noſter polypum in caput, pedes et abdomen. Primum autem pedum ſitum diuerſamque eorum craſſitiem ſubtilius deſcribit. Per totam eorum internam faciem acetabula diſtribuuntur, vaſcula ſcilicet conica, duriuſcula, fundo eleuato, lateribus orbicularibus ſtrictis et mollioribus praedita. Varietatem longitudinis pedum, numeriquo acetabulorum Cl. Auctor ex comparatione duorum polyporum cognouit, et in adiecta tabula explicat. Ex ea adparet, acetabula, licet organicae valde ſint ſtructurae, tamen cum corporis incremento numero augeri, pedes polypis mutilatos redintegrari, renatamque partem nouis inſtrui acetabulis. Interiora pedum membranis ſatis validis ex cute duplicata ortis coniunguntur. In capite oris apertura eſt, in pedum centro poſita, elliptica et exigua, dentesque bini nigricantes prominent, ipſa vero oris labia plicata ſunt. Ipſum autem caput in vniuerſum paruum eſt, imaeque pedum baſi proxime iungitur. Oculi duo ſunt, ad latera capitis poſiti, ſubrotundi, et praeter eos in capite tres quoque appendiculae cutaneae deprehenduntur. Collum adeo breue eſt, vt colli nomen illud vix mereatur. Abdomen vero

ouatum, et vtrinque compreſſum; atque in eius dorſo decem appendiculae apparent, quae a cute elongata, ſuam originem ducunt. Sed in inferiore abdominis parte aluei apertura eſt tam largo patens, vt facile pulmones per eam conſpiciantur. Nam abdomen ſaccum refert muſculoſum, in quo praeter pulmones alia quoque viſcera, propriis inuoluta membranis reconduntur. In ſummo ventre ſupra alueum, fiſtula caua ſuper capitis faciem inferiorem antrorſum expoſtrigitur, quam modo in dextram, modo in ſiniſtram partem transferre, illusque ope mare transmittere polypi dicuntur. Refert autem illa infundibulum conicum et ouatum. Ad baſin utrinque cum ea velum aliquod connectitur, quo expanſo ſinus amplus ſe adſpicientibus offert. In vniuerſum vero non fiſtula ſolum, ſed et vela illa, ex tunicis muſculoſis et ferme cartilagineis componuntur. In ſpatio inter imum fiſtulae et velorum, ſummumque aluei marginem relicto, duo lacerti muſculoſi ad latera poſiti conſpiciuntur, qui ab angulo fiſtulae veloque communi, principio ſuo prouenient, in cuius medio duo canales ad tres fere lineas profundi aperiuntur. Simile quoque oſtium Muller aliquando in poſtica parte abdominis deprehendit. Ad illud pertinebat canalis duriuſculus et laeuis ipſius abdominis ſubſtantiam perforans.

P. 344. *Zoophyti nouini e Corallierum genere deſcripti.* Autore RODERO. Eſt hoc *Corallium ſpongioſum, laeue; ramis tuberoſis, nutantibus; tuberculis aggregatis*, a LINNAEO autem vocatur *Alcyonium ſtipite arboreſcente, ramis obtuſis*. Monet tamen Neſſer, tantum ab Alcyonio diſtare, quantum Agaricus a Lycoperdo, atque forma, ſubſtantia atque ſtructura diuerſiſſimum eſſe. Externam internamque Zoophyti huius ſtructuram diuerſaque, quae in ea occurrunt partes, Cl. KOELREVTERVS ea, qua poſ-



let,

let, dexteritate et elegantia describit, variosque Auctores, qui de coralliis egerunt, imprimis MARSILIVM hinc inde emendat, tandemque chemicam eius analysin, variorum menstruorum et ignis ope instituta, proponit. Ex hac patet, contineri in eo zoophyto praeter sal marinum, aliquod principium alcalinum bituminosum, nec non terram calcaream, oleumque animale volatile. Terrae, salis volatilis oleique copia in variis eiusmodi zoophytis varia est.

*Descriptio tubiporae maris albi indigenae.* Auctore EODEM. Est illa *tubipora ramosa; interstitiis subrotundis distincta, tubulis ramorum confluentium simplicibus, flexuosis, aggregatis et conglutinatis.* Haec tubipora ad hunc vsque diem incognita si chemice examinatur, etiam de intima naturae vegetabilis et animalis vnione testatur, cum, vt praecedens zoophytum, olei animalis volatilis alcalini indicia exhibeat. p. 374

*Continuatio historiae zoophyti marini e coralliorum genere.* Auctore EODEM. *Corallii spongiosi* exemplum, quod in hac dissertatione describitur, cum specie, de qua antea dictum est, omnibus notis essentialibus conuenit, sed accidentalibus differt. Insignis enim eius magnitudo ostendit, plantas marinas saepe in tantam molem excreuisse, vt magnitudine sua terrae arbores exaequent. Zoophyto huic adiungit Noster descriptionem *tuberis* cuiusdam, quod *pyriforme nutans* que vocat. p. 377.

*Obseruationes meteorologicae factae Petropoli annis 1755. et 1756. st. v. et consectaria.* Auctore Cl. I. A. EULER. Continuationem obseruationum, quae in Volumine quinto horum Commentariorum continentur, Cl. Auctor exhibet. Singulare est, primis Februarii a. 1755 diebus frigus in Germania circa Goettingam magis intensum fuisse, quam Petropoli. p. 388.

tropoli. Cum vero Cl. Auctor thermometro Deliliano vſus ſit, in eorum gratiam, qui illud non poſſident, tabulam adiecit, in qua omnia thermometra maxime vſitata, inter ſe exacte comparantur.

p. 39. In *Summario diſſertationum*, quas tomus hic continet, quaedam ſupplementa ad Beat. GMELINI hiſtoriam *Ibicis imperbis*, quae in horum commentariorum volumine quinto exſtat, communicantur. Ex iis adparet, deſcriptionem animalis huius ibidem traditam, feſtinationem, qua confecta eſt, quodammodo redolere. Quo vero clarius figura et habitus huius animalis pateſcant, marem et foeminam delineari et aeri incidi Academia curauit.

Octaui voluminis claſſis phyſico-mathematica ſequentibus articulis componitur.

T. VIII. p. 197. *Dilucidationes de reſiſtentia fluidorum.* Auctore LEONHARDO. Principia, vnde reſiſtentiae fluidorum vulgo deducuntur examinat, et cum ea hypotheſi manifeſto falſae innitantur, qua, ad ſimilitudinem colliſionis corporum ſolidorum, particulae fluidi corpus in eo motum ſimiliter percutere aſſumuntur, illa, tanquam omni fundamento deſtituta reiicit. Oſtendit potius, in reſiſtentia nullam plane colliſionem, ſimilem ei, qua ſolida ſe percutiunt, admittendam eſſe, corpusque in fluido motum ab eo non aliam vim ſuſtinere, praeter preſſionem, quam fluidum praeterlabens, in totam eius ſuperficiem circumquaque exſerit, et reſiſtentiam eſſe effectum, ex omnibus his preſſionibus natum, motui corporis contrarium. Disquirit quoque, quomodo cognita ea preſſione, qua corpus vrgetur, ipſe motus fluidi iuxta corpus defluentis definiri poſſit.

p. 230. *Principia theoriae machinarum.* Auctore EODEM. Non vulgarem machinarum theoriam tradit,

dit, ſed ea potiſſimum, quae ad effectum machinarum determinandum attinent, explicat.

*De motu et attritu lentium, dum ſuper catinis poliuntur*, IDEM diſſerit. In attritum, quem catinus a lente patitur, inquirit, et varia conſilia artificibus, qui in hoc opere verſantur, tradit, docetque, motum lentis ſuper catino ita eſſe comparatum, vt inde neceſſario minimus attritus oriri debeat. p. 254.

*De noua quadam vectis proprietate* Cl. ARPINVS agit. Conſiderat vectem aequallem brachiorum, quorum extremitates binae, ad bina virium centra infinite remota, ſingulatim, viribus quibuscunque ſollicitentur, quaeritque ſitum, quo vectis ſit in aequilibrio futurus. p. 271.

*Deſcriptionem inſtrumenti cuiusdam nautici Barometri ad inſtar inſeruituri*, Cl. ZENNERUS exhibet. Cum barometra in nauibus, ob continuos motus, vſum nullum praeſtare poſſint, ex ipſius aëris indole Noſter menſuram elaſticitatis eius excogitauit. Commendat autem cylindrum cauum, omni aëre vacuum, cuius baſes mobiles ſunt. Inter eas vero in ipſo vacuo elaſtrum conſtituit, eas diſtendens, preſſionique aëris exterioris ita reſiſtens, vt tenſio elaſtri ſemper cum preſſione aëris in aequilibrio ſit. Aucta itaque aëris elaſtica vi, baſes propius ad ſe accedunt, recedunt ea minuta, ſicque ex earum diſtantia aëris preſſio patebit. p. 278.

*Duarum machinarum, vnius ad perficienda quaedam inſtrumenta, germ. raendeleiſen, alterius ad cochleas infinitas exſcindendas idoneae, deſcriptio.* Auctore IDEM. p. 279.

*Acus nauticae nouae deſcriptio.* Auctore IDEM. p. 284.

Superius iam proprietates expoſuit, quibus effectum eſt, vt portio chalybea, vim maximam magneticam, nec niſi popos duos recepturit; nunc modum excogitauit, quo priſma eiusmodi chalybeum

beum ita suspenditur, vt se libere circumuoluat, et pyxidis nauticae instar inseruire queat.

p. 286. *De aequilibrio virium corporibus applicatarum, commentatio.* Autore Ch. ROTHENBOW.

p. 304. *De commodo acus destinatoriae suspensione dissertatiuncula.* Auctore ROTHE. Aliud artificium excogitauit, commodae acus sine perforatione eius suspensionis.

Classis physica sequentes continet dissertationes:

p. 315. *Plantarum aliquot rariorum descriptiones complures.* Adiectae sunt delineationes III. Auctore Cl. CHRISTIANO HENRICO PERSOON. Prima ea planta est, quam AMMANNVS *Argusiam*, LINNAEVS in Horto Vpsaliensi *Messerschmidiam*, et in Speciebus Plantarum *Tournefortiam* (sibiricam) *foliis lanceolatis, floribus corymbosis, caule herbaceo* vocauit. Calycem habet monophyllum, quinquefidum, laciniis lanceolatis, hispidis, connitentibus, dimidiam tubi partem haud attingentibus. Corolla monopetala est, regularis, infundibuliformis, tubo cylindrico in fundo globoso, limbo quinquefido, segmentis ad horizontem directis, sulco longitudinali exaratis, in ambitu sinuatis, apicibus extremis deorsum flexis. Stamina quinque in medio tubi, filamenta sustinent antheras breuissimas, subulatas. Pistillum staminibus breuius est, stigmate globoso scabro, quod extremitati globosae tubi claui instar infigitur. Semina sunt duae capsulae osseae, subulatae, figura conicis vestitae, secundum longitudinem inuiter cohaerentes, quarum quaelibet in parte exteriori conuexa, transuersim diffecta, duos nucleos oblongos, incuruatos, angulatos, in loculamentis separatis includit. Ex his Cl. PERSOON concludit, plantam hanc a *Tournefortia* differre, cuius filamenta non sine longitudine tubi corollae, sed brevissima,

viſſima, antherae non in fauce corollae, ſed profundius in medio tubi haereant, fructusque ſiccus ſit, ex duobus hemiſphaeriis coalitus, quorum ſingulum duo loculamenta diſtincta habet, ſemen vnicum includentia. Quapropter in honorem Cl. DANIEL GOTTLIEB MESSERSCHMID, qui ab anno 1719 ad 1727 Sibiriae plantas diſquiſiuit, eam Cl. HENSTREIT *Meſſerſchmidiam* vocat, cum character eius ab aliorum generum characteribus differat. Partes vero huius plantae, eiusque habitus in adiecta tabula aenea delineantur. Altera planta, cuius accurata deſcriptio hic traditur, eſt *Aeſchynomene* (americana) *caule herbaceo bifido, foliolis acuminatis, leguminum articulis ſemicordatis, bracteis ciliatis* LINN. Spec. ſ. *Hedyſarum caule hiſpido mimoſae foliis alatis, pinnis acutis minimis gramineis.* SLOAN. Iamaic. Accuratam figuram ad viuam plantam factam, qualis nulla hucusque aderat, Cl. Auctor exhibet. Tertium locum occupat, *Verbeſina foliis oppoſitis ouato-acutis integerrimis, ſcabris, pedunculorum ſummitatibus incraſſatis, et foliaſis* ſ. *Rudbeckia foliis oppoſitis hirſutis, ouato-acutis, calyce imbricato cylindrico, radii petalis piſtillatis* ZINNII *). Abſoluta partium plantae huius expoſitione, Cl. Auctor ex calyce ſquamoſo, thalamo paleaceo et ſeminibus anguloſis concludit, eam ad *Verbeſinae* genus pertinere. Celeberrimus IVSSIEV hanc plantam Lipſienſibus nomine *Bidentis ſaponariae folio* communicauit, vnde ſemina eius Petropolim miſſa fuerunt, vbi Cl. Auctor a. 1757. hanc deſcriptionem compoſuit, delineationemque confiecre curauit, quam ob plantae elegantiam hic tradere, quamquam ZINNII deſcriptio et figura interim prodierat, non dubitauit. Quarta eſt *Braſſica* (chinenſis) *foliis ouatibus ſubintegerrimis, floralibus amplexicaulibus, lanceolatis, calycibus*

*) Eſt *Zinnia pauci flora* I. Linn. Spec. Ed. II. p. 1261.

P. 321.

P. 325.

P. 331.

*lycibus unguibus petalorum longioribus* LINNAEI. Plantae huius semina, ex China Academia accepit, qua occasione Cl. Auctor varias, easque curiosas circa hanc, aliasque Sinensium brassicas, adnotationes tradit.

P. 339. *De gradibus frigoris summis, quos certa fluidorum genera ferre possunt, antequam fiant solida, in glaciem abeuntia, atque gradibus summis caloris, quos accipere possunt, donec bullire incipiant, et in ipsa bullitione continuata, dissertatio experimentalis.* Auctore Cl. BRAUN. Scalam graduum frigoris et caloris NEWTONUS primus publicauit, cuius vestigia Noster, in primis in frigoris scala perficienda, optimo cum successu legit. Materiae vero, circa quas Cl. Auctor durante hieme anni 1757 et 1758 experimenta instituit, fuerunt salium solutiones, vina et spiritus vini, olea expressa, oleosaque corpora, tandemque metalla quaedam. Semper thermometro Deliliano vsus est. Ex comparatione variorum frigoris graduum, sub quibus diuersorum salium solutiones in glaciem abeant, adparet, solutionem salis communis et ammoniaci, maximum frigoris gradum sc. 181. et 182., minimum sc. 151. solutionem tartari albi ad congelationem requirere. Hinc nullum sal congelationem aquae magis quam sal marinus et ammoniacus impedit. Salium solutiones igni adhibitae, sub minori gradu quam aqua pura ebullire incipiunt. Vinum generosum hispanicum sub gradu 167. in glaciem abiit, rhenanum 159. cerevisia ordinaria 152 spiritus vini rectificatus sub gradu frigoris 197. nullum adhuc congelationis vestigium ostendebat, vulgari iam sub gradu 190. in glaciem mutato. Contra omnia fluida spirituosa eo minori gradu caloris ad ebullitionem opus habent, quo maiorem spiritus copiam continent. Oleum olivarum gradu 165. iam in massam solidam abit, lini vero

sub

ſub gradu demum 197. in glaciem mutari et perfecte indurari Noſter expertus eſt, quamquam vulgo illud nullo frigoris gradu indurari exiſtimatur. In vniuerſum, oleum quo purius eſt, eo magis congelationi reſiſtit; hinc eſſentialia expreſſis longe difficilius congelantur. Ebullitionem autem expreſſa olea gradu 360. ſupra o. oſtendunt, cum vero mercurium in thermometro, quo in definiendo caloris gradu vti ſolent, ipſum bullientem efficiant, finem mox obſeruationi imponunt. Oleorum vero ebullitio in vniuerſum duplex eſſe videtur, prior ab aqua pendens cum ſtrepitu fit, poſterior placida eſt, ſineque ſtrepitu. Hoc in butyro quoque et cera obſeruatur. In vniuerſum oleorum expreſſorum et corporum oleoſorum ebullitioni, gradum mercurii ebullientis tribuere poſſumus. Plumbum in tentaminibus Noſtri liquefieri coepit, ſub gradu ſupra o. 320-596. ſc. Fahrenh. ſtannum purum gr. ſupra o. 170-416. ſc. Fahr. biſmuthum gr. ſupra o. 235-494. Fahr. Zinci gradus liquefactionis non definiri poteſt, nam mercurius prius bullire coepit, quam zincum liquefieret. Concludit tandem Noſter, metalla firma pro congelatis, et glaciei ſpecie reputari debere, quae multo tamen minorem frigoris gradum quam aquae glacies requirit. Quae de congelatione mercurii hic occurrunt, non adeo plena ſunt et definita, vti ex recentiori Autoris ſcripto, quod ſuo loco indicauimus, cognoſci poſſunt *). Initium vero ebullitionis mercurii, figi poſſe videtur, circa gradum ſupra o. 419-715. Fahrenh.

*Cautelae circa obſeruationes meteorologicas adhibendae.* Auctore Cl. PETRO VAN MUSCHENBROEK. Oſtendit B. Autor hac diſſertatione defectus et imperfectiones obſeruationum meteorologicarum, p. 367.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. X. P. II. p. 212.

rum, et quomodo tales obſeruationes perfectae et accuratae faciendae ſint, oſtendit.

p. 392. *Halonum extraordinariorum deſcriptio.* Auctore Cl. ARPINO. Nouum halonum genus producit. Vidit enim haloni conſuetae, circulari, ellipticam halonem ita iunctam, vt axis minor verticalis diametrum halonis circularis aequaret, maior horizontalis ſex diametris ſolaribus circiter axem minorem ſuperaret.

p. 404. *Piſcium rariorum e muſeo Petropolitano exceptorum deſcriptiones.* Autore Cl. KORALEWITER. In ingenti rerum naturalium theſauro, qui in Muſeo Petropolitano aſſeruatur, inſignis etiam piſcium collectio continetur, quae PETRUS MAGNUS Ruſſorum Imperator, ab ALB. SEBA pretio comparauit. Cum vero tertius theſauri SEBAE tomus, qui piſces exhibere debebat, nunquam editus ſit, Noſter piſces rariores huius muſei deſcribere aggreſſus eſt. Primus ex his eſt *Gaſteropelecus* GRONOV. ſ. *Clupea pinnis flauis ventralibus minutiſſimis* LINN. Secundus *Trutta dentata, dorſo plano, abdomine acuto, prominente, taenia longitudinali argentea, pinna ani longiſſima. Piabucu Braſil.* MARGGRAV. Tertius *Gobio pinnis pectoralibus flabello inſidentibus, pinna dorſi prima radiorum* 12, *ſecunda* 13. Horum piſcium accuratas deſcriptiones et figuras Noſter exhibet, accurata omnium earum partium menſura adiecta.

II.

Ornithologia ſiue Synopſis Methodica, ſiſtens Auium diuiſiones in Ordines, Sectiones, Genera, Species ipſarumque Varietates. Cum accurata cuiusque ſpeciei deſcriptione, Citationi

tionibus Auctorum de iis tractantium, Nominibus eis ab ipsis et Nationibus impositis, Nominibusque vulgaribus. A. D. BRISSON, Regiae Scientiarum Academiae Socio. Opus figuris aeneis adornatum. Parisiis apud Cl. Ioannem - Baptistam Bauche 1760 4. Tom. I. Alph. 3. pl. 11. tab. aen. 38. cum titulo. Tom. II. Alph. 3. pl 3. tab. aen. 45. Tom. III. Alph. 4. pl. 12. tab. aen. 37. Tom. IV. Alph. 3. pl. 10. tab. aen 46. Tom. V. Alph. 3 pl. 6. tab. aen. 42. Tom. VI. Alph. 3. pl. 7. tab. aen. 47. Cui tomo accedit: Supplementum Ornithologiae, siue citationes, descriptionesque antea omissae et species de nouo adiectae, ad suaque genera relatae. pl. 21. tab. aen. 6.

et

Ornithologie ou Methode contenant la Division des Oiseaux en Ordres, Sections, Genres, Especes et leurs Variétés. A laquelle on a joint vne Description exacte, de chaque Espece, avec les Citations des Auteurs qui en ont traité, les Noms qu'ils leur ont donnés, ceux que leur ont donnés les différentes Nations, et les Noms vulgaires. Par M. BRISSON, de l'Académie Royale des Sciences. Ouvrage enrichi de Figures en taille-douce. T. I. II. III. IV. V. et VI. Cui tomo adnectitur: Supplement d' Ornithologie ou les citations et descriptions précédemment omises, aux quelles ont a joint les especes nouvellement découvertes, rapportées chacun a leur genre.

In hocce egregio ſplendidiſſimoque opere Clariſſimus BRISSON regni animalis partes omnes explicare pergit, cum illud tertiam claſſem animalium, aves ſcilicet, contineat *). Mora vero, quae inter priorum claſſium huiusque editionem interceſſit, nata eſt ex laudatiſſimi Auctoris deſiderio, opus hoc quantum eius quidem fieri poſſit perficiendi augendique. Quapropter ex hac re liber hic maximam adquiſiuit praeſtantiam. Plurimae enim auium ſpecies rariores, ſpecierumque varietates plurimae hoc ipſo tempore Clariſſimo Auctori innotuerunt, eae ſcilicet, quae ex omnibus totius terrarum orbis partibus Cl. REAUMURIO transmiſſae fuerunt, ab iis qui mutuum litterarum commercium cum eo colunt. In vniuerſum vero ratio huius operis, cum ea conuenit, quae in prioribus claſſibus de quadrupedibus et cetaceis diſſeruit. Plurimas auium ſpecies, quae hic deſcribuntur, Cl. Auctor ipſe examinauit, reliquarum deſcriptiones ex optimis ſcriptoribus deſumſit, quos vbique indicat. Semper autem in auis cuiuslibet deſcriptione ita verſatur, vt primo ſuum nomen, autorumque ſynonyma et figuras iudiciumque de earum praeſtantia proponat. Addit quoque triuialia nomina et nomina, quae a diuerſis gentibus auibus imponuntur, qua tamen in re, ſi vel de germanicis nominibus iudicium nobis ferendum ſit, inſignes ſaepe errores irrepſere, nominumque numerus ſine vlla neceſſitate maxime auctus eſt. Deinde aues, magnitudinem

*) *Regnum animale in claſſes nouem diſtributum, ſiue Synopſis methodica ſiſtens generalem animalium diſtributionem in claſſes IX. et duarum primarum claſſium quadrupedum ſcilicet et cetaceorum particularem diuiſionem*, prodiit Pariſ. 1756, vid. Comment. I. Decadis Suppl. I. p. 129.

nem earum et formam, partiumque rationem et diuerſitatem coloresque ample et dilucide verbis depingit, additque loca, vbi aues naſcuntur, eosque, a quibus Cl. REAUMUR harum auium exempla miſſa ſunt: characteres ordinum generumque ex pedum roſtrique differentiis deſumſit, et figuris, in ſeptem prioribus tabulis aeneis contentis, explicauit. In vniuerſum 150 circiter genera, et 1500 ſpecies varietatesque enumerat. In tabulis aeneis circa 500 aues depinguntur, ex quibus 350 nunquam antea, 150 autem male delineatae, 320 non deſcriptae fuerunt. Varias figuras auium nondum cognitarum a Cl. POIVRE, qui aues Indiae Orientalis magna cura diſquiſiuit, accepit, has tamen a ſuis adiecta nota diſtinxit. In maiorum auium figuris ſcalam menſurae ſemper adiecit.

In ipſius operis initio conſpectum quendam generalem methodi, ſecundum quam aues diſpoſuit, tradit, deinde hunc conſpectum in tabulis adiectis generum explicat, tandemque ſe ad ſingulorum ordinum conſiderationem conuertit.

Aues in vniuerſum, vel digitis membranis deſtitutis praeditae ſunt, quae *Fiſſipedes* dicuntur, vel digitos habent membranis per totam longitudinem auctos, et *Palmipedes* vocantur. *Fiſſipedum* autem crura, vel ad calcaneum vsque plumoſa ſunt, vel in parte inferiore plumis deſtituuntur. *Palmipedum* digiti vero per totam ſuam longitudinem membranis augentur, vel fiſſis, vel ſemifiſſis vel integris. Et haec eſt generalis methodi a Cl. Auctore tradita idea, ſecundum quam decem et ſeptem auium ordines ad *Fiſſipedes*, nouem ad *Palmipedes* pertinent. Horum vero ordinum tres priores, in primo huius operis volumine continentur. Primus itaque ordo eas comprehendit aues, quae digitos habent quatuor Tom. I. p. 1.

tuor membranis deſtitutos, tres ſcilicet anteriores, vnum poſticum, omnes ad exortum vsque aut circiter diſcretos: roſtrum rectum: mandibulae ſuperioris apicem craſſiorem parumper et incuruum: nares membrana craſſa et mólli ſemitectos. Vnicum genus ad hunc ordinem refertur, *Columbae.* Huius generis ſequentes ſpecies in tabulis quindecim prioribus delineantur. T. I. quae octaua eſt totius operis: *Turtur carolinienſis, Turtur paruus fuſcus americanus* et *Turtur gutture maculato ſenegalenſis.* T. II. ſiue IX. *Turtur paruus americanus* ſ. Columba paſſerina LINN. *Turtur Cap. bonae ſpei* et *Turtur amboinenſis.* T. X. *Turtur ſenegalenſis* et *Columba viridis amboinenſis* T. XI. *Turtur torquatus ſenegalenſis* et *Columba viridis philippenſis.* T. XII. *Columba viridis martinicana* et *ruffa cayanenſis* ſ. montana LINN. T. XIII. *Turtur iamaicenſis*, ſ. Columba cyanocephalos LINN. et *Palumbus moluccenſis* T. XIV. *Palumbus coeruleus madagaſcarienſis* et *viridis madagaſcarienſis.* T. XV. *Palumbus amboinenſis* ſ. Colum-
p. 156. ba indica L. et *Turtur viridis amboinenſis.* Ordinis ſecundi aues roſtro conico incuruo a prioribus differunt. Habent vero ex his aliae caput paleis praeditum, quae domeſticae ſunt; vt *Gallopauo, Gallus* et *Meleagris* vel paleis carent, vt *Lagopus, Perdix* et *Phaſianus*, quae genera ſylveſtres aues comprehendunt. Ad Phaſianum Noſter genus Pauonis et Crax LINN. refert. Ex his pingitur: Tab. XVI. *Gallopauo* ſ. Meleagris Gallopauo LINN. XVII. *Gallus criſpus* LINN. et *iaponicus* XVIII. *Meleagris* ſ. Phaſianus meleagris LINN. XIX. *Bonaſa pyrenaica* mas et foemina XX. *Bonaſa canadenſis.* XXI. *Bonaſa canadenſis maior* et *Perdix montana* XXII. *Bonaſa ſcotica* et *Coturnix ludouiciana.* XXIII. *Perdix graeca* et *Francolinus* ſ. Tetrao orientalis L. XXIV. *Perdix ſenegalenſis* et *Coturnix madagaſcarienſis* XXV.

*Cotur-*

*Coturnix philippenſis*, *mexicana criſtata* et *Phaſianus varius* XXVI. *Phaſianus criſtatus indicus*, et *guianenſis* XXVII. *Pauo* criſtatus L. XXVIII. *Perdix finenſis* et *Pauo tibetanus*. XXIX. *Crax guianenſis* ſ. nigra L. Ad tertium ordinem pertinent eae aues, quae p. 307. a prioribus roſtro breui aduncо tantum diſtinguuntur. Rapaces autem ſunt omnes et carniuorae, variaeque earum ſpecies difficile a ſe inuicem ſeparantur, cum tantopere vel aetatis vel ſexus ratione colores mutent, vt non ſolum vna eademque ſpecies, ſed et vnum idemque individuum variis temporibus obſeruatum, ad plures ſpecies pertinere appareat. In aliis vero baſis roſtri cute nuda tegitur, vt in *Accipitre*, *Aquila* et *Vulture*: in aliis vero ea plumis antrorſum incumbentibus cooperta eſt, vt in *Aſione* et *Strigis* genere. A LINNAEO Aquila et Accipiter Noſtri ad Falconem, Aſio ad genus Strix dictum refertur. Sequentes icones in tabulis aeneis huic ordini adnexis continentur. Tab. XXX. *Accipiter minor* et *Gyrfalco* ſ. Falco gyrfalco L. XXXI. *Gyrfalco islandicus*. XXXII. *Aeſalon carolinienſis* ſ. Falco ſparnerius L. et *Aeſalon dominicenſis*. XXXIII. *Milaus regalis* ſ. Falco miluus L. XXXIV. *Aquila marina* ſiue *Haliaeetus* aut *Falco haliaeetus* L. XXXV. *Aquila ponticeriana* XXXVI. *Rex vulturum* ſ. Vultur papa L. XXXVII. *Scops* ſ. Strix ſcops L. et *Strix canadenſis*.

Secundum tomum quinque ordines efficiunt. T. II. Quarti ordinis aues conicum roſtrum elonga- p. 1. tum habent. Ex his *Coracia*, ſ. Vpupa LINN. *Coruus*, *Pica Garrulus* et *Nucifraga*, quae genera omnia ad Coruos retulit LINNAEUS, plumas habent, quae baſi roſtri incumbunt antrorſum, nareſque tegunt. In aliis vero plumae baſeos roſtri retrorſum verſae nares detectas relinquunt. Ad has

pertinent *Galgulus*, quod genus varias ſpecies, a LINN. ad Coraciae, Corui et Fringillae genera relatas, continet, *Icterus*, quod genus etiam ad Coraciam a LINN. translatum eſt et *Manucodiata* ſ. Paradiſaea L. Ex ſpeciebus, quas hicce ordo comprehendit, delineantur: Tab. I. *Coracia*, ſ. Vpupa pyrrhocorax L. et *Pyrrhocorax* II. *Monedula philippenſis* et *capit. b. ſp.* III. *Pica candida* et *ſenegalenſis* IV. *Garrulus cayanenſis* et *canadenſis fuſcus* V. *Nucifraga* ſ. Coruus caryocotactes L. et *Galgulus* ſ. Coracias garrulus L. VI. *Galgulus mindanoenſis* ſ. Coruus Benghalenſis L. et *garrulus ſinenſis* VII. *Galgulus angolenſis* et *indicus* VIII. *Icterus* et *Caſſicus ruber*. IX. *Caſſicus luteus* et *Xanthornus cayanenſis* X. *Icterus niger, minor viridis* et *minor ſpurius*. XI. *Icterus guaianenſis* et *Xanthornus mexicanus* XII. *Icterus minor* et *Xanthornus iamaicenſis, dominicenſis* et *icterocephalus cayanenſis* XIII. *Manucodiata* ſ. Paradiſaea apodo L. et *Manucodiata minor* ſ. Paradiſaea regalis
p. 139. L. Quinti ordinis aues roſtrum rectum et mandibulam ſuperiorem apice vtrinque emarginatam habent. Ex his roſtro conuexo ſunt *Lanius*, *Turdus*, *Cotinga*, quod nouum genus eſt, vnica ſpecie a LINNAEO ad Lanios relata excepta: roſtro horizontaliter baſi compreſſo et fere triangulari *Muſcicapa*, nouum quoque genus praeter paucas ſpecies ſub variis aliis generibus deſcriptas. Delineantur ex his ſequentes: Tab. XIV. *Lanius cayanenſis cinereus* et *cayanenſis naeuius*. XV. *Lanius cap. b. ſpei, ludovicianus* et *madagaſcarienſis minor viridis* XVI. *Lanius madagaſcarienſis minor* mas et foemina, *madagaſcarienſis coeruleus* et *cayanenſis luteus* XVII. *Lanius ſenegalenſis cinereus* et *ruber* XVIII. *Lanius lucionenſis, manillenſis, canadenſis* et *madagaſcarienſis rufus*. XIX. *Collurio madagaſcarienſis* et *Lanius madagaſcarienſis maior viridis*. XX. *Turdus iliacus* ſ. muſicus LINN. et *Merula criſtata cap. b. ſpei*. XXI. *Merula monta-*

*montana* et *ſinenſis criſtata minor* XXII. *Turdus arundinaceus* LINN. *Merula ſenegalenſis* et *oliuacea cap. b. ſpei* XXIII. *Turdus ſinenſis* et *Merula cap. b. ſpei* XXIV. *Merula canadenſis, madagaſcarienſis aurea*, et *borbonica*. XXV. *Merula alia madagaſcarienſis, cinerea madagaſcarienſis* et *cinerea indica*. XXVI. *Merula philippenſis* et *calua philippenſis* XXVII. *Merula dominicenſis, oliuacea dominicenſis* et *fuſca cap. b. ſpei*. XXVIII. *Merula ſolitaria philippenſis* et *Mainatus* L. Gracula religioſa L. XXIX. *Merula palmarum, palmarum atricapilla* et *Lanius cayanenſis ſtriatus* XXX. *Merula torquata cap. b. ſpei* et *viridis angolenſis* XXXI. *Merula viridis longicauda ſenegalenſis, oliuacea indica* et alia *indica* XXXII. *Merula viridis moluccenſis* et *viridis atricapilla moluccenſis* XXXIII. *Oriolus cochinſinenſis* et *merula ſolitaria manillenſis* XXXIV. *Cotinga purpurea, cinereo purpurea* et *Muſcicapa*. XXXVI. *Muſcicapa ſenegalenſis torquata, martinicana criſtata, capitis b. ſpei, torquata cap. b. ſpei* et *Tyrannus braſilienſis* XXXVII. *Muſcicapa maior cinerea madagaſcarienſis, ſenegalenſis pectore rufo* et *pectore nigro*, et *madagaſcarienſis maior nigra criſtata*. XXXVIII. *Muſcicapa martinicana fuſca, Tyrannus dominicenſis, Muſcicapa nigra cayanenſis* et *alia cayanenſis* XXXIX. *Muſcicapa borbonica, criſtata ſenegalenſis, cinerea canadenſis, criſtata borbonica* et *Tyrannus cauda bifurca*. XL. *Muſcicapa madagaſcarienſis longicauda, madagaſcarienſis albicilla longicauda* et *madagaſcarienſis varia longicauda*. XLI. *Muſcicapa criſtata* et *criſtata alba vtraeque ex Cap. b. ſpei* Coruus paradiſii LINN.

Sexti ordinis aues roſtrum rectum mandibulamque p. 437.
integram vtramque habent. *Buphagi* genus roſtrum ſubquadrangulare, paululum ſuperne conuexum inferne anguloſum, *Sturnus* conuexum, apice obtuſum, apicis latitudine craſſitiem ſuperante habet. Delineatur Tab. XLI. *Sturnus cap. b. ſpei* L.

Sturnus contra L. XLII. *Sturnus ludouicianus* et *Bu-*
p. 453. *phagus*. Characterem ſeptimi ordinis exprimit roſtrum gracile parum arcuatum, reliquae partes partibus auium priorum ordinum ſimiles ſunt. Ad hoc genus numeratur *Vpupa*, quae in capite corollam longitudinalem, plumoſam, in duplici ſerie parallela diuiſam et plicatilem gerit, et *Promerops*, genus ſcilicet ſimplici capite donatum. Tab. XLIII. *Vpupae* ſ. Vpupae epops L. et *Promeropis* figuras
p. 469. exhibet. Octaui ordinis aues a prioribus diſtinguuntur roſtro minimo baſi horizontaliter compreſſo, apice adunco; et oris rictu capite ampliore. *Caprimulgi* genus ex generibus huius ordinis ſimplicem caudam, *Hirundines* duplicem habent. Delineantur ex huius ordinis ſpeciebus ſequentes: Tab. XLIV. *Caprimulgus* europaeus LINNAEI. XLV. *Hirundo ſenegalenſis*, *martiniana*, *americana* et *riparia ſenegalenſis*. XLVI. *Hirundo cayanenſis*, *riparia cochinſinenſis* ſ. eſculenta L. et *apos cochinſinenſis*.

T. III. In tertii Voluminis initio Cl. Auctor ad nouum
p. 1. progreditur ordinem. Continentur in eo aues digitis quatuor membranis deſtitutis, tribus ſcilicet anticis, vno poſtico, omnibus circiter ad exortum vsque diſcretis, cruribus ad calcaneum vsque plumoſis et roſtro conico attenuato. Sectio prima earum eſt, quae mandibulam vtramque rectam habent. *Tangara* ſcilicet, *Carduelis*, *Paſſer*, *Coccothraustes*, *Emberiza*, quae genera LINNAEUS omnia ad Loxiae, Emberizae et Fringillae genus vario modo refert. Secundae ſectionis aues ſuperiorem mandibulam aduncam habent, *Colius* nimirum et *Pyrrhula*, quam ad Loxiam retulit LINNAEUS. Mandibulam vero vtramque aduncam apicibus ſe decuſſantibus *Loxia* BRISSONII habet. Pinguntur ex his Tab. I. *Tangara*, *Epiſcopus auis*, *Tangara cayanenſis coeru-*

*lea*

*lea et braſilienſis coerulea.* II. *Tangara cayanenſis nigra, braſilienſis nigro lutea, cayanenſis nigro lutea, dominicenſis* et *cardinalis canadenſis.* III. *Cardinalis* et *cardinalis purpureus* mas et foemina ſ. Fringilla gyrola L. IV. *Tangara Peruuiana viridis, viridis indica punctata, cayanenſis viridis* et *Carduelis candida et nigra.* V. *Paſſer ſylueſtris, paſſerculus cap. b. ſpei* ſ. Emberiza alario LINN. *alius paſſer capitis b. ſpei,* et *erythrorynchos capit. b. ſpei.* VI. *Paſſer erythrorynchos ſenegalenſis, cardinalis madagaſcarienſis, cardinalis cap. b. ſpei* ſ. Emberiza Orix L. et *cardinalis dominicanus* ſ. Loxia dominicana L. VII. *Paſſer niger, Fringilla ſinenſis, Maia ex inſula cuba* et *chloris iauenſis.* VIII. *Vidua* ſ. Emberiza paradiſaea L. *Vidua minor,* et *Chloris ludouiciana vulgo papa dicta* ſ. Emberiza ciris L. IX. *Vidua riparia africana, maia ſinenſis, Granatinus* ſ. Fringilla braſiliana L. X. *Bengalus* ſ. Fringilla angolenſis L. *Senegalus ruber, Bengalus fuſcus, Bengalus punctulatus* ſ. Fringilla Amandaeca L. *Senegalus ſtriatus* ſ Loxia aſtrild. L. XI. *Coccothraueſtes capitis b. ſpei, lutea capitis bonae ſpei, cayanenſis, ſinenſis cinerea* ſ. Loxia oryzouora L. XII. *Coccothraueſtes philippenſis, ludouiciana,* et *canadenſis* ſ. Loxia enucleator L. XIII. *Coccothraueſtes iauenſis, naeuia* ſ. Loxia punctulata L. *moluccenſis, barbarica* et *emberiza dominicenſis* XIV. *Emberiza canadenſis coerulea, Hortulanus ludouicianus* et *Hortulanus cap. b. ſpei* XV. *Fringilla niualis, ſenegalenſis* et *Hortulanus carolinienſis* ſ. Fringilla oryziuora L. XVI. *Fringilla cap. b. ſpei, Colius cap. b. ſpei,* et *Colius ſenegalenſis criſtatus.* XVII. *Pyrrhula africana nigra minor, braſilienſis coerulea* et *Loxia* curuiroſtra LINNAEI XVIII. *Nidus Coccothraueſtis philippenſis.*

Ordo decimus continet aues roſtro ſubulato inſtructas, quoad reliqua hactenus recenſitis ſimiles. Ex his nares detectas habent *Alauda* et *Fitedula* ſ. Motacilla P. 333.

tacilla L. In *Paro* contra nares plumis baſeos roſtri operiuntur. Sequentes vero figurae exhibentur. Tab. XIX. *Alauda candida, ſenegalenſis criſtata* et *Alauda cap. b. ſpei.* XX. *Alauda arborea* L. *maior* ſ. calandra L. *Rubetra ſenegalenſis* XXI. *Curruca cinerea ſiue cineraria* ſ. Motacilla ſyluia L. *Vitiflora griſea* ſ. Variet. *α.* motacillae oenanthe L. *Vitiflora cinerea et rufeſcens* XXII. *Luſcinia madagaſcarienſis, Curruca naeuia cap. b. ſpei, Rubetra philippenſis* et *Ficedula martinicana.* XXIII. *Rubetra, Rubetra philippenſis* et *Motacilla flaua.* XXIV. *Rubetra maior ſeu rubicola* ſ. Motacilla rubetra L. *Rubetra luciuenſium* mas et foemina et *madagaſcarienſis* et *Ficedula madagaſcarienſis maior* XXV. *Motacilla cinerea, iauenſis, capitis b. ſpei* et *Vitiflora rufeſcens* XXVI. *Ficedula Canadenſis maior, dominicana minor, canadenſis, ludouiciana* et *alia dominicana.* XXVII. *Ficedula canadenſis cinerea, canadenſis cinerea minor, canadenſis fuſca, canadenſis icterocephalos, dominicana cinerea* et *dominicana varia* XXVIII. *Syluia canadenſis coerulea, Ficedula madagaſcarienſis minor, borbonica, Syluia viridis* et *Ficedula dominicana fuſca.* XXIX. *Parus canadenſis atricapillus, polonicus ſiue*
p. 587. *pendulinus* LINN. Ordinis vndecimi, qui vnicum *Sittae* genus comprehendit, character in roſtro cuneiformi conſiſtit. Siſtit Tab. XXIX. adhuc *Sittam eu-*
p. 601. *ropaeam* L. et *canadenſem.* Ordinis duodecimi aues roſtrum habent filiforme, quod vel arcuatum eſt in *Certhia* et *Polytmo*, quem LINNAEUS ad Trochili genus refert, vel rectum in *Mellifuga* ſ. Trochilo L. Exhibetur vero Tab. XXX. *Certhia muralis* ſ. familiaris L. *philippenſis* et *griſea* XXXI. *Certhia capitis bonae ſpei. philippenſis purpurea* mas et foemina *cayanenſis* ſ. coerulea LINN. et *braſilienſis coerulea.* XXXII. *Certhia torquata capitis b. ſpei, madagaſcarienſis violacea, violacea braſilienſis* et *philippenſis minor.*

XXXIII.

XXXIII. *Certhia madagaſcarienſis oliuacea, cayanenſis viridis, braſilienſis nigricans, madagaſcarienſis viridis* mas et foemina et *longicauda minor capitis b. ſpei.* XXXIV. *Certhia longicauda ſenegalenſis, longicauda capitis b. ſpei, ſenegalenſis violacea, philippenſis oliuacea,* et *martinicana ſeu ſaccharivora* ſ. Certhia p. la LINN. XXXV. *Polytmus ig[illegible]* ſ. Trochilus mango LINN. *Pol[illegible] mexicanus* ſ. Trochilus holoſericeus I *Polytmus cayanenſis violaceus* et *cayanenſis longicauda.* XXXVI. *Melliſuga* ſ. Trochilus minimus L. *Melliſuga gutture naeuio cayanenſis, alia cayanenſis* ſ. Trochilus niger L. *Melliſuga ventre griſeo cayanenſis, Melliſuga gutture rubro carolinenſis* mas et foemina ſ. Trochilus colubris et tormineo L. *Melliſuga ventre albo cayanenſis, dominicenſis* ſ. Trochilus Surinamenſis L. et *Melliſuga cayanenſis cauda bifurca.* XXXVII. *Melliſuga gutture topazino braſilicana, criſtata* ſ. Trochilus criſtatus L. *Melliſuga maior cayanenſis, Melliſuga gutture rubro braſiliana, alia braſiliana cauda bifurca,* et *violacea cauda bifurca iamaicenſis.*

Eorum autem ordinum, qui quartum huius operis tomum conſtituunt, primus eſt decimus tertius. Aues, quas Cl. BRISSON huic ordini adnumerat, habent omnes digitos quatuor membranis deſtitutos, duos ſcilicet anticos, totidemque poſticos, cruraque ad calcaneum vsque plumoſa. Ex illis vero ſub prima ſectione enumerantur eae, quae roſtro recto inſtructae ſunt, linguamque longiſſimam et lumbriciformem habent, vt *Torquilla* ſ. Ignius et *Picus.* Quae vero lingua roſtrum longitudine non ſuperante roſtroque longiſſimo quadrangulari acuto inſtructae ſunt vt *Galbula* ſ. Alcedo L. ad ſecundam ſectionem pertinent. Tertiae Sectionis aues roſtrum modice deorſum inflexum, ſuperne conuexum, lateraliter compreſſum habent, *Bucco* nimirum et *Cuculus.* T. IV, p. 1,

Quar-

Quartae ſectionis aues roſtrum breue et aduncum gerunt, cuius latitudo vel craſſitiem ſuperat vt in genere *Trogonis*, vel craſſities latitudinem, vt in *Crotophago* et *Pſittaco*. Quae vero huius ordinis aues roſtro longo, craſſitie caput aequante ferme inſtar denticulato: vtriusque mandibulae apice deorſum [illegible] linguaque pennae aemula donatae ſunt, eae ad *Tucanae* [illegible] quod Ramphoſtos L. eſt, pertinent, quod quintam ſectionem conſtituit. Plures huius ordinis ſpecies in tabulis adnexis delineantur, nimirum Tab. I. *Torquilla* ſ. Ignius torquilla L. et *Picus niger canadenſis criſtatus*. II. *Picus varius* ſ. medius L. et *Picus varius canadenſis*. III. *Picus virginianus* ſ. erythrocephalos L. et *Picus dominicanus ſtriatus minor* IV. *Picus dominicenſis ſtriatus*, et *alius dominicenſis minor* V. *Galbula iacamar* et *galbula iacamar longicauda* ſ. Alcedo dea L. VI. *Picus capitis bonae ſpei* et *Bucco*. VII. *Bucco cayanenſis*, *philippenſis*, *mayanenſis* et *Bucco cayanenſis naeuius*. VIII. *Cuculus ſenegalenſis*, et *cayanenſis*. IX. *Cuculus cayanenſis naeuius* et *Cuculus naeuius indicus*. XI. *Cuculus criſtatus coromandelenſis* et *Cuculus naeuius malabaricus*. XII. *Cuculus naeuius mindanenſis* et *criſtatus madagaſcarienſis* XIII. *Cuculus coeruleus madagaſcarienſis* et *alius madagaſcarienſis*. XIV. *Cuculus ſiamenſis criſtatus* et *coeruleus ſinenſis*. XV. *Cuculus maior madagaſcarienſis* mas et foemina. XVI. *Trogon cayanenſis cinereus* et *Cuculus cayanenſis minor* XVII. *Trogon cayanenſis viridis* et *Cuculus roſtro longo iamaicenſis*. XVIII. *Crotophagus* ſ. Crotophaga ani L. et *Crotophagus maior* XIX. *Ara braſilienſium* et *Pſittaca cyanocephala*. XX. *Ara braſilienſis cyanocroceа* ſ. Pſittacus ararauna L. XXI. *Cacatua* XXII. *Pſittacus lucionenſis* et *Cacatua minor*. XXIII. *Lorius philippenſis* ſ. Pſittacus lory L. et *Lorius moluccenſis* ſ. Pſittacus garrulus L. XXIV. *Lorius orientalis indiae* ſ. Pſit-

ſ. Pſittacus domicella L. et *Pſittacula ſenegalenſis* XXV. *Pſittacus amazonicus gutture coeruleo* et *Pſittaca indica coccinea* XXVI. *Pſittacus amazonicus braſilienſis* et *Pſittacus amazonicus varius* ſ. Pſittacus aeſturius L. XXVII. *Pſittaca borbonica torquata* et *Pſittaca cayanenſis* XXVIII. *Pſittaca guianenſis* et *Pſittaca amboinenſis coccinea*. XXIX. *Pſittaca ginginiana* et *alia ginginiana erythrocephalos*. XXX. *Pſittacula philippenſis*, *Pſittacula madagaſcarienſis* et *Pſittacula gutture luteo*. XXXI. *Tucana cayanenſis gutture luteo* et *Tucana cayanenſis gutture albo*. XXXII. *Tucana braſilienſis gutture luteo* ſ. Ramphoſtos piperiuorus L. et *Tucana cayanenſis torquata* ſ. Ramphoſtos tucanus L. XXXIII. *Tucana braſilienſis viridis* et *cayanenſis viridis*. Qui hunc ordinem excipit decimus quartus aues continet, quae digitis quatuor membranis deſtitutis, tres, ſcilicet anticis vnoque poſtico; medio trium anteriorum cum extimo digito trium articulorum ſpatio, cum intimo primi tantum articuli interuallo arcte cohaerente: et cruribus ad calcaneum vsque plumoſis praeditae ſunt. Huius ordinis aues aliae roſtro donantur leui, et verſus apicem lateraliter compreſſo *Rupicola* nimirum et *Manacus*, quod genus a LINNAEO ad *Parum* refertur: vel roſtro conico, ſerrae inſtar denticulato vtriusque mandibulae apice deorſum incuruo, vt *Momotus*: vel roſtro recto longiuſculo vt *Iſpida*? ad Alcedinem a LINNAEO relata et *Todus*, quod genus etiam ſpecies quasdam Alcedinis L. continet: vel roſtro arcuato et acuto, vt *Apiaſter* ſ. Merops LINNAEI: vel denique roſtro craſſo et falciformi, vt *Hydrocorax* ſ. Buceros L. Horum vero generum ſequentes ſpecies depictae ſunt. Tab. XXXIV. *Rupicola*, *Manacus ruber* ſ. Parus aureola XXXV. *Manacus niger criſtatus*, *Manacus albo-capillus* ſ. Parus pipra L. et *Momotus* XXXVI. *Manacus gutture albo*, *Manacus fronte alba* et *Iſpida capitis b. ſpei* XXXVII. *Iſpida indica*, P. 435.

*dica, torquata indica et criſtata philippenſis.* XXXVIII. *Iſpida madagaſcarienſis* et *coerulea madagaſcarienſis.* XXXIX. *Iſpida ſenegalenſis* et *alba et nigra* ſ. Alcedo rudis L. XL. *Iſpida ſenegalenſis maior* et *ternatana* XLI. *Iſpida criſtata mexicana* et *Todus* ſ. Alcedo todus L. XLII. *Apiaſter madagaſcarienſis* et *madagaſcarienſis torquatus.* Merox viridis L. XLIII. *Apiaſter maior philippenſis* et *minor philippenſis.* XLIV. *Apiaſter angolenſis, Apiaſter inſulae franciae* et *apiaſter erythrocephalus indicus* XLV. *Hydrocorax* XLVI. *Hydrocorax ſenegalenſis roſtro nigro* et *ſenegalenſis roſtro rubro.*

T.V. p. 11. Ordinis decimi quinti, qui Voluminis quinti initium facit, aues digitos habent membranis deſtitutos, crura in parte inferiore plumis denudata ſunt: alaeque pro mole corporis exiguae et volatui inutiles, nam ob hanc alarum breuitatem, moli corporis comparatam, nunquam volant. Aliae earum duos tantum habent digitos anticos, poſticos nullos vt *Struthio*, aliae anticos tres, poſticos nullos, vt *Rhea* ſ. Struthio-americanus L. et *Caſuarius* ſ. Struthio-caſuarius L. aliae anticos tres, poſticum vnum vt *Raphus* ſiue Struthio cucullatus L. In tabulis p. 17. aeneis delineantur Tab. I. *Struthio* et *Caſuarius.* Ordinis decimi ſexti aues habent digitos tres anticos, membrana deſtitutos, poſticum nullum, crura in parte inferiore planis denudata, alasque ſat magnas et volatui idoneas. Diuiduntur vero eius ordinis aues in tres ſectiones, in prima continentur illae, quae roſtrum habent conico-incuruum: in ſecunda, quae roſtro donantur recto et longiſſimo, in apice craſſiori, vt *Himantopus*, Charadrius et *Oſtralega:* ſ. Haemontopus L. in tertia, quae roſtrum rectum et breue in apice craſſius habent. vt *Pluuialis.* ſ. Charadrius L. Delineantur in tabulis; Tab. II. *Otis minor,*

*minor*, *Anas campeſtris vulgo dicta*, ſ. Otis tetrax L. mas et foemina III. *Himantopus* ſ. Charadrius himantopus L. *Oſtralega Pica marina vulgo dicta*, ſ. Haemantopus oſtralegus L. IV. *Pluuialis aurea* ſ. Charadrius pluuialis L. *Pluuialis minor ſiue Morinellus* ſ. Charadrius morinellus L. V. *Pluuialis torquata* an Charadrius Alexandrius? an Aegyptius L.? *Pluuialis torquata minor* ſ. Charadrius hiatricula L. VI. *Pluuialis dominicenſis aurea et dominicenſis torquata.* VII. *Pluuialis maior oedicnemus vulgo dicta* ſ. Charadrius oedicnemus L. et *Pluuialis ſenegalenſis armata.* Ordinis decimi ſeptimi aues cum auibus ordinis praecedentis conueniunt in omnibus, ſolis digitis exceptis, quorum tres anticos vnumque poſticum habent. Ex iis roſtro recto et apice craſſiori ſunt *Vanellus* ſ. Tringae L. ſpecies et *Iacana* ſ. Fulicae L. ſpecies, roſtro ſubrecto ſurſum modice tendente et horizontaliter paullulum compreſſo *Arenaria* ſ. Tringa LINN. roſtro ſuperne conuexo et apice lateraliter compreſſo, *Glareola:* roſtro recte et lateraliter compreſſo, *Rallus:* roſtro gracili *Tringa*, *Limoſa* Scolopacis L. ſpecies continens et *Scolopax:* roſtro deorſum arcuato *Numenius*, etiam ad Scolopacem a LINNAEO relatus: roſtro recto horizontaliter plano ipſius apice ampliato, ſubrotundo, ſpathae-formi *Platea* ſ. Platalea LINN. roſtro craſſo et longo *Ciconia* Ardeae L. ſpecies, *Ardea* et *Scopus:* roſtro craſſo et breui, ipſiusque mandibula ſuperiore cochleari formi, apice vnguiculato *Cochlearius:* roſtro breui, recto apice conico *Balearica*, quae in capite ornatur corolla plumis, graminis radicum aemulis, conflata et Ardeae L. ſpecies eſt; roſtro conico incuruo *Cariama* et *Anhima:* roſtro conico lateraliter compreſſo *Porphyrio* Fulicae L. Species. Ex his pingitur Tab. VIII. *Vanellus* ſ. Tringa vanellus L. et *Vanellus armatus Ludouicianus.* IX. p. 91.

*Vanel-*

*Vanellus griſeus* ſ. Tringa ſquatarola L. et *Vanellus varius* X. *Vanellus heluetic.us* et *ſenegalenſis armatus* XI. *Iacana armata fuſca* et *arenaria cinerea* XII. *Glareola* et *Rallus aquaticus* LINN. XIII. *Rallus aquaticus minor ſ. Maruetta*, et *Rallus geniſtarum ortygometra* ſ. Rallus crex L. XIV. *Rallus Philippenſis et philippenſis ſtriatus* XV. *Rallus philippenſis torquatus* et *philippenſis fuſcus* XVI. *Tringa* ſ. Tringa ochiopus L. et *Guinetta* ſ. Tringa hypoleucos L. XVII. *Totanus* ſ. Scolopax totanus L. et *Totanus cinereus* ſ. Tringa littorea L. XVIII. *Totanus ſtriatus* et *naeuius* XIX. *Cinclus* et *cinclus torquatus* XX. *Calidris* et *Calidris griſea minor*, XXI. *Calidris naeuia* et *griſea* XXII. *Pugnax* ſ. Tringa pugnax L. anas et foemina XXIII. *Limoſa griſea* et *fuſca*. XXIV. *Cinclus dominicenſis* et *Limoſa griſea maior* XXV. *Limoſa rufa* ſ. Scolopax Lapponica L. *Cinclus dominicenſis minor* XXVI. *Gallinago* ſ. Scolopax gallinago L. et *Gallinago minor* XXVII. *Numenius minor* ſ. Scolopax phaeopus L. et *Numenius viridis* XXVIII. *Numenius madagaſcarienſis* XXIX. *Numenius braſilienſis coccineus* ſ. Scolopax rubra L. diuerſae aetatis XXX. *Platea roſea* ſ. Platalea aiaia L. XXXI. *Ciconia fuſca* ſ. Ardea ciconia nigra L. XXXII. *Ciconia alba* ſ. Ardea ciconia XXXIII. *Grus* ſ. Ardea grus LINNAEI XXXIV. *Ardea cinerea* L. XXXV. *Ardea criſtata* XXXVI. *Ardea griſea et criſtata purpuraſcens* XXXVII. *Botaurus* ſ. Ardea ſtellaris L. et *Cancrophagus philippenſis* XXXVIII. *Cancrophagus viridis* ſ. Ardea vireſcens L. et *Cancrophagus viridis naeuius* XXXIX. *Nycticorax* ſ. Ardea nycticorax L. XL. *Ardeola* et *Ardeola naeuia* XLI. *Balearica* ſ. Ardea pauonina L. XLII. *Porphyrio* ſ. Fulica porphyrio L. et *Porphyrio minor*.

Progre-

Progredimur ad ſexti ſiue vltimi voluminis con- T. VI.
tentâ, in quo Cl. BRISSON *Palmipedum* ordines p. 1.
recenſet. Initium vero huius decimus octauus ordo facit, cuius aues digitis quatuor, tribus anticis, vnoque poſtico, per totam longitudinem membranis auctis fiſſis praeditae ſunt. Habent vero earum aliae digitos membranis ſimplicibus obſitos vt *Gallinula*, quae a LINNAEO ad fulicas refertur; aliae membranis emarginatis, vt *Phalaropus* ſ. Tringae ſpecies, et *Fulica*. Tab. I. delineatur *Gallinula* mas et foemina ſ. Fulica choropus L. II. *Fulica* nigricans L. et maior ſ. *diabolus marinus* ſ. aterrima Ordinis decimi noni aues digitis quatuor, tribus anterioribus membranis inter ſe ſemifiſſis connexis poſtico ſoluto, cruribus ad podicem poſitis, et extra abdomen conditis praeditae ſunt, et ad vnicum *Colymbi* genus pertinent. Depingitur Tab III. *Colymbus* et *Colymbus criſtatus minor* IV. *Colymbus criſtatus* V. *Colymbus cornutus* ſ. criſtatus L. et *Colymbus cornutus* et *fluuiatilis dominicenſis*. Ordinis viceſimi genera donantur digitis tribus anticis, membranis integris inter ſe connexis, poſtico nullo: cruribus p. 69.
ad podicem poſitis et intra abdomen conditis. Ex his *Vria* roſtrum rectum et acutum; roſtrum vero lateraliter planum, transuerſim ſtriatum *Fratercula* et *Alca* habent, quae genera omnia ſub vnico Alcae genere a LINNAEO deſcribuntur. Sequentes vero ſpecies figurae ſiſtunt. Tab. VI. *Vria* ſ. Alca lommia L. et *Fratercula* ſ. Alca arctica L. VII. *Alca maior* ſ. impennis L. VIII. *Alca* torda L. et *Alca minor*. Viceſimi primi ordinis aues digitis qua- p. 95.
tuor, tribus ſcilicet anticis, membranis inter ſe connexis, poſtico ſoluto: cruribus ad podicem poſitis et intra abdomen conditis, praeditae ſunt. Aliae ex iis roſtrum rectum apicemque ſuperioris maxillae aduncum habent, vt *Spheniſcus* ſ. Diomedea L. et

*Catarractes* ſ. Phaethon L. aliae roſtrum rectum et acutum vt *Mergus*. Tab. IX. ſiſtitur *Spheniſcus naeuius* ſ. Diomedea demerſa L. X. *Mergus maior* et *minor* XI. *Mergus gutture ruffo*, et *maior naeuius*. Vni-
p. 125. cum *Albatri* genus vnicaque eius ſpecies a LINNAEO ad Diomedeas relata ordinem viceſimum ſecundum conſtituit. Habet ea digitos tres anticos membranis integris inter ſe connexos, poſticum nullum, et crura circa corpus medium et extra ab-
p. 129. domen poſita, corpore breuiora. Aues autem, quas Cl. BRISSON ordine viceſimo tertio enumerat, digitis quatuor, tribus anterioribus, membranis inter ſe connexis, poſtico ſoluto, cruribus circa corpus medium et extra abdomen poſitis, corpore breuioribus et roſtro edentulo inſtructae ſunt. Aliae earum roſtrum verſus apicem aduncum habent, vt *Puffinus*, quod genus a LINNAEO ſub Procellariae genere quoque comprehenditur, *Procellaria*, *Stercorarius*, qui Lari LINNAEI ſpecies eſt, et *Larus*: aliae roſtrum rectum et lateraliter planum, vt *Sterna* et *Rygchopſalia* ſ. Rynchops LINNAEI. Pinguntur ſequentes ſpecies huius ordinis. Tab. XII. *Puffinus cinereus* et *Procellaria tinerea* XIII. *Procellaria* pelagia L. et *Stercorarius ſtriatus* XIV. *Larus cinereus*. XV. *Larus varius ſiue Skua* XVI. *Gauia cinerea* ſ. Larus canus L. et *Gauia cinerea maior*. XVII. *Gauia cinerea minor* et *cinerea naeuia* XVIII. *Gauia ridibunda* ſ. Larus atricilla L. et *Gauia fuſca* ſ. Sterna ſtolida XIX. *Sterna* ſ. Sterna hirundo L. et *Sterna minor* ſ. nigra L. XX. *Sterna nigra* et *naeuia* ſ. Rallus lariformis L. XXI. *Sterna fuſca* et
p. 229. *Rygchopſalia* ſ. Rynchops nigra L. Ordo viceſimus quartus ea auium genera complectitur, quae digitis quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter ſe connexis, poſtico ſoluto, cruribus circa corpus medium et extra abdomen poſitis, corpore breuiori-

vioribus et roſtro denticulato praedita eſſe deprehenduntur. Quae vero ad hunc ordinem referuantur aues, eae ſunt roſtro vel ſubcylindraceo, mandibulae ſuperioris apice adunco, vt *Merganſer*, quod genus quasdam Mergi LINNAEI ſpecies comprehendit, vel roſtro ſuperne conuexo, inferne planiuſculo, vt *Anſer* et *Anas*. Continentur in tabulis aeneis ordinis huius ſpecies ſequentes Tab. XXII. *Merganſer*. XXIII. *Merganſer criſtatus* ſ. Mergus merganſer L. XXIV. *Merganſer criſtatus minor ſiue Albellus* ſ. Mergus albellus L. mas et foemina XXV. *Merganſer cinereus* XXVI. *Anſer ſyluestris canadenſis* L. XXVII. *Anſer Aegyptius*. XXVIII *Cygnus ferus* ſ. Anſer cygnus L. XXIX. et XXX. *Anſer lanuginoſus ſiue Eider* mas et foemina ſ. Anas molliſſima L. XXXI. *Brenta* ſ. Anas bernicla L. XXXII. *Anas clypeata* ſ. clypeata L. et platyrrhynchos L. et *Anas aeſtiua* ſ. ſponſa L. XXXIII. *Anas ſtrepera* L. et *Anas adorna* L. XXXIV. *Anas longicauda* mas et foemina XXXV *Penelope* ſ. Anas fenna L. et *Anas fiſtularis* ſ. penelope L. XXXVI. *Anas glaucium* L. mas et foemina XXXVII. *Glaucium minus* ſ. Anas faligula L. et *Anas clangula* L. XXXVIII. *Anas fiſtularis americana*, ſiue *Anas autumnalis* et *Anas nigra* L. XXXIX. *Anas querquedula* L. mas et foemina XL. *Querquedula minor* ſ. Anas crecre L. et *Querquedula ferroenſis* XLI. *Querquedula ludouiciana* ſ. Anas albeola L. et *Querquedula dominicenſis*. Aues ordinis viceſimi quinti digitis quatuor, omnibus membranis integris inter ſe connexis: cruribus circa corpus medium et extra abdomen poſitis, corpore breuioribus praeditae ſunt. Ex his roſtrum acutum habet *Anhinga* et *Lepturus* ſ. Phaeton L. roſtrum vero apice aduncum *Sula* ſ. Pelecanus L. *Phalacrocorax*, qui etiam ad Pelecanum a LINNAEO refertur et *Onocrotalus*. Tab. XLII. pingitur *Lepturus* ſ. Phaeton aethe-

p. 475.

aethereus L. et *Lepturus candidus* XLIII. *Sula fusca* et *Fregata*. f. Pelecanus aquilus L. XLIV. *Bassana* f. Pelecanus bassanus L. XLV. *Phalacrocorax* f. Pelecanus carbo L. et XLVI. *Onocrotalus philippensis.*

p. 531. Aues ordinis vicesimi serti digitis quatuor, tribus anterioribus membranis integris inter se connexis, postico soluto, cruribus circa corpus medium et extra abdomen positis, corpore longioribus, praeditae sunt. Ex his *Phoenicopterus* rostrum denticulatum habet, *Auocetta* f. Recuruirostra L. et *Corrira* edentulum. Delineatur Tab. XLVII. *Phoenicopterus ruber* L. et *Auocetta* f. Recuruirostra auosetta LINN.

In supplemento, sexto huius operis volumini adnexo, Cl. BRISSON tredecim nouas species, quae ad eum sub ipsa huius libri impressione accesserunt, aliasque varias ex EDWARDI opere describit. Multa quoque synonyma specierum, quae totum hoc opus continent, ex variis autoribus in primis ex decima editione systematis LINNAEI addit. Sex tabulae aeneae, quae ad hoc supplementum pertinent, sequentes aues exhibent. Tab. I. *Falco pedibus gemmatis* II. *Corvus borealis albus* et *Xanthornus ictterocephalus americanus*. III. *Merula surinamensis, Merula atricapilla cap. b. spei* et *Muscicapa cayanensis rufa*. IV. *Tangara cayanensis varia chlorocephala, Tangara cayanensis varia cyanocephalos, cayanensis nigra crista*, et *Cardinalis americanus* V. *Coccothraustes americana coerulea*, et *Curruca grisea naevia*. VI. *Gallinago capitis bonae spei*.

Singulis Voluminibus et supplemento huic adiectus est index omnium nominum auium ex variis linguis in opere adductorum.

Operis

Operis huius, cuius tertiam classem iam adduximus, altera editio prodiit, quae latinum tantum textum continet, Lugduni Batauorum octaua forma apud Theodorum Haak. Tomus eius primus anno 1762 editus primam et secundum classem Brissoniani operis comprehendit, secundus et tertius 1763 prodierunt. Addidit tamen editor, quem Cl. ALAMAND esse ferunt, descriptiones nonnullorum animalium, quorum Cl. BRISSON non meminit. Sunt vero ea: *Guanaco siue Camelus pilis prolixis et crassis vestitus. Ibex imberbis. Rupicapra Sibirica. Bos cornubus destitutus. Bos cornibus pendulis. Bos cauda equina. Mangarsahoc siue equus auriculis longis et pendulis. Cuniculus insigniter caudatus. Cuniculus cauda longissima. Sciurus maximus volans siue Felis volans. Mus albus ceylonicus. Musaraneus aquaticus.* Ad *Manati* descriptionem addita est nouissima STELLERI huius animalis historia. Nec non ex eodem *Vrsus marinus* et *Leo marinus*. Secundus tomus Ornithologiae initium, decem scilicet priores auium ordines, tertius Ornithologiae finem sistunt. Partter in hac editione gallicus textus omissus, latinus vero ita concisus est, vt, quae ad aues ad genera sua, ordines speciesque referendas requiruntur, haud praetermissae sint. Reliqua descriptio, integra quidem sed breuius expressa comparet. In citationibus autorum, iconum indicatione, et descriptionibus ex aliis scriptoribus repetitis varia quoque Cl. Editor mutauit, solasque Gallicas, Anglicas, Germanicas et Belgicas denominationes seruauit. Quae in sexaginta vltimis tabulis FRISCHII depictae fuerant aues, etiam hoc inseruit. Adiecit quoque sequentes aues, quas Cl. BRISSON videre non licuit; *Cran: vertice cono corneo onusto* quae species Phasiani in insula Curassao habitat. *Troyen Ceylonensis.* T. I. p. 35. T. II. p. 87.

T. III p. 91. *nenſis. Hydrocorax indicus. Pluuialis minima indica.* Ex FRISCHIO vero ſequentes anatum varietates Cl. editor ſubiunxit: *Anas domeſtica cirrata. Anas perſica. Anas fera nigra. Penelope capite fuſco. Querquedula pectore ſubruſo*, et *Querquedula macula in fronte nigra.*

## III.

Hiſtoire abregée des inſectes, qui ſe trouvent aux environs de Paris, dans laquelle ces animaux ſont rangés ſuivant un ordre methodique. a Paris chez Durand 1762. Tom. I. Alph. 3. Tab. aen. 10. Tom. II. Alph. 3. pl. 18. Tab. aen. 12.

i. e.

Epitome hiſtoriae inſectorum, quae in agro Pariſienſi reperiuntur, in qua haec animalia ad ordinem methodicum diſpoſita ſunt.

Longe plura profecto a Cl. huius libri Auctore, quem Cl. GEOFFROY iuniorem eſſe percepimus, hoc ipſo opere praeſtita ſunt, quam quae titulo indicantur. Recenſentur enim non ſolum nomina inſectorum, quae in agro Pariſienſi a Cl. Auctore eiusque amicis ad vnum alterumque milliare ab vrbe inuenta et collecta fuerunt, eaque ipſa, characteresque eorum, nec non locus quo naſcuntur, et vita ample et eleganter deſcribuntur; ſed et methodica eorum diſpoſitio traditur. Cum enim LINNAEI methodus non in omnibus Noſtro arriſerit, ſedulo ille in inſectorum characteres inquiſiuit, et ex his multa noua genera conſtituit, eorum definitiones tradidit, eaque a ſe inuicem non vno ſed pluribus ſignis diſtinguere annixus eſt. Accedit ſatis

tis magna generum, ſpecierum et varietatum noua-
rum aut nondum penitus cognitarum copia, qua,
vt additarum figurarum elegantia, operis huius
praeſtantia quam maxime augetur. Non tamen in
omnibus Noſter a LINNAEO receſſit, ſed et ordi-
nem et nomina eius ſaepiſſime ſeruauit, ſuoque li-
bro inſeruit.

Praemiſſa eſt breuis aliqua praecipuorum ſcri-
ptorum, qui de inſectis egerunt, recenſio. Hanc p. 1.
generalis aliqua in hiſtoriam inſectorum introductio
excipit, in qua de hiſce animalculis Noſter in vni-
verſum eleganter diſputat, partium praecipuarum
deſcriptionem dat, et generationem, metamor-
phoſin ſeu euolutionem eorum, tandemque nutritio-
nem explicat. Ad ipſam vero ſyſtematicam diui- p. 46.
ſionem accedens, inſecta in vniuerſum in ſex ſectio-
nibus deſcribit. Harum prima *Coleoptera*, ſecunda
*Hemiptera*, tertia *Tetraptera alis farinaceis*, quarta
*Tetraptera alis nudis*, quinta *Diptera*, ſexta denique
*Aptera* comprehendit. *Coleopterorum* generalem di- p. 58.
viſionem et ſubdiuiſionem primo proponit, et ad-
iecta tabula ita explicat, vt hanc ſectionem in tres
articulos diuidat. Horum characteriſticas differen-
tias, non ex antennis, vt LINNAEUS, ſed ex co-
leopterorum diuerſitate adſumit, ſigna vero ordi-
num, in quos ſingulos articulos iterum abire iuſſit,
ex numero articulorum tarſorum deſumuntur. Pri- p. 59.
mo itaque articulo deſcribuntur ea, quae *coleo-
ptris integris duris* ſunt, quorum ordinem ea effi-
ciunt, quae articulos tarſorum quinque habent: vt
*Platycerus*, *Ptilinus*, *Scarabaeus*, *Copris*, *Attelabus*,
*Dermeſtes*, *Byrrhus*, *Anthrenus*, *Ciſtela*, *Peltis*,
*Cucuius*, *Elater*, *Bupreſtis*, *Bruchus*, *Lampyris*, *Ci-
cindela*, *Omalyſus*, *Hydrophilus*, *Dyticus* et *Gyri-
nus*. Horum vero et ſequentium generum diſtin-
ctiones ex antennis potiſſimum, tum ex omni reli-

quo corporis habitu desumuntur. Platycerorum alii antennis fractis, alii integris sunt. Scarabaei vel antennarum lamellas septem, vel tres tantum habent. Genus Buprestis dividitur primo in species, quae thorace cordato, capite latiore elytris angustiore sunt, deinde in tales, quae thoracem capite et elytris angustiorem habent, tandemque in illas, quae thorace capite latiore elytrorum latitudine
p. 295 instructae deprehenduntur. Secundus ordo eorum est, quae tarsorum articulos quatuor ostendunt scilicet *Melolontha*, *Prionus*, *Cerambix*, *Leptura*, cuius species thoracem vel cylindraceum, vel globosum, vel inaequalem scabrum habent, *Stenocorus*, cuius species vel aculeato vel inermi thorace gaudent, *Lamperus*, *Cryptocephalus*, *Crioceris*, *Altica*, *Galeruca*, *Chrysomela*, *Mylabris*, *Rhinomacer*, *Curculio*, cuius generis prima familia femoribus inermibus, altera denticulatis instruitur, *Bostrichus*, *Clerus*, *Anthri-*
p. 337. *bus*, *Scolytus*, *Cassida*, et *Anaspis*. Tertio ordine ea, quibus *tarsorum articuli tres* sunt, *Coccinella*, et *Tritoma*, quarto vero ea recensentur, quae *tarsorum primi et secundi pedum paris articulos quinque*, *pedum posteriorum articulos quatuor* habent. Huc pertinent *Diaperis*, *Pyrochroa*, *Cantharis*, cuius generis aliae species tarsorum articulos nudos, aliae spongiosos gerunt. Porro *Tenebrio*, quorum antennae vel articulis globosis instruuntur et extrorsum crassiores sunt, vel longis, et vbique aequales ap-
p. 359. parent, *Mordella*, *Notoxus*, *Cerocoma*. Articulo secundo ea, quae *coleoptris dimidiatis duris* sunt, enarrantur. In eorum primo ordine ea sunt, quae *tarsorum articulis quinque* instruuntur, quae omnia ad vnicum *Staphylini* genus pertinent. Secundus de *Necydali* agit, *quae quatuor tarsorum articulos* habet, tertius vero de *Forficula* quae *tarsorum articulis tribus* est. Quarti ordinis insecta, *primi et*

*secun-*

*ſecundi pedum paris articulis quinque, pedum poſteriorum articulis quatuor* gaudent, ergo *Meloës* genus ſub eo comprehenditur. Articulo tertio, quae coleoptris *mollibus membranaceis* ſunt, deſcribuntur. Ex his *Blatta*, tarſorum primi et ſecundi pedum *paris articulos quinque*, *pedum vero poſteriorum articulos quatuor*, *Thrips*, *tarſorum articulos duos*, *Gryllus* et *Acridium tres*, *Locuſta quatuor*, *Mantes* vero *quinque* habent. Vt itaque longe plura coleopterorum genera Noſter facit, quam quae ante eum a LINNAEO conſtituta fuerunt, ſpeciesque tot fere enumeret, in Pariſienſi agro obuias, quot a LINNAEO ex toto orbe terrarum collecta fuerunt. Negandum tamen non eſt, multas quoque varietates et in hac et in ſequentibus ſectionibus enarratas et deſcriptas eſſe. p. 375. p. 379. p. 383.

Secunda ſectio *de inſectis hemipteris* agit. Hanc decem ſequentia genera conſtituunt. *Cicada*, a quo genere *Tetigoniam* (*la Procigale*) vt nouum genus diſtinguit. *Cimex*, quod genus duas, iterum familias obtinet, earum aliae ſpecies antennarum articulos quatuor, aliae quinque habeant. *Naucoris*, *Notonecta*, *Corixa*, *Hepa*, *Pſylla*, *Aphis*, *Chermes* et *Coccus*. p. 401. p. 402.

Poſterioris voluminis initium tertia ſectio facit, quae *tetraptera alis farinaceis* ſiue *Lepidoptera* LINNAEI continet. Ad illa primo *Papiliones* refert, quorum alii *tetrapi* alii *hexapi* ſunt, quos iterum vario diuidit modo. Secundum genus *ſphinx*, tertium *Pterophorus* dicitur. Quartum *Phalaenae* conſtituunt, quarum aliae antennis pectini cornibus, aliae filiformibus inſtruuntur. Quintum *Tinearum* eſt. T. II. p. 1.

Quarta ſectio de *inſectis tetrapteris*, *alis nudis* agit, quo nomine *neuroptera* et *hymenoptera* LINNAEI comprehendit. Earum ita diuidit, vt alia ex iis *tarſo-* p. 206. p. 217.

p.233. *tarſorum articulos tres* habeant, vt *Libellula* et *Perla*,
p.234. alia *quatuor* vt *Raphidia*, alia *quinque* vt *Ephemera*, *Phryganea*, *Hemerobius*, *Formicaleo*, *Panorpa*, *Crabro*, *Vrocerus*, *Tenthredo Cynips*, *Diplolepis*, *Eulophus*, *Ichneumon*, *Veſpa*, *Apis* et *Formica*. Tenthredinis tres familias facit, quarum antennae vel nouem, vel vndecim, vel octodecim nodis componuntur. Cynipum antennae vel vndecim, vel ſeptem, vel tredecim articulis conſtant. Apum prima familia, quae corpora villoſa habet, apes proprie ſic dictas comprehendit. Altera corpore hirſutiſſimo eſt, et *Apis* bombylius vocatur.

p.430. Quinta ſectione *diptera* deſcribuntur, tredecim generibus comprehenſa. Sunt ea *Oeſtrus*, *Tabanus*, *Aſilus*, *Stratiomys*, *Muſca*, *Stomoxys*, *Volucella*, *Nemotelus*, *Scatopſe*, *Hippoboſca*, *Tipula*, *Bibio*, *Culex*. Genus Stratiomys dictum duas iterum familias habet, quarum prima thoracis aculeos duos, altera ſex obtinet. Muſcae in quinque familias abeunt. Earum prima alas variegatas, ſecunda os laruatum habet, tertia variegatas, quarta auratas, quinta vulgares ſiſtit. Tipularum aliae alis patentibus, aliae alis incumbentibus ſunt.

p.581. Sexta ſectione quindecim tandem apterorum genera deſcribuntur. *Pediculus* ſcilicet, *Podura*, cuius aliae ſpecies globuloſae, aliae longae ſunt, *Forbicina*, *Pulex*, *Chelifer*, *Acarus*, *Phalangium*, *Aranea*, quas in varias familias ſecundum oculorum diuiſiones abire iuſſit, *Monoculus*, *Binoculus*, *Cancer*, *Oniſcus*, *Aſellus*, *Scolopendra* et *Iulus*.

In omnibus vero hactenus adductis generibus eorumque hiſtoria proponenda, ita Noſter verſatur, vt in initio ſingularum ſectionum, in vniuerſum de inſectis, quae ſub hac ſectione continentur, agat, tum methodicam eorum diſpoſitionem et generum characteres, non gallice ſolum, ſed et latine proponat.

nat. In ipsa vero generum descriptione primum singulorum characteres, et quae circa quodque notanda sunt exponit, tunc species enarrat omnes in agro Parisiensi obuias, non solum illo, quod aptissimum ei videtur nomine, sed et synonymis ex aliis scriptoribus et triuialibus gallicis denominationibus adductis. Mensuram tandem magnitudinis insecti addit, exterioremque illius formam fuse describit, nam de internis paucis monet, historiamque generationis transmutationisque explicat, locumque vbi quaelibet insecta nascuntur indicat. In figuris, quae suo operi addidit Noster, praecipua insectorum genera eorumque partes, quas generum characteres adsumsit, raro plures vnius generis species eleganter depinguntur. Si insecta microscopiorum ope aucta delineantur, vera magnitudo naturalis semper addita fuit.

Super esset, vt quae hinc inde in hoc opere continentur, aut nqua aut accuratius explicata, paullo specialius indicaremus. Cum vero tanta operis huius praestantia sit, vt hoc libro, qui paullo vlterius in methodica dispositione insectorum progredi cupiunt, vix carere possint, pauca hic de vniuersa Auctoris methodo inserta, nobis adduxisse sufficiat. Quapropter ex vltima tantum sectione, quae omnium breuissima est minimamque generum numerum continet, pauca tantum speciminis loco adiiciamus.

Pulsatio, quae in ligno vetusto horologii instar percipitur, non ab ea *Termetis* specie, quam LINNAEUS ideo *pulsatoriam* dixit, sed a *Dermeste*, qui ad coleoptera pertinet, et a LINNAEO *Byrrhus pulsatorius* vocatur, efficitur. *Forbicina* Nostri est *Lepisma* LINNAEI. Genus, quod a Nostro *Chelifer* (*la Pince*) dicitur, *Acarum cancroidem* siue *Scorpio araneam* et *Acarum longicornem* LINNAEI comprehendit. Scabiem ab *Asari* aliqua specie oriri fortiter T. II. p. 602.

citer defendit. Quae aranearum telis, similia fila autumnali tempore in aere circum volitant, ab acari quadam specie ducuntur, quae ea arborum corticibus affigit, vnde per ventum auferantur. Speciem hanc Noster *acarum fuscum autumnalem textorem* (le *tisserand*) dixit. *Phalangiis* pedum ablatorum et abruptorum loco nouos iterum excrescere putat. Omnes *araneae* constanti naturae lege octo oculos habent, nullae ex iis sex tantum instruuntur. Sollicite modus, quo *aranea aquatica* fila sua sub ipsis vndis ducit, describitur. *Monoculi* genus vnum tantum oculum, *Binoculi* vero duos habent, vt itaque eae tantum species *Monoculi* LINNAEI, quas ille *Apum* et *foliaceum* vocauit, ad *Binoculos* Nostri Auctoris, reliquae omnes ad *Monoculos* pertineant. *Araneas* non ex colorum differentia distinguere possumus, cum illi insigniter, si exuuias deponunt mutentur. *Onisci* non ouipari, sed viuipari, aut forte vtrumque simul sunt. Asselli genus eas *Onisci* species continet, quibus quatuor antennae fractae, duaeque reliquis longiores sunt, scilicet eas, quae in aqua viuunt. *Scolopendrarum* articulos, si ex eorum numero species distinguere cupimus, in adultis tantum numerare debemus, iuniores enim semper additione nouorum annulorum crescunt. Reliquae sectiones plures profecto et praestantiores adhuc adnotationes continent, quas hic, spatii angustia impediti, sicco pede transire cogimur.

IV.

IV.

Mémoires ſur la ſtructure interieure de la Terre, par M. ELIE BERTRAND, M. D. S. E. et Membre de l'Academie Royale des Sciences de Pruſſe. A Zuric, chez Heidegger et Compagnie. MDCCLX. 8. pl. 11.

h. e.

Commentarii de ſtructura interiorum partium telluris. Auctore ELIA BERTRANDO etc.

In tres commentarios diuiſum eſt hoc opuſculum. In primo doctiſſimus Auctor ea collegit, et vno quaſi obtutu conſpicienda exhibuit, quae hactenus de interiorum telluris partium ſtructura ſatis innotuerunt. In ſecundo recenſuit hypotheſes diuerſas, quarum ope diuerſi philoſophi illorum phaenomenorum rationes reddere ſunt conati. In tertio ſuam ipſe ſententiam de rationibus illorum phaenomenorum expoſuit. Subiuncta eſt opuſculo epiſtola ad Cl. FORMEI de diminutione marium, et montium origine.

Nota phaenomena ſtructurae telluris ab Auctore plurimum reuerendo hoc ordine et modo recenſentur. 1) Fundus maris tam inaequalis eſt, quam terra continens, et habet ſuos montes et valles, fiſſuras, cauernas, et abyſſos. 2) Interiora telluris conſtant ſtratis diuerſarum materiarum, plus minus profundis, quae in locis planis fere horizontalem ſitum habent, in montibus autem fere vbique accliuitati cuiusque montis conuenienter inclinata ſunt; neque ſemper eae materiae, quibus maior eſt grauitas ſpecifica, inferiora ſtrata componunt. 3) Maximi montium duas ſeries, et quaſi

p. 9.

p. 11.

ſiderites columnares, gloſſopetrae, echinitae, oſtracitae, cornua Ammonis, cet. qui omnes figurati lapides plerique animantia marina, vel horum partes fuiſſe videntur; alii pro plantis marinis petrefactis habentur. In vno eodemque monte nonnunquam reperiuntur iſtius modi lapides figurati, qui referunt animalia in maribus a ſe inuicem valde diſtitis habitantia. In quibusdam, praeſertim pectinitis et oſtracitis, apparet adhuc polita et ſplendens teſtae ſuperficies: ſed obſeruauit tamen Auctor, hanc laminam politam multo tenuiorem eſſe quam in veris oſtreis, et valde friabilem, et ſub hac lamina reperiri materiam ſtrati, in quo illi lapides latent. Saepius quidem referunt lapides figurati internas partes conchyliorum, non raro tamen etiam externas et conuexas. Quidam fracta et mutilata conchilia referunt. In nonnullis figurae piſcium vel integrorum vel mutilatorum tanquam depictae apparent, et in quibusdam tanquam exſculptae, horumque ſubſtantia nunc cornea, nunc vere lapidea interdum etiam metallica deprehenditur. Rarius occurrunt lapides figurati, qui animalium terreſtrium partes referunt; et *Conſtadii* tamen prope *Stutgardiam* aliquando in ſtrato arenoſo, viginti tantum pedes ſub terra poſito, ingens cumulus oſſium animantium omnis generis, ferorum et domeſticorum, magnorum et paruorum, detectus eſt. Omnia oſſa foſſilia, ſi ebur Sibiriae excipias, aut lapideae ſunt naturae, admiſtis ſubinde particulis metallicis vel cryſtallinis, aut calcinata apparent, et ſalibus vitrioliceis repleta. Haec ea fere ſunt, quae doctiſſimus Auctor de ſtructura interiorum telluris exponere voluit. Plura quidem ab iis, qui terrae viſcera curioſius rimati ſunt, obſeruata et litteris prodita eſſe conſtat: ſed videtur Auctor ea tantum elegiſſe phaenomena, quae ad ſcopum ſuum proxime facerent.

In

In *secundo* Commentario ponderat hypotheses, per quas Physici hactenus rationem horum phaenomenorum reddere conati sunt. Et postquam eos confutauit, qui fossilia figurata pro lusibus naturae, vel pro operibus naturae tantum, qualia sunt crystallisatione, sublimatione, concretione; nata, habent, hypotheses istas ad tria capita reducit. Primum enim fuerunt, qui causas horum in perturbationibus, quas tellurem in primis praesertim a creatione seculis ab exundatione fluminum et mariuum, terrae tremoribus, ignis subterranei eruptione passam esse putarunt, quaerendas crederent. Sed etiamsi isto modo explicari possent denudationes et ruinae, quae multis in locis cernuntur: tamen illa ordinata dispositio et iunctura montium conualliumque in continenti et in mari, illa series stratorum, inde intelligi neutiquam potest. Deinde visum est magnis quibusdam viris, vti LEIBNITIO, VALLISNIERO, REAUMURIO, aliis, status praesentis telluris rationem reddi posse ex oceani restagnatione super continenti, eiusque successiuo ad littora regressu, quo factum sit, vt deposita ab eo strata indurescerint progressu temporis. His primum generatim respondet Auctor, continuitatem stratorum in montibus et sub regionibus planis, undoque lacuum vel maris, haec non telluris aetatem, sexaginta seculis, quod ex sacrarum litterarum testimonio constat, minorem fuisse sententiae haud parum aduersari. Deinceps eis coniecturis, quibus VOLTAIRE et BUFFON hanc sententiam exornarunt, veri similitudinem demere studet. Quod autem doctissimus Auctor monet, nimis sapienter tam montes, quam interiora telluris, disposita ad certos fines apparere, quam vt haec dispositio pro opere fortuiti fluxus et refluxus aquarum haberi possit, neque specuum et cauernarum in interioribus terrae

p. 53.

p. 56.

ortum

p. 141. terraquei occupare, quum magnae terrae partes ex loco suo in alium transferri soleant; valles plerasque vndarum restagnatione effectas esse; et multos p. 144. montes post diluuium Noachicum demum formatos p. 145. esse ignis subterranei eruptione; quas propositiones Cl. SULZERUS ibi affirmauerat, plurimum reuerendus BERTRAND negat, et idoneis argumentis impugnat.

V.

Dissertation sur l'education physique des enfans, depuis leur naissance iusqu'à l'âge de puberté. Ouvrage, qui a remporté le prix le 21 Mai. 1762, à la Societé Hollandoise des Sciences. Par M. BALLEXSERD, Citoyen de Geneve. a Paris, chez Vallat-la-Chapelle. 1762. 8 mai. pl. 16.

h. e.

Disputatio de infantum educatione physica, a pueritia vsque ad annos pubertatis, Auctore BALLEXSERD.

Praemissa breui introductione, quae docet, quo modo parentes se gerere debeant, donec infans nascatur, haec disputatio in quatuor periodos diuiditur, quarum *prima* disserit de natiuitate infantis, et vsque ad illud tempus progreditur, quo infans ablactatur. *Secunda* continet spatium temporis, quo ablactatis est, vsque ad eius quintum vertentem annum. *Tertia* incipit ab anno, quo in Europa puerorum vestimenta mutantur, et ad infantis decimum annum finitur. *Quarta* complectitur tempus a decimo vel duodecimo anno pueri vsque ad eius puberta-

bertatem, quam decimo quinto vel ſexto anno intrat. In ſingulis vero periodis indagatur, quaenam veſtimenta infantibus conueniant, quibus alimentis nutriantur, et praeter varias adiectas obſeruationes tandem diſquiritur, quaenam exercitia iis vel concedantur, vel diſſuadeantur. Nos, qui nuperrime Cl. SCHULZII libellum *), ad infantum educationem ſpectantem, indicauimus, hic, ne dicta iam repetamus, non niſi maxime neceſſaria declarabimus.

Parentes, qui, antequam foetus concipitur, bona valetudine fruuntur, moderato victu nutriuntur, nec nimiis ieiuniis ſaepe debilitantur, corpus ſatis exercent, iuſtam aetatem et animum hilarem habent, multum profecto ad infantis bonam et robuſtam corporis conſtitutionem afferunt. Inprimis vero mater, ſimulac ſe grauidam ſentit, ab amore coniugali abſtineat, conſuetis alimentis, iisque varie modo praeparatis, modice vtatur, vinum vel aqua diluat, vel, vti reliqua fortiora potus genera, plane euitet, aerem purum reſpiret, omiſſis fortioribus odoramentis, ſomno magis indulgeat, nimias animi perturbationes fugiat, veſtimenta ſatis laxa gerat; praecipue vero brachia non nimis attollat, nec pondera magna ferat, omniaque vehementiora exercitia plane omittat. p. 5.

In *prima* periodo Cl. Auctor ſuadet, vt infans, ligato funiculo vmbilicali, ſtatim linteis mollibus, iccis et ſatis calidis obtegatur, eique, ſi a partu laborioſo debilitatus eſt, paululum vini tepidi cum accharo exhibeatur, alias ad 24 vel 30 horas, priusquam meconium reddidit, nullum nutrimentum ſumat. Caput, niſi a partu nimis compreſſum ſit, p. 13.



*) vide Commentar. noſtror. Vol. praeſent. Part. III. pag. 412.

minime, qui est mos nonnullorum populorum, ex arbitrio formetur. Infans nunquam aqua frigida baptizetur, quae facile conuulsiones producit. Ma-
p. 30. ter ipsa hunc lactare debet, cuius lac, cum infans illius succis iam sit assuetus, teneris eius organis largius magisque conueniens suppeditat nutrimentum, quam alienum lac, et praeterea colostrum ei a natura destinatur, ad meconium facillime expellendum. Ipsius vero matris sanitati maximopere conuenit infantem lactare, cui alias lochia ad quadraginta dies fluunt, fluxus albus plerumque accedit, mammarum obstructio vel effusio lactis facile
p. 44. est timenda. Nutrix autem eligatur temperamento matris quodam modo simili, viginti circiter aut triginta quinque annorum, quae iam a partu felici quatuor vel quinque menses lactauit, bona valetudine et moribus. Cum porro earum lac, quarum rubri sunt capilli, vt plurimum acre sit: bona nutrix habeat capillos fuscos, spiritum et transpirationem suauem, copiosum lac album, sine odore, et mediocri sapore praeditum, nec nimis aquosum vel spissum, et quod igne facile coagulatur. Infanti robusto robusta conuenit nutrix, gracilior teneriori, ne nimis spissum lac cum nausea fugat; praeterea sit hilaris, non iracunda, munditiei dedita, nec nimis timida. Alimenta sumat facile digerenda, iuscula, cocta et assata, non multis aromatibus condita, legumina, mucilaginosa, farinosa; visum fructuum acidorum et acetariorum lactis conditio aut euacuat, aut diffuadet; vinum aqua diluat, fortiorem potum plane omittat, et corpus modice exerceat.
p. 52. Cum saepe infanti maxima incommoda excitentur a fasciis, non recte circumuolutis, Cl. Auctor potius, his omissis, suadet, recens natum linteis mollibus et siccis circumdare, deinde stragulo laneo leuiter inuoluere; sic puluinari impositus in cunas

cunas transferatur, et lateri vtrique viciſſim incumbat, vt mucus ex arteria aſpera commodius exeat et tuſſis caueatur. Vſus vero faſciarum tum neceſſarius eſt, cum pedes, crura, genua, coxae infantis coactum ſitum exigunt. Si forte cogeremur, infantes, ex defectu boni lactis vel matris, vel nutricis, lacte animalium nutrire: tum, vti Noſter arbitratur, lac caprinum inprimis conuenit infantibus Germaniae Septentrionalis ad humores diluendos, Italiae vero infantibus lac vaccinum, ad humorum nimium motum ſedandum. p. 75.

Infantibus, quippe qui ſaepe obnoxii ſunt herniis, a fibrarum laxitate et clamoribus, vermibus a glutine, muco et tuſſi a tardiori digeſtione, vſum pulticulae lactis Cl. Auctor plane interdicit, iisque quotidie cochlear boni vini exhiberi iubet, quo viſcido oleoſum ſoluatur. Cunae non ponantur ad latus, nec ſub plagulis lecti nutricis, et ita obtegantur, vt alius aer ſemper accedat; alias impurum reſpirat infans, qui ſenſim aſthma inducit. Cum in vlnis geſtatur, eius ſitus ſaepe in alterum latus mutetur, ne mollis ſtructura corporis in vnum latus nimis inclinetur. Nono aetatis menſe, poſtquam ablactatus eſt, pedibus vti diſcat, cum citius plerumque crura incuruentur; frenulis non ſuſtineatur, quod facile aſſueſcit corpus nimis antrorſum dirigere. p. 80.

In *ſecunda* periodo haec monentur: thoraces vt plurimum thoracem nimis comprimunt, et deminuenda pectoris cauitate, tuſſem, viſcerum obſtructiones, triſtitiam, languorem et deformitatem infantibus excitant: igitur non nimis elaſtici eſſe debent. Primis annis infantes ſenſim frigori adſueſcant, hilaritas iis ſemper ſeruetur, quae ad incrementum corporis maxime prodeſt, et omnia vitentur veſtimenta, quibus nimis coercentur. In hac aetate ſenſim variare cibum p. 98.

p.110. conuenit. Pulticula lactis tribus prioribus annis male digeritur, vasa lactea cum glandulis mesenterii obstruit, gluten et vermes producit. Melior quidem est, si ex farina in patina ampla cocta et saepe agitata paratur; attamen praeferatur oryzae cremor, vel mica panis cum iusculo carnis bubulae, vel lacte aut butyro recenti ad pulticulam cocta, quae singulis tribus horis paruo cochleari exhibeatur. Post eruptionem dentium molarium, carnem modice edant, praecipue vero iusculis non nimis calidis nutriantur. Vinum, nisi tribus partibus aquae diluatur, vti reliqua spirituosa plane omittant, et semper parum bibant, cum satis magnam humorum copiam habeant.

p.117. Infantes saepe et dormiant, et edant, nec iuxta vetulas iaceant, ne marcescant. Nisi singulis diebus alvum apertam habeant, aquam puram bibant, vt aperiatur, erosio cutis, diarrhoea, haemorrhagia narium, cet. saepe salutaris, non medicamentis, sed victu parciori coerceatur, atque, cum neruis maxime sensilibus praediti sint, omnia irritantia fugiant. Subitanea vicissitudo frigoris et caloris iis facile excitat decubitus in cerebro. Visum laedit locus, humiditati, vento, fumo saepe expositus, adspectus solis, niuis, ignis, lectio nocturna, vel in sole, vitra artificialia; quem e contrario corrigit graphice et ars pictoria. Auditum debilitat fragor tormentorum, campanarum, cet. qui arte musica perfectior redditur. Fugiant fortiores odores, vt seruent olfactum; nec gustum corrumpant cibis salitis et aromaticis vel nimis calidis, aut vino mero: nec cutem spirituosis exsiccent, ne tactus laedatur, qui potius instrumentis musicis perficiendus est; atque vtramque manum aequali modo ad-
p.131. hibeant, ne inaequale fiat robur. Matutino tempore apertis fenestris puriorem aerem respirent, brachia

brachia horizontaliter extendant, deinde foris obambulent. Omnia his continentiunt exercitia, quae corpus valde mouent, vt humores depurentur. Ad inſtitutionem non cogantur, potius delectentur et ad uſum ſaepe moueantur.

In *tertia* periodo Cl. Auctor reſpicit nominatim p. 143.
ad optimam veſtimentorum, nutrimenti et exercitiorum puerilium rationem. Pueri plerumque ſexto anno braccis et veſte induuntur, quod autem vno vel duobus annis ſerius fiat, ſi debiles et parui ſint. Non laudat noſtram veſtimentorum conſtringendorum rationem, qua incrementum corporis nimis impeditur, et potius Turcarum methodum ſuadet. Faſciae, ſubleuandis braccis accommodatae, coxarum motum facilitant; tibialia ſint longa, ſuper femora ducta, quo faſciae crurales non requirantur. Caput non tegant, niſi in ſole et nocte, et leues induant veſtes, etiam hyeme, vt quamlibet tempeſtatem ferre diſcant. Capillos praeſcindere pueris vsque ad decimum annum, vel caput tondere, et ad tranſpirationem iuuandam, cum facile cruſta formetur et pori obturentur, et ad cinium defluxum praecauendum, vtiliſſimum iudicat. Calceos lignos adhibere, eos certe, qui ſine fulcimento ſunt, maxime pueris ſuadet, ne pedes introrſus flectere adſueſcant. Pedes ſaepe frigido aeri exponantur, nec nimis angustis calceis comprimantur.

Optima iis in hac aetate conuenit iuſculum ſine p. 152.
pinguedine, ex pane vulgari, paſtinaca, dauco, oryza, cet. non leni igne coctum, ne glutan faciat, nec, niſi tepidum, his quotidie hoc ſumant, idque vario modo paratum. Aromata his nocent, carnem bonam coctam et aſſatam, ſine pinguedine et ſaepe frigidam edant, vinum merum, potumque caffe et chocolate quitent, nec vllum cibum repu-

dient. Dentibus nunquam nuces frangant, aut dura corpora, nec dentifcalpiis abutantur et omnia omittant, quae gingiuas et dentes arrodunt; poſt coenam vero et matutino tempore buccam vino et aqua eluant. Vt a venenis praeſeruentur, cibum et potum non niſi in vaſis argenteis vel figulinis ſumant. Ad annum octauum vsque ſomnus quotidie duodecim horas perduret, creſcente aetate deminuatur, et inita pubertate ad ſeptem vel octo horas continuetur; nec vnquam impetuoſe e ſomno excitentur. Venaeſectio his ſemper nocet; ne medicamenta purgantia quidem prophylactice ſumant; potius diaetae ſtrictiori regimine, aqua pura ad aluum ſoluendam copioſius hauſta, cet. vtantur. Solam variolarum inoculationem, inter quintum vel ſextum, vsque ad octauum vel decimum annum inſtituendam, quam maxime commendat.

p.179. Pueri omnia exercitia corporis amant, vti quietem oderunt. Igitur, ſi ex corporis conditione hoc omittunt, tum ad motum incitentur, et viciſſim corpus animusque occupetur. Toto fere die erecti ſtent, vt membra roborentur; tum diſcant arbores adſcendere et muros, vtraque manu vti, lapides ad ſcopum iactare, cet.

p.183. In *quarta* periodo victus ſit ſimplex, ſolidus, varius; appetitus expectetur, nec nimis ſatietur, nec cibis ſuauiter praeparatis, qui ſemper nocent, ſtimuletur, quem e contrario deminuunt moeror, inquietudo, humiditas loci, nimius potus, ſaburra viciada ventriculi. Mixtio victus animalis et vegetabilis, cum praebeat ſuccum, lacti matris, quo recens natus nutritur, maxime analogum, inprimis ſuadenda eſt. Odor ſit iudex ciborum, quod raro minus ſuauis ventriculo conueniunt. Optimum potuum genus eſt aqua leuis, limpida, et ab affuſo limio minime

ſime turbida. Quae quidem optime diluit humores: attamen phlegmatici, in climate humido viuentes, alimentis pinguibus oleoſis nutriti, debiles, et, qui multum diſſipant, potius vinum bibant; quod, vt optimus poſt aquam potus, cum aqua miſceatur, ante duos vel tres annos expreſſum ſit, leve, pauco tartaro miſtum. Cerouiſia minus ſalubris eſt, et ebrietas inde orta nocentior eſt, quam a vino. Cidrum, ſeu ſuccus pomorum, neruos debilitat; ſpirituoſi liquores fibras exſiccant. Infuſa theae, caffe, chocolate, quo maiorem olei copiam continent, eo magis liquoribus fermentatis ſunt ſimilia, cum tanta ſit analogia olei eſſentialis cum ſpiritu fermentatione parato.

Puer leuiter obtectus dormiat corpore extenſo, p. 206.
capite paululum eleuato, etin latere dextro. Mane ſurgat, et, ſi fieri poteſt, in hortis ambulet. Duris incumbat ſtragulis ſtramineis, laneis, pileſis, nunquam plumaceis, ne molleſcat. Nonnunquam aliqua intemperantia concedatur, ſemper neceſſitati ſe accommodet, et omnia perferre ſtudeat. Vſus viſus modicus maxime prodeſt, ſic immodicus ſaepe haemoptoen inducit; inſtrumenta muſica, quae ore inflantur, diſſuadenda ſunt, cum pectus nimis inde exerceatur. In decimo quinto demum anno, inita iam pubertate, temperamenti ſpeciem cognoſcere poſſumus. Sanguinei temperamenti ſigna ſunt corporis ſtatura mediocris, coma albicans, cutis mollis, color viuidus, vina bona ſatis colorata, aluus facilis, animus inconſtans, hilaris, petulans. Id obſeruato diaetae regimine, in hoc tractatu praeſcripto, facile conſeruatur. Phlegmatici ſigna exhibent, corpus longum, cutis alba, mollis, coma candida, oculi coerulei, habitus tener, ſuauis, pulſus lentus, mollis, aluus laxa, ſaliuae excretio copioſa, animus docilis, torpidus, dubius. Eiusmodi hominibus

bus concedatur vinum album et caffe, flatulentia, diuretica, et omnia, quae paululum calefaciunt, v. c. caro veruecina et ferina; legumina nimis aquoſa et venaeſectio nocet; inprimis vero corpus exerceant. Cholericum cognoſcimus ex parua ſtatura, cute ſicca, flaua, pulſu forti, macie, coma nigra, oculo fulgido, habitu calido, magno appetitu, pauca vrina, propenſione ad haemorrhoides, alvo obſtructa, animo viuido, iracundo, iudicio celeri, conſtanti, ingenio facili, amore et odio vehemente. Vinum et ſpirituoſa his plane interdicantur, aquam copioſe bibant, paululum carnis edant, minime cibos aromatibus paratos. Diluentia, balnea, fructus et legumina acida iis conducunt, nec minus interdum paululum otii. Melancholicum plerumque tricesimo anno ſe manifeſtat, potius eſt accidentale quam haereditarium, et a nimia tenſione fibrarum nimiaque neruorum ſenſibilitate pendet. Pulſus eſt durus, viuus, cutis ſubflaua ſicca, capilli nigri, rigidi, facies diformis, oculi parui, ſicci, torui, fames canina, irregularis, digeſtio lenta, difficilis, aluus obſtructa, animus triſtis, ingenium largum, memoria optima, iudicium celere, vivax, ad altiora ſtudia idoneum. Moeror, aegritudo, otium, ſolitudo hoc producunt, quo infantes et ii, qui corpus exercent, nunquam laborant. Vt igitur atra depellatur, ſuauem laborem in loco aere pleno repleto ſuſcipiant, ſerum lactis, temperantia, antiſpaſmodica exhibeantur, ſemper delectentur, a longo labore detineantur, ſpectacula iucunda videant, et inprimis peregrinentur.

p. 229. Vſus tabaci pueris ſit remedium, non conſuetudo; phlegmaticis et iis, qui fluxus ſeri capitis habent, magis conuenit. Capiti pondera non imponant, quae ſi brachio portantur, ſaepe vtrumque brachium mutetur. Artificia, quae corpus parum exer-

exercent et in conclaui aere corrupto pleno trahuntur; digestionem laedunt, humores inspissant et obstructiones efficiunt; ea vero, quae in aere libero instituuntur, corpus maximopere robustum reddunt. Exercitia anno decimo quinto vel sexto intendantur cursu longo, defatigante, in sole et pluuia; vires vario modo sepius exerceantur saltu, saltatione, gladii et armorum usu, equitando, oct. Caueant vero parentes, ne puerorum pubertas nimis acceleretur.

VI.

Plantarum rudimenta sue illarum methodus, ducta ex differentia earum seminum, cotyledonum, aliarumque partium, quae breui tempore post earum propullulationem ac vlterius incrementum in iis conspiciuntur; inuestigata, effecta ac composita a DAVIDE MEESE Hortulano in horto medico Acad. Friſiacae, quae est Franequerae. Prima pars. N°. I. Leouardiae. Excud. Guil. Coulon 1763. 4 mai. plag. 11. tab. aen. 2. figuris viuis coloribus pictis. Textus belgicus et latinus.

Vt suis satisfaciat promissis Cl. Auctor, nunc primum nouae suae plantarum methodi specimen publice proposuit. Quo autem eiusdem fundamenta eo facilius clariusque pateant, ex praemissa copiosa praefatione primaria notemus. Princeps itaque fundamentum a differentia seminum ac cotyledonum desumit, quae ideo, quia characteres methodici ab eiusmodi partibus, quae minimum variant, desumi debeant, semen autem, vltima et perfecta pars plantae, eiusque cotyledones minimae mutationi obnoxia sint; certum praeterea est, plantas

teriori inuenili ac imperfecto ſtatu nec noua ſeminis forma a ſe inuicem aeque bene diſcerni poſſe, quam in earum maiori perfectione: id quod licet veriſimum ſit, variis tamen exemplis ab Auctore comprobatur. *Caſtaneae, Fagi, Iuglandis, Amygdali, Viciae, Phaſeoli, Auenae hordeique* et ſ. p. ſemina inter ſe mixta ſeparantur facile, ſuisque nominibus inſigniuntur; et vſitatorum olerum ſemina, intus ſe confuſa, a bono diſtinguuntur olitore. Imo genera plantarum in primo prouentu ſuae ſtirpis vel plantulae ſupra terram, et cum paulo vlterius creuerit, ab hominibus peritis et in hac re exercitatis dignoſcuntur; id quod vel agricolae docent, qui ex teneris, primum erumpentibus foliis *auenam, hordeum, ſecale* et *triticum* facile et bene diſtinguunt. Verum non ſolum genera hac ratione ſeſe manifeſtant, ſed ſpecies quoque, et agricola peritus *viciam ſatiuam* a *faba equina*, olitor *apium hortenſe* a *dulci*, hortulanus denique *Tagetem maiorem* a *minori*, *album*, *flauum* et *coeruleum Lupinum* a ſe inuicem diſtinguere valet. Quae cum ita ſint, methodum ex diſcrimine ſeminum, et cotyledonum, ac ex quibusdam earum partium, quae cum iis cohaerent et paulo poſt proferuntur, concinnauit Noſter Eruditus Horticolanus, quae, vt ipſe recte monet, noua prorſus eſt, et ab aliis nihil, niſi generalem in mono et polycotyledones diuiſionem aſſumere potuit. Magnam quidem cuiuscunque generis plantarum copiam ad haec duo generalia capita hactenus retulit, et ſecundum ſua principia in claſſes et ordines digeſſit, attamen plenariam et abſolutam totius methodi clauem nondum proponere nondum potuit, praecipue cum plantae non niſi ſaepius diſquiſitae, deſcriptae, delineatae que ordinari, hinc repetito examine diſquiri debeant; multum itaque laboris et temporis ad opus abſoluendum cum requiratur, tractationem pro ſe-

ctione

ctiones minores edere constituit. Quamis autem sectio, vt Cl. Auctor monet, complectetur partem duorum summorum capitum, quaeque in classes et ordines diuisa, quae adhuc plura alia per totum opus sequantur; praeter ea quodque genus vel species, in ea descripta et delineata, sub sua classe et ordine cum suo characterе reperiri poterit cum nomine suo botanico, quandoque et vernaculo, tandem post vnamquamque sectionem haec accurate indice demonstrabuntur; etiam in quauis sectione obseruationes addet, quas vel in generibus vel speciebus enarratis ipse instituit.

Praefationem, nunc a nobis in compendio datam, sequitur explicatio quarundam denominationum et proprietatum earum partium, quae in hoc opere ad discernendas plantas proferuntur. Et primo Cotyledonis definitionem proposuit, dein diuisionem in mono- et polycotyledones, explicatam dedit, et licet omnes plantas, quae monocotyledones non sunt, duas modo, nunquam plures ostendere cotyledones statuat; tamen illas potius polyquam dicotyledonum nomine insignire voluit. Porro plantae seminalis et cotyledonum per filum et funiculum quasi considerauit nexum, et cum hac in re magnum inueniatur discrimen, plures differentias notauit, quas ipsius Auctoris verbis hic repetamus: dixit ita: *quod attinet ad longitudinem* petiolorum vel filorum *cotyledonum*, (*nam in iis, qui his non similes sunt, vt et in multis monocotyledonibus adpellationem fili aut nexus retinebimus*) *quae deinceps tantum sub nomine* petiolorum *veniunt; illi adpellantur* breuissimi, *quando* ferme *habent* dimidium latitudinis *cotyledonis*, breues, *quando aequant* dimidium latitudinis, longiusculi, *quando fere tam longi sunt, quam* tota latitudo, *longi, quando aequant* totam latitudinem, longissimi, *quando petiolus* totam latitudinem *cotyledonis*

*ale exsuperat. Si vero longitudo petiolorum* latitudinem *cotyledonum adeo superat, vt eorum* dimidium *vel* totam longitudinem *aequet, vel* tota longitudine *paulo longiora sunt* (*nempe tallium cotyledonum, quorum latitudo cum longitudine clare discrepat*) *tum petiolorum* longitudo *ita poni debet, scilicet si propemodum habent* dimidiam longitudinis *cotyledonis*, breuissimi *dicuntur, quando aequant* dimidium longitudinis, breues; *si vero fere tam longe sunt*, quam *cotyledonis* longitudo, longiusculi; *si autem earum plerum* longitudinem *attingunt* longi; *et si illam superant*, longissimi *adpellantur. Caulículi* etiam, vt deinpergit Cl. Auctor, *quarundam plantarum, qui numero, quique in duas partes diserti sunt, et duabus particularibus adpellationibus nominati; scil.* ea pars caulículi, *quae a radice sursum profertur: eo, quo cotyledones (inhaerent vel adhaerent, adpellantur* cotyledonis caulículi, *ob vocis cotyledones, quae partes, atque ea pars, quae ab inhaesione* petiolorum verorum cotyledonum *ad sedem* verorum *et* propriorum foliorum *tenerae plantae, quae immediate primo post veros vel proprios cotyledones in plantula generantur*, pseudo cotyledonis caulículi *dicuntur, quia nonnulli illa vera et propria prima folia quarundam plantarum, quae in apice suo verum cotyledonem e verru secum sursum ferunt, et quando propullulant, vel paulo post relinquunt, atque plane deponunt, vt quorum detegere potui, immerito pro veris haberunt cotyledonibus; haec vero* prima folia, *sive protinus integra vel diuisa; postea appellantur* pseudo cotyledones.

His itaque illustrationis gratia praemissis, ipsum tandem proponit plantarum methodum Cl. Auctor. Sunt scil. plantae

Cap. I. MONOCOTYLEDONES

A) INVISIBILES, quae sub terra occultatae manent.

Clas.

Claſ. I. *Perforatae* dum plantula plane per totum ſemen creſcit.

Ord. I. *Plantula plane per corticem ſ. tunicam et ab vno latere cotyledonis creſcens, absque quo tunicam vel corticem frangit.*

A) *Totum ſemen* minus magisue ouiforme et angulare.

α) *Tunica* angulata, laeuiſſima, oſſea, et colore parumper coeruleo; a fine, acuminato ſuboblique aperta, et ab altero rotunde vmbilicata et perforata.

β) *Cotyledon* ſubcordatus, ab vno latere planus et profunde ſulcatus *).

A. TRIPSACUM **).

Ord. II. nunc deficit, et in hac, vt et ſequentibus Claſſibus ſuo tempore ſequetur.

Cl. II. *Radicatae* dum cotyledon immediate ſupra radicem collocatur.

Ord. I. Radice recta linea, deorſum tendente. *Zea.*

Ord. II. Radicibus fibroſis *Secale.*
*Auena.*

Cl. III. *Funiculatae*, quae funiculo vmbilicali a plantula ſeparatae ſunt.

Ord.

*) Ita vbique in reliquis generibus vel ſpeciebus totum ſemen, tunicam eiusdem et cotyledonem deſcripſit, quae vero, plerumque peritis Botanicis nota, repetere in ſequentibus noluimus.

**) Generis vel ſpeciei hic denominatae delineationem viuis coloribus variam plerumque pictam dedit, quo cotyledonis, radiculae et enatae plantulae varius ſtatus habitusque clare adpareat.

Ord. I. Funiculo vmbilicali deorſum tendente e dorſo cotyledonis, ac inhaerente apici craſſae et quaſi oblique defectae atque deorſum dehiſcentis vaginae *Phoenix*.

Ord. II. Funiculo vmbilicali deorſum tendente ex vno fine cotyledonis decliuem efficiente arcum, inhaerente vaginae quaſi plane defectae limbo *Narciſſus*.

Ord. III. Funiculo vmbilicali ſurſum tendente e medio vel dorſo cotyledonis, inhaerente apici cuiusdam quaſi oblique defectae et aliquantulum dehiſcentis vaginae. *Commelina*.

Ord. IV. Funiculo vmbilicali ſurſum tendente ex vno fine cotyledonis, breui arcu ſurſum curuato, recte ſurſum tendente in ſubſtantia ad apicem cuiusdam ſubhamiformis vaginae, quae oblique deorſum dehiſcit. *Wachendorfia*.

B) VISIBILES. Quae ſupra ſuperficiem terrae creſcunt.

Cl. IV. *Cuculatae*. In quibus cotyledon ſupra in apice primi folii vel foliorum plantulae collocatur.

Ord. I. Primo folio, in quo ſemen vel cotyledon collocatus eſt, ſubulato, ſolido, ſuccido et laeuiſſimo, ab inferiori parte absque cauliculo atque torosam efficiente craſſitudinem apud principium radicis. *Allium*.

Cap. II. POLYCOTYLEDONES.

A) INVISIBILES, quae ſubter ſuperficiem terrae occultae manent, atque edanem magnitudinem habent.

Cl.

Cl. I. *Semireniformes.* Quisque cotyledon minus magisque reniformis secundum longitudinem dissectus.

Ord. I. Cartilaginosae, plerumque conclusae manentes. *Vicia.*

Cl. II. *Semiglobosae*, quisque cotyledon globosus dissectus.

Ord. I. Cartilaginosae, plerumque conclusae manentes. *Pisum* *).

B) VISIBILES. Quae veniunt supra superficiem terrae, et eandem magnitudinem habent.

Cl. III. *Semiouiformes*, quisque cotyledon ouiformis longitudinaliter dissectus.

Ord. I. Cartilaginosae, paululum modo supra superficiem terrae venientes et plerumque a se inuicem separatae, quaeque in limbo suo ad vnum latus a plantula distant. *Phaseolus.*

Ord. II. Cartilaginosae, et supra superficiem terrae longe se eleuantes, et a se inuicem separatae, ac in pla-



*) Duas *Pisi* species, *eruenſ. fr. albo*, et *Eruilia ſylueſtris* hoc ordine recenſentur, et vtriusque, vt iam moniuimus, ſemen totum, eius tunica et cotyledon deſcribitur, praeterea vero in his prima plantae folia vt characteres diſtinctiui ſpecifici commemorantur, quae in priori ſpecie ex *communi petiolo proueniunt numero quatuor, collocata per paria, primum par ab vtroque latere axillae, alterum in fine eiusdem, anteriori apice petioli vnci modo depreſſo.* Piſi Eruilia dictae vero *primi pſeudo cotyledones communiter ſunt acute lanceolati et cum ſuis inferioribus partibus ſibi inuicem coniuncti, atque ita apud caulem deorſum tendentes et hoc modo cum eo connexi, qui vero poſtea proueniunt, apices ſuos in tres acutos hamulos diuidunt.* Eadem ratione duas *mimoſae* ſpecies reſpectu primi folii diſtinguit Cl. Auctor.

nitie ſua magis minusue ſurſum ad vtrumque latus a plantula diſtantes *Dolichos.*

Cl. IV. *Exſectae*, quisque cotyledon ab inferiori parte acuto angulo excrematus.

Ord. I. Cartilaginoſae, et quisque limbus acuto angulo terminans, et ab anteriore parte obtuſo-rotundus; cotyledonis caulis infra apud radicem lato et plano pede extenſus. *Mimoſa.*

Ord. II. Cartilaginoſae; et quisque limbus in criſpatam deſinens auriculam, a ſuperiori parte latus et aliquantulum concauus, obtuſo rotundus; cotyledonis caulis apud radicem lato et plano pede expanſus, radix rubicundo fuſco colore, *Poinciana.*

Et haec eſt aliqualis, hoc primo ſpecimine data, methodi nouae delineatio, genera plura et ſpecies in poſterum proponentur. An eadem Botanicis placebit, diuinare haud quaquam valemus; attamen Cl. Auctoris induſtriam attentionemque, merito collaudamus.

## VII.

Diſſertatio de Aceto. Auctore Cl. NICOLAO GEORGIO OOSTERDYK. Traiecti ad Rhenum, ex officina Iohannis Broedelet. 1762. 4 mai. pl. 7.

Componitur haec diſſertatio ex duabus partibus: in priori acetum chemice exploratur, in poſte-
p. 1. riori vero vſus eiusdem medicus exponitur. Ace-
tum

um liquorem vegetabilem, ſecunda fermentatione roductum, ex vino, in quod omnes vegetabilium ucci, cocti potiſſimum, ſaccharini omnes apta par- um tranſpoſitione, hoc eſt fermentatione, prius utantur, obtineri, conſtat. Acidus iſte liquor, uonam modo parandus ſit, primo explicare No- er annititur; hinc ex hydromelle, quomodo vi- um et ex hoc quomodo acetum paretur, oſtendit. ecte autem monet, a vitiis, in prima fermentatione ommiſſis, plurima, quae in aceto parando occur- unt, incommoda deriuanda eſſe, omnemque, ace- um bene parandi, artem in eo conſiſtere, vt ſpiri- uum, quantum licet, reſeruetur. Aceti parandi modo deſcripto et phaenomenis, in fermentatione obuiis, explicatis ad examen partium ac proprieta- tum aceti tranſit. Idcirco deſtillationi iſtud ſubiecit, p. 12. et varia inde acquiſita producta diſquirens annota- uit, qualis ſit aciditatis eorum diſcrepantia et quae- nam ab acido iſto, productis inhaerente, ſale ſolui ſe patiantur corpora; deinde autem in inflammabi- lem, quae varia ſub forma prodit, ſubſtantiam in- quiſiuit, tandem vero reſiduum exuſtum explorauit et ſalinas inde obtentas particulas variae indolis exa- minauit. Partibus examinatis aceti naturam exponit p. 27. lictumque acidum ab vniuerſali illo acido ſola tan- um componentium partium mixtione ac propor- ione nec indole diuerſum eſſe, oſtendit. Cuncta aec, quae hactenus expoſuit, variis nec paucis ex- erimentis illuſtrauit, quae quidem, licet noua rorſus exiſtimanda non ſint, ita tamen compa- ata deprehenduntur, vt iis, qui acidi huius liquo- is naturam eiusdemque vim in varia corpora in me- noriam rurſus reuocare cupiunt, vtilitati eſſe queat. Vltimo demum loco de vſu aceti medico agit Cl. Au- p. 33. tor, quem ex aliorum obſeruationibus ſe collegiſſe, atetur.

VIII.

Journal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie, etc. par M. VANDERMONDE, Docteur en Medecine de la Faculté de Paris, ancien Professeur en Chirurgie françoiſe, Cenſeur Royal, et Membre de l'Inſtitut de Pologne. Tom. XIII. a Paris, chez Vincent. 8. Alph. 1. pl. 13. tab. aen. 1. Tom. XIV. Alph. 1. pl. 13. tab. aen. 2.

h. e.

Diarium, ad artem ſalutarem, chirurgiam, pharmaciam, cet. pertinens. Auctore Cl. VANDERMONDE. Tomus XIII. et XIV. etc.

T. 13. In menſe iulio 1760 haec inprimis notari merentur.

p. 38. 3) *De variolarum eruptione, balneis adiuta*, Auctore Cl. OLIVIER. Puer ſeptem annorum, tempore, quo variolae ſaeuiebant, ſubito conuulſionibus cum ſtridore dentium ac febre afficiebatur. Sumto emetico conuulſio quidem mitigata eſt, ſed purpura erumpebat, poſt ſex horas rurſus euanescens, et regredientibus conuulſionibus. Idem effectus ab vſu ſpiritus volatilis cornu cerui et laudano liquido SYDENHAMI prouenit. Cum cutis emollienda eſſet, et alba cutis ſemper denſiorem ſtructuram habeat, (chirurgi enim in venaefectione ſemper maiorem reſiſtentiam a cute alba ſentiunt) balneum aquae tepidae ad ſemihoram tam vtiliter adhibitum fuit, vt ſomnum, variolarumque confluentium eruptionem excitaret, conuulſionesque plane depelleret.

6. Epiſt

6) Epiſt. Cl. AMOREUX *de vſu interno belladonnae.* Femina 36 annorum in mamma dextra iam a pueritia tumorem carcinomaticum habuit, qui tandem, cum terrore menſes ſupprimerentur, motus fuit, et variis imprudenter applicatis, breui tempore maximos dolores excitauit, ichorem et ex fungo excreſcente ſanguinem emiſit. Fomentationes vero crebriores cum decocto belladonnae carnem fungoſam ſenſim compeſcebant, ſuppuratio accedebat et aegra tandem plane conualuit. p. 47.

8) *De excreſcentia ad linguae radicem, ligatura exſtirpata,* Auctore Cl. GODART. Hic tumor, nucis moſchatae magnitudine, pedunculo inſidebat. Aegra et in operatione et poſtea vomuit, altero die aegrius reſpirauit halitum foetidum, tertio tumor exfoliari videbatur, quarto hunc ſimul cum eſca deglutiebat aegra atque ſic conualuit. p. 66.

10) *Obſeruatio de hernia inguinali, vomitu excitata et gangraena finita,* Auctore Cl. LATTIZE. Tumori applicuit cataplaſmata emollientia ſed ſexto die gangraena acceſſit, et cruſta oriebatur, per quam foeces egrediebantur. Haec tertio die applicatis digeſtiuis ſeceſſit, effluxus foecum et ſeri ſenſim ceſſauit et cicatrix formabatur. Cum vero aegra purgans ſumſiſſet, per quatuor dies magna ſeri copia, inter inteſtina et peritonaeum proficiſcens, e vulnere emanauit, aegra tamen intra menſem plane curata eſt. p. 71.

In menſe Auguſto, 1760.

N. 5. *Obſeruationem de cardialgia conuulſiua* exhibet Cl. MARTEAU DE GRANDVILLIERS. Iuuenis quindecim annorum conuulſione extremitatum laborauit cum vomitu pituitae actis, ſaepe ſanguinolentae, fame canina, dolore dextri lateris capitis et condyli ſiniſtri maxillae inferioris, et lan- p. 142.

guere insigni. Oculi dextri pupilla nimis dilatata vix aliquid vidit, vrina turbida, alba, sero lactis similis erat. Simulac in dextro latere pectinaretur, in syncopen et conuulsiones incidit. Hoc malum, quod perpetuus vsus fructuum crudorum et lacticiniorum sensim excitarat, lapides cancrorum, pulvis de guttetta, infusa florum tiliae, lenia purgantia et aquae martiales breui tempore sustulerunt.

p. 149. N. 6) *Obseruatio de hydrope et parotidis tumore, ad febrem putridam sensim accedente, vbi insignis effectus corticis peruuiani in gangraena declaratur*, Auctore Cl. RICHARD. Febris putrida quidem cum ascite per diuretica intra duodecim dies depulsae sunt, sed subito parotis sinistra adeo intumuit, vt iugularibus compressis, faciei erysipelas efficeret, et altero die gangraena accederet. Resecta deinde parte corrupta, cardiaca et antiseptica, inprimis china china, per dies ad vnciam semis sumta, altero die suppurationem et sensim vires excitarunt. Quamquam vero paulo post musculi maxillae inflammabantur et pus in saniem mutabatur: duplicata tamen corticis peruuiani dosis, digestiuum simplex et balsamus Arcaei vlcera haec sensim consolidarunt et aeger sanitatem recuperauit.

p. 160. N. 8) *Obseruatio de bezoar humano*, Auctore Cl. BONTE. Vir per aliquod tempus in regione epigastrica pondus sentiens, postremo quaecunque assumserat, vomitu reiecit. Aucta anxietate et dolore in variis abdominis regionibus progrediente, tandem per aluum eiecit lapidem insignem, colore flauo, splendente, leuem, pinguem tactu, inflammabilem, liquescentem et aquae innatantem. Qui exortus in vesica fellea, per ductum choledochum ad duodenum delatus, ibique a bile nimis viscida sensim auctus esse videtur.

In

In menſe Septembri 1760.

N. 2) *Obſeruatio de comate vigili*, Auctore Cl. ALLIET. Vir poſt febrem intermittentem anomalam furunculis vexabatur, paulo poſt ſcabie, qua repreſſa obſtructio alui acceſſit cum calore inſigni pollicum pedum, et procidentia inteſtini recti. Senſim tremores extremitatum inferiorum ſenſit, quaſi paralyſi laboraret, et famem caninam, ſoporem et propter calorem pedum, phrenitidis ſpeciem faſtinuit. Ardor pedum, ſi fricarentur eorum plantae, ceſſabat. Balnea ad 14 dies adhibita et mannata mox mitigarunt ſymptomata. Reſoluentia et diaphoretica in forma boli ſumta ſtatim morbum reuocarunt. Variis tandem fruſtra tentatis veſicatoria applicauit ipſi brachio, puſtulis acrem humorem ſtillantibus referto, tanto cum ſucceſſu, vt ſenſim plane conualeſceret. p. 211.

N. 3) *Obſeruatio de ſequelis vomitus cruenti*, Auctore Cl. MARTEAU DE GRANDVILLIERS. Femina a potu vini pomati (*cidre*) colicam ventriculi et vomitum cruentum paſſa eſt. Ab hoc tempore nihil niſi lac ſumſit, quod ſemper poſt duas horas coagulatum reddebat. Putandum eſt, pylorum fuiſſe obſtructum, cum aluus ad viginti ſex annos nunquam poſtea libera facta ſit. Deinde bis in morbum incidens lac huic non conuenit, ſed iuſculum et vinum, et aluus tum aperta fuit, qua rurſus obſtructa et reiectione iuſculi et vini dicti conualuit. p. 226.

N. 5) *Methodus tractandi hydropem aſciten*, Auctore Cl. DEPLATONE. Incipit per decoctum ononidis ſcolopendrae rad. chinae et glyzyrrhizae, deinde exhibet ad quatuordecim dies bolum ex ſcammon. ſcrup. ſem. anim. crud. croc. martis agr. v. cum ſyrup. rhamni cathart. poſtea ad quatuor dies purgans et ſyrup. rhamni et pulv. Ialap. Tandem ſequuntur cardiaca et tonica; ſic facile colatoria aperiuntur, et morbus p. 229.

plane tollitur, etiamſi ob nimiam aquae copiam paracentheſis neceſſaria eſt.

p.250. N. 7) *Hiſtoria vulneris, cum variis ſymptomatibus coniuncti*, Auctore Cl. GODARD. Homo ſibi cultro vulnus ſub trochantere maiori fecit ad quinque pollices longum, cuius haemorrhagia, praemiſſo ſemper ſpaſmo doloroſo in parte ſuperiori interna femoris, ſaepius regrediebatur. Haec tandem ceſſauit poſt ſedecim dies, vulnere valde ſicco et ab adſtringentibus nigrefacto. Vena, manente febre, ter ſecta eſt, et clyſmata ob alui obſtructionem ad undecim dies durantem adhibita ſunt, vulnus autem ſemper poſtea ſanguinem ſtillauit. Sedato tandem ſanguinis profluuio, ſuppuratio incepit et ſenſim deiectiones purulentae acceſſerunt et vrina pure plena. Tandem e vulnere exibant fruſtula carnis putridae, ſanguinis grumi maxime foetidi. Corticis vero peruuiani vſu pus correctum eſt et vulnus ſenſim conſolidatum.

In Menſe Octobris, 1760.

p.346. N. 3) *Obſeruatio nouae ſpeciei exoſtoſeos oſſis cylindrici*, Auctore Cl. DUMONT, fil. Ruſticus ab equo in parte inferiori quatuor pollices ſupra condylos femoris tactus, ab inceſſu impediebatur. Variis tentatis tandem ibi ortus eſt tumor durus ad oui magnitudinem et aeger moriebatur. In cadauere apparuit, omnem contextum celluloſum femoris muſculorum a pure deſtructum eſſe. Tum vidit Cl. Auctor ſupra condylos tumorem oſſeum, quatuor vel quinque pollicum, figura ellyptica, inaequali, petroſa, multis foraminibus pertuſum, cauum. Os perpendiculariter ſectum, non fractum erat, canalis iuſta diametro, exoſtoſis ipſa partim conſtabat ex materia oſſea, femori applicata, partim cum oſſis ſubſtantia coniuncta, eius cauitas durior erat ſuperficie, nec

nec cum canali osseo connectebatur. Canalis parum medullae maxime foetidae continebat.

N. 5) *Obseruatio de aneurysmate vero, sponte sanato*, Auctore Cl. DESLANDES fil. Feminae 58 ann. arteria brachii dextri in venaesectione secta erat, sed sanguis forti ligatura coercebatur. Post tres dies tumor ibi ortus est nucis auellanae magnitudine. Cum aegra laminam ferream vix vltra tres septimanas sufferret, tumor intra octo menses ad magnitudinem oui anserini accreuit, ad annum vsque sic permansit et sola madefactione cum aqua lauendulae spirituosa interdum peracta, sensim decreuit, tandem plane euanuit, vt hoc brachio omni modo vti posset. p. 352.

N. 7) *Obseruatio de aneurysmate arteriae spermaticae, et scroto inde scirrhoso facto*, Auctore Cl. IULLIEN. Operarius a nisu fortiori dolorem inguinis dextri sensit, cum eius tumore, sensim in scrotum descendente, qui post quatuor menses maxime durus erat. Cum sitim nimio potu compescere tentasset, hydrops accessit et aeger moriebatur. In cadauere funis spermaticus non aderat, sed corpus scirrhosum cylindricum ad duos pollices cum semisse in peripheria, ab annulo abdominali vsque ad scrotum. In hoc dissecto canali conspiciebatur sola arteria spermatica sic distenta, vt digitus minimus immitti posset, eaque concretionibus polyposis referta. Membranae huius tumoris fibrae spirales duas constituebant laminas textura quasi cartilaginosa, et inter vtramque humor limpidus erat. In testiculo fere exsiccato nec vena, nec arteria, nec neruus conspiciebantur. Penis vsque ad glandem in scroto haerebat, tumore circumdatus. Diuisso septo scroti hydroceles saccata ad testiculum adhaerens aderat, in cuius epididymide tuberculum pure flauo repletum. Arteria spermatica dextra ab ortu vsque ad annulum sanguine obturata erat, vena vero ligamentum planum vel funem sistebat. p. 359.

N. 8)

p.369. N. 8) *Obſeruatio de placenta vterina cauo membranoſo retenta*, Auctore Cl. AGASSE. Puerpera relicta placenta et multum ſanguinis amiſerat, et doloribus angebatur. In vteri anteriori pariete erat cauitas, cuius oſtium collum quaſi formabat duorum pollicum diametro, fundo ampliore, vbi centrum placentae adhaerebat, quae totam cauitatem obducebat. Cl. Auctor igitur circumcirca ſeparauit ſecundinas, ſed centrum placentae cauitati arctiſſime adhaerebat. Igitur ſumſit punctum fixum ad regionem iliacam et lumbarem ſiniſtram obſtetricis ope, et ſiniſtra manu ad oppoſitam regionem, et ſic multis cum doloribus feminae placentam, in centro linea circulari inſtructam, ſoluit et femina ſenſim conualuit.

In menſe Nouembris, 1760.

p.431. N. 4) *Obſeruationes anatomicae*, Auctore Cl. PERRIN. In cadauere deficiebat ren dexter, cum vretere, e contrario ren ſiniſter octo pollices longus, ſex pollices latus, et duos craſſus erat, vreter maxime dilatatus, duos calculos, amygdalae magnitudine alter, et alter ſemipollicis longitudine, continuit. In cadauere feminae duplicem vterum detexit.

p.433. N. 5) *Obſeruatio de exſtirpatione tumoris in fornice palati, cum deſcriptione faſciae pauſatoris ad ſiſtendam haemorrhagiam*, Auctore Cl. ANSELIN. Haec excreſcentia ad 15 annos creſcens, totum os impleuit. Inuenit igitur inſtrumentum ex lamina ferrea alba, hic delineatum, quod affigitur ſpirae puluinatae. Tum ſcalpello vtrinque acuto, apice rotundo, tumorem ſemicirculariter incidit, eumque cum omni tunica exſecuit. Cum vero arteria ad latus dextrum palati, paulo poſterius, valde cruentaret, inſtrumenti laminam conuexam, cochlea-

cochleari ſimilem agarico inſtructam applicauit, ſic haemorrhagiam ſedauit et vulnus poſt ſeptem ſeptimanas coaluit.

N. 6) *Obſeruatio de medela epiploenteroceles cum ſphacelo et iactura partis inteſtini*, Auctore Cl. IEART. Haec erat hernia inueterata, ex niſu fortiori exorta, magnitudine duorum pugnorum, cum peſſimis ſymptomatibus. Quarto die operatio ſuſcepta eſt, et diſſectis integumentis apparuit, ilei partem gangraena corruptam eſſe, vti pars epiploi ſphacelo. His remotis duo vermes longiſſimi et albi e vulnere exibant. Sed infuſo cort. peruu. digeſtiuis ex eſſentia vulneraria cum hyperico, ſolano, veronica, tandem inteſtinum conſolidauit, et aeger plane conualuit. p. 439.

In menſe Decembris, 1760.

N. 2) *Obſ. de vſu interno cicutae*. Auctore Cl. LALLEMENT. Obſtructiones ſcirrhoſas hepatis, lienis et glandularum meſenterii pilulis ex pulueribus aperitiuis et extracto foliorum recentium cicutae intra ſex ſeptimanas plane ſuſtulit. p. 511.

N. 5) *Obſeruatio notabilis de lithotomia per lithotomum occultum facta*, Auctore Cl. CHASTANET. Puer iam a pueritia dolore in regione veſicae afflictus, tandem 10 anno ad ſex menſes dolorem fixum ſenſit in rene ſiniſtro, cum lateris oedemate. Praeterea rhachitide, incontinentia vrinae, inſultu febrili irregulari laborabat. Praeparatus ptiſana emolliente, clyſmatibus et victu leui, ſucculento, operatio inſtituta eſt, eiusque ope duo lapides 3 drachmarum pondere educti, ſine conuulſione et haemorrhagia. Deligatus dormibat et 6to die iam cicatrix conſolidari videbatur, cum ſubito febris acceſſit, renis dolor auctus erat et multum ichoris e vulnere et cum vrina emanabat. Abſterſit veſicam p. 540.

copio-

copiosis decoctis emollientibus et regionem aegrotam fouebat embroche oleorum emollientium et fomentis. Sic 15 die multum puris exibat e vulnere, et dolor et tumor lateris disparuit. Aeger sumsit pilulas saponatas cum therebinthina. Cum vero diaetae errorem commisisset, colica deiectionibus accessit, quae vix ab euacuantibus depelli poterant, et febris tertiana superuenit: cortex peruuianus bono cum regimine aegrum tandem post tres menses plane a morbo liberauit.

Tom. XIV. In mense Ianuario 1761 praeter alia, inprimis haec indicari merentur;

T. 14. p. 11. N. 2) *Obseruatio de medela cancri mammae, vsu belladonnae, cum noua methodo hanc praeparandi*, Auctore Cl. MARTEAU. Femina 45 annorum tumorem maxime dolentem in mamma dextra habuit, qui intra tres annos oui anserini magnitudinem attigit. Adhibuit Cl. Auctor bolos purgantes, electuarium purgans cum laudano et lac asininum, tandem tincturam belladonnae, quotidie ad granum semis, et post duos menses tumor decreuit. Omissis deinde purgantibus tincturae belladonnae dosin quotidie auxit. Octo dies ante catameniorum tempus tumor semper pristinum volumen recuperabat, sed sensim decrescebat. Ascendit tandem ad vndecim grana belladonnae, et tumor non amplius dolore coniunctus ad phaseoli magnitudinem detumuit, minime tamen plane dissipatus est, quamquam belladonnae bolus duodecim granorum radicis cicutae adiectus est. Praeparatio tincturae haec fuit; belladonnae vnciae quatuor, menthae crispae vnciae duae, croci or. drachmae duae, concisis admisc. spirit. vini librae duae, spir. volat. cornu cerui fine calce vncia semis, digere, exprime et tantum spiritus vini affunde, quantum post colaturam a libris duabus cessit.

N. 3)

N. 3) *Obſeruatio de chorea S. Viti,* Auctore Cl. SUMEIRE. Puella in decimo aetatis anno corpus minime in ſitu aequali ſuſtinere poterat, nec vnquam caput fixum tenere, et labia cum maxilla ſemper mouebantur. Attamen venaeſectio ter inſtituta, tria purgantia, iulapium paregoricum, electuarium roborans et infuſa ſaluiae ac meliſſae aegram breui tempore a morbo liberabant. p. 28.

N. 7) *Obſeruatio de aneuryſmate enormi,* Auctore Cl. BOUCHER. In cadauere a rupto aneuryſmate arteriae ſubclauiae dextrae demortui, tumor ſub cute vltra viginti pollices in peripheria deſcribens inueniebatur, a coſta ſuperiori ſcapulae ad tertiam thoracis coſtam vsque deſcendens. Praeterea impulſus ſanguinis in hunc ſaccum aneuryſmaticum effecerat luxationem ſcapulae, cum pars extrema interna clauiculae a ſterno ad aliquot pollices et ſcapula totidem ab inſertionibus trunci ſeparatae eſſent. Liquore, quem tumor continuit, euacuato, cauum tumoris duos pedes geometricos cum ſemiſſe conſtituere, detexit Cl. Auctor. Maxima pars arteriae ſubclauiae, ab ortu carotidis vsque ad arteriam axillarem in hunc ſaccum aneuryſmaticum mutata erat, primae vero ac ſecundae coſtae anterior pars, et ſuperior ſterni caries exeſa. p. 55.

N. 8) Epiſtola Cl. TAIGNON, *in qua fungum* amadou *inprimis mollem ad ſubito ſiſtendam haemorrhagiam, ſi orificio vaſis laeſi applicatur, maxime commendat,* quod tribus exemplis confirmat Cl. Auctor, ideoque eius ope ſub forma peſſarii magnam vteri haemorrhagiam ſedauit. Eſt verus agaricus quernus ad ignem ſuſcipiendum praeparatus. p. 59.

N. 10) *Deſcriptio et vſus inſtrumenti ad ſectionem lateralem calculi praeſtandam,* Auctore Cl. FROMEILD. Hoc inſtrumentum, *le double gorgeret* dictum, et ſufficienti ſectione ad collum veſicae et pro- p. 68.

proſtatam, et defendendo inteſtinum rectum contra vulnus, ſe commendat. Sectis integumentis et vrethra manubrium ſub pollice ponitur, vt pars conuexa ſecundae phalangae indicis innitatur. Apice inſtrumenti in ſulcum ſpecilli ingreſſo, hoc ſpecillum ſiniſtra manu verſus ſiniſtrum gluteum dirigitur et inſtrumentum in veſicam immittitur, vt proſtata oblique extrorſum ſcindatur; tum retrahitur ſuperior inſtrumenti pars, et concaua tantum pars in veſica relinquitur, vt tanquam canalis, ad calculum forcipe educendum, inſeruiat.

In menſe Februario, 1761.

p.108. N. 2) *Obſeruatio de cancro mammae, vſu interno belladonnae curato*, Auctore Cl. VAN DEN BLOCK. Exhibuit aegrae infuſum belladonnae, ex foliis tenerrimis, reiectis ſtipitibus, ad modum a Cl. LAMBERGEN commendatum, quotidie ad duo vaſcula, tandem ad tria, et ſiccitatem quidem oris, vrinaeque inſignem acrimoniam, quae vias vrinarias arrodebat, inde excitauit, tumor tamen, oui columbini magnitudine, intra nouem menſes plane diſſipatus fuit, aegraeque ſanitas reſtituta.

p.121. N. 3) *Obſeruatio de bono effectu cicutae in morbis ſcrophulofis*, Auctore Cl. MARTEAU. Humor ſcrophuloſus viri 46. ann. pedem ſiniſtrum et brachium occuparat, ibique vlcera excitarat, vſu tamen pilularum de cicuta, ad quatuor grana pro doſi, aeger breui tempore ſanatus eſt. Alii aegrae pilulis his ſtrumas colli plane depulit Cl. Auctor, eaedemque in ictero et hepatis ſcirrho, coniuncto vſu aquae de Forges, maxime profuerunt.

p.145. N. 5) *Obſeruatio de cornubus obortis ad femora plurium feminarum*, Auctore Cl. DU MONCEAU. Mulier 78 annorum, cornu ad poſteriorem et inferiorem partem femoris ſiniſtri, 4 pollices ſupra genu

per

per quatuor annos percepit. Maximos tandem ſen-
it dolores a ſeparata parte radicis, integumentis ad-
haerentis, qua plane exſtirpata, vulnus poſt ſex ſepti-
manas coaluit. Cornu, hic delineatum, arietis cornu
imile, nouem pollices longum eſt, ad radicem 3 poll.
raſſum, ad finem vnum et octo lineas. Alia fe-
mina per 26 annos ad mediam et internam femoris
extri partem cornu habuit decem pollices et octo
neas longum, tres pollices ad baſin craſſum, quod,
um ad ſeptendecim annos ſaepe ſecaſſet, tandem
onte excidit, et vlcus cancroſum, inſignes dolo-
s ſenſimque mortem excitauit. Alia paruum fe-
oris cornu filo ſericeo ligauit et exſtirpauit. In
iis poſt ſeceſſum cornuum femoris ſemper vlcera
ncroſa oriebantur.

N. 7) LOUIS *Epiſtola de Sarcocele.* Hic mor- p. 171.
us eſt tumor teſticuli, renitens, non dolens, ab
ernia inteſtinali et epiploi per plicam inguinum in-
gram diſtinctus. Saepe vt exoreſcentia carnoſa ſu-
er corpus teſticuli apparet. Curatur imprimis ve-
aeſectione, purgantibus, balneis, emplaſtris diſcu-
entibus et reſoluentibus; balſamo ſulphuris tumor
linitur; frictione mercuriali, inprimis ſarcoceles ve-
erea. His fruſtra tentatis teſticulus ſecatur, ne
ircinoma fiat. Si tumor peculiaris ſuper teſticu-
m adeſt, incidatur cutis ſcroti et tumor exſcinda-
ir, vel cauteriis exſtirpetur, quamquam exciſio
t praeferenda.

In menſe Martio 1761

N. 2) *Hiſtoria febris continuae in intermittentem* p. 303.
*omalam tranſeuntis*, Auctore Cl. GODART, Pe-
ina, 22 annorum febre vehementi correpta fuit
m pectoris affectu, angina, capitis dolore et ſiti
hementi. Suppreſſio catameniorum, a febre
orta, ſymptomata auxit, venaeſectio tamen et

rubefacientia haec mitigauit. Nono die febris poſt ſudorem remiſit, decimo ſubſtitit et vrina ſedimentum depoſuit ac febris vndecimo aberat. Duodecimo riannae potio parum profuit, decimo tertio, redeunte ſudore aegra ſanguinem grumoſum et floridum exſpuit, acceſſit horripilatio calore excepta et vomicam indicabant. Decimo ſexto vena ſecatur. Puluis tartari vitriolati ſudores auxit, et cortex peruuianus conuulſiones excitabat, laudano facile compeſcendas. Decoctum plantaginis, infuſum vinoſum ſaluiae et extractum corticis peruuiani ſenſim ſudores copioſos diſſiparunt et aegra poſt tres menſes conualuit.

p. 211. N. 3) *Obſeruatio febris protelſormis*, Auctore Cl. PLANCHON. Femina hyſterica, 45 annorum, ſuppreſſis per ſex menſes catameniis, inflammatione hepatis cum tuſſi et ſputo cruento angebatur. Venaeſectio bis inſtituta et purgans conueniebant. Auctis tertio die ſymptomatibus emplaſtrum emolliens lateri applicatum profuit. Die ſequente paroxyſmus vehementer rediit, clyſmatibus tamen, fomentis abdominis et diluentibus ſuperatus eſt. Electuarium tandem corticis peruuiani cum rhabarbaro et gummi ammoniaco, ac ſale ammoniaco, vt et bechica morbum mitigarunt, quinto die menſtrua rurſus erumpebant et aegra ſenſim ſanata eſt.

p. 218. N. 4) *Obſeruatio febris hecticae*, Auctore Cl. LORENT. Vir in febri continua doſin pulueris D'AILLAUD ſumſit, et nimias deiectiones cum vomitu cruento ſibi contraxit. Febris quidem ceſſauit, ſed paulo poſt in febrem hecticam marasmodem mutata, cum variis ſymptomatibus, inprimis ventriculi debilitate, rediit, et aeger poſt octo menſes mortuus eſt. In cadauere Cl. Auctor inuenit cartilagines coſtarum oſſeas, oſſa maxime ſicca, fragili pul-

pulmones pleurae adhaerentes, gangraenosos; peri-
cardii partem cartilaginosam idque cordi firmissime
idhaesit, polypum magnum in principio arteriae
pulmonalis, ventriculum aere distentum, cuius
membrana villosa exiguam tantum partem circa car-
diam inuestiebat, reliqua pars laeuis et quasi abstersa
idebatur et forte a puluere d'Ailhaud destructa.
Omentum sphacelo erat affectum, vt et hepar, par-
um, siccum, granulosum, fere friabile; vena caua
nguine non satis repleta, et vasa maiora vacua.
irus venereum hanc febrem insanabilem reddidit.

N. 5) *Obseruatio de febre putrida verminosa, cum delirio phrenitico, vbi vinum cum bono successu adhibitum est*, Auctore Cl. DE LA MAZIERE. Homo, 5 annorum, vino deditus, febre putrida laborans furore affectus, a tribus venaesectionibus parum ommodi habuit, et a potione cordiali cum Kermes inerale multos eiecit vermes; altero die, magis ebilitatus, delirio persistente, ab eodem medica-ento paulo fortiori in affectus soporosos incidit. eficatoria profuerunt, tandem aegro reliqua repu-anti visum concessit; adhibitum deinde vomito-um vermes expulit et crebra purgantia febrem, re-to delirio, quo, per magnam narium haemor-agiam sedato, ipse in somnum incidit. Ab eme-o denique materiam biliosam reiecit et plane ad rediit; tandem continuato purgantium vsu sensim nualuit. p. 230.

N. 7) *Obseruatio de infante monstroso*, Auctore IUVART. Hic vix dimidiam nouimestris magni-linem habuit, eique defuerunt brachium dex-um cum scapula, partesque continentes pectoris abdominis istius lateris, quasi sternum a musculis lli et clauicula vsque ad imam lumborum partem lione remotum fuisset. Spina dorsi integra fuit, ut bene formatum faciesque formosa, sed loco p. 244.

partium ossearum verticis aderat ligamentum cutaneum, membranosum, carnosum, vasculosum, quod tanquam funiculus vmbilicalis, qui defecit, in centrum placentae inserebatur.

p.249. N. 8) *Observatio de contractione maxillae, a medio morbi veneri orta*, Auctore Cl. HAZON. Spatium inter vtramque maxillam tam patuum fuit, vt aegra non nisi fluida sumere posset. Lingua enim ab vlceribus tumida, et musculi maxillae inferioris inflammati et exulcerati erant, quibus tamen cataplasmatibus emollitis, motus maxillae sensim restitutus est.

p.275. N. 12) *Observatio de vitio conformationis peculiari*, Auctore Cl. DESSAIX. Recens nati manus ita formatae fuerunt, vt duabus massis carnosis similes essent, aequali longitudine, et ad extremitatem vngue difformi instructae. Leuis quidem motus aderat primae phalangae ad metacarpum connexae, sed reliquae phalangae cum prima vnum os constituebant. Ad locum pollici destinatum leuis sulcus fuit, quem scalpello recto incidit, vsque ad extremitatem fere osseam, vt pollicem formaret Cl. Auctor, et ex reliqua massa tres alios digitos fecit, quorum singulus vngue difformi ornabatur. Quibus quatuor digitis, post mensem bene sanatis, infans aliquo modo vti poterat, cum ad metacarpum liberi moueri possent.

In mense Aprili 1761.

p.299. N. 2) Epistola Cl. DARLUC, *de vsu alcali volatilis in rabie*. Puer, duodecim annorum vigesimo die post morsum canis suspecti, tristis flebat et anxius, cum voce rauca, pulsu duro, inaequali, halitu foetido, vultus facies callosum valde doluit, fensit anorexiam ciborum, et obtusum pharingis dolorem, si biberet, minime tamen hydrophobiam. Illinito vul-

vulnere et callo dolente opiatis et camphora, singulis duabus horis sumsit aliquot guttas aquae Luciae (*Eau de Luce*), omniaque symptomata mitigabantur. Ipsoque vulneris callus, scarisatus et mercurialibus fictus, post viginti dies sanatus est.

N. 3) *Observatio de hydrophobia spontanea*, Auctore Cl. BAILLY, fil. Miles dolore capitis saevo diu exatus, subito insultus epilepticos insignes sustinuit, indem in hydrophobiam incidit, omnia alimenta espuit, et vigesimo die mortuus est. Cadaveris ranium parum cohaesit cum dura matre, quae ptem ostendit excrescentias scirrhosas, scalpello ix discindendas, quarum duae, pisi magnitudine, d sinum longitudinalem superiorem sedebant, duae inores supra suturam coronalem, et tres minimae d ossis frontis impressionem. In cranio paruae caitates, his respondentes adeunt. E sinu longitunali sanguis niger, spissus, ex meningibus et ventriculis superioribus magna seri copia emanauit. p. 315.

N. 4) *Observatio de bono effectu sicutae*, Auctore Cl. DESMILLEVILLE. Huius extractum, quotie ad viginti grana externe et interne adhibitum, ntra duos menses tumorem carcinomaticum palporae superioris depulit. p. 322.

N. 6) *Observatio de effectu Raputii vrentis sonienfis*, Auctore Cl. BONTE. Huius infusum, in ebri intermittente a rusticis fortuito sumtum, vomum deiectionesque effecit, saepe tamen colicam, nxietatem, adeoque convulliones. Igitur non isi prudenter adhibitum iuuare videtur. p. 350.

N. 7) *Observatio de phthisi renali, et duobus ulceribus carcinomaticis magnis, in corpore vesicae, miui cruento superuenientibus*, Auctore Cl. CANUT. Miles mictum cruentum spiritu therebinthinae oercere tentabat, sed ulceribus inde obortis, nia suppuratione maxime confectus et accedente p. 352.

febre putrida mortuus est. Cuius sectio ostendit, latus dextrum abdominis et pectoris pure repletum, et diaphragma fissum, lobum hepatis magnum exulceratum, parvum, vt et renem dextrum scirrhosum, sinistrum, vt morbi sedem, pure plenum; pelvis cauitas pus filosum continuit, in vesicae fundo duo vlcera cancromatica erant, quorum diameter pollicem aequabat. In thorace pleura a costis separata et vlcerata, pulmonis dexteri lobus vlceratus, sinister pulmo pluribus macula nigris obsitus erat, et cor in magna copia liquoris pericardii natabat.

p. 358. N. 8) *Obseruatio, de cadauere hominis subito demortui*, Auctore Cl. TILESIO. Venter maxime tumidus erat, intestina inflammata et colon summopere distentum. Cauum abdominis, remotis intestinis, obtegit superficiem eleuatam, membranaceam, pinguedine refertam, quae omnes regiones anteriores dextras abdominis occupabat, posterius adhaerens membranae adiposae renis dextri. Erat massa pinguis cum portionibus membranaceis compactis commista, in quarum crassitie orificium plurium vasorum conspiciebatur, quae in fundo huius cauitatis aperiebantur, et ad aliud progrediebantur corpus membranaceo cartilaginosum, septum huius cauitatis constituens. Tota haec cauitas libera erat, intestinis imposita, globulosa, compacta, interius alba et in duas cameras diuisa. Septum vero perfodit ductus, cuius orificium vtrumque quasi sphincterem fistit, per quem aqua limpida flaua ex vna in alteram defluit cameram. Ipsum septum varia continet corpora dura, nigra, splendida.

p. 365. N. 9) *Obseruatio de maxima hernia ventrali cum graviditate coniuncta*, Auctore Cl. THIEBAUT. Huic feminae tempore dolorum partus pannos gradatim super annulos abdominis posuit, eosque vola manu tenari

teneri iuſſit, atque ſic feminam a gemellis felici partu liberauit.

N. 10) *Obſeruatio de exſtirpatione tumoris, ſuper mammam dextram ſiti*, Auctore Cl. GUYARD. p. 369. Quem aegra ad duodecim annos a magnitudine phaſeoli portauit tumorem, idem nunc capitis infantis magnitudinem habuit, ex multis glandulis conglobatis compoſitus et baſi anguſtiori erat. Hunc in baſi fortiter ligauit Cl. Auctor, integumenta ſcalpello recto longitudinaliter incidit, tumorem vndique ſoluit et aegra paulo poſt conualuit. Tumor, pondere duarum librarum cum ſemiſſe, in medio maſſam duram nucis iuglandis magnitudine continuit.

In menſe Maio 1761.

N. 2) *De ſubitanea morte a nimia obeſitate*, Auctore Cl. GODART. p. 401. Quinquagenarius ſenex ab aſthmate vexatus, per annum vsque tuſſi cum ſputo cruento laborauit, tandem ſubito aſthmati ſuccubuit. Cadaueris pericardium et mediaſtinum pinguedine onuſtum reperiebatur, thoracis cauitas ac pericardium aqua repletum, pulmones autem, cor et truncі vaſorum plane integri erant, vt ſola pinguedo comprimendis pulmonibus, mortem effeciſſe, apparet.

N. 3) *Obſeruatio de venaeſectione et emetici ſaepe p. 411. rum ſucceſſu in morbis acutis granidarum repetitis*, Auctore Cl. DE LA MAZIERE. Grauidae, in ſeptimo menſe vera pleuritide affectae, quinquies vena lecta eſt, cui, perſiſtente pulſu duro, Cl. Auctor decem vncias ſanguinis ſexto die e vena duxit, idemque verſus veſperam repetiit. Altero die, ſumto mannato, aegra conualuit et nono menſe peracto felicem partum habuit. Alia grauida in ſexto vel ſeptimo menſe ſynocho laborauit. Sumto ſale de Seignette per quatuor dies tranquilla fuit. Deinde

maxime debilitata potionem eandem cum Kermes minerale cum ſucceſſu ſumſit, paulo poſt quatuor grana tartari emetici et altero die pituitas vermes expulerunt; tertio tandem die, repetito emetico, convaluit.

p.435. N. 5) *Obſervatio de paracentheſi ventris quadrageſimi tertii trium annorum ſpatio inſtituta*, Auctore Cl. DE FONTAINEMONT. Femina, 43 annorum poſt febrem intermittentem in hydropem aſcitem incidit, et in quatuor primis operationibus aquam, in reliquis, quarum ſpatium intermedium vix octo vel nouem dies erat, ſanguinem, certe aquam ſanguine miſtam emiſit, neque tamen poſt 143 paracentheſes magis debilitata eſt, quam poſt primam. Menſtrua nunc reſtituta ſunt, et ſolus lien nimis magnus eſſe videtur.

p.440. N. 6) *Hiſtoria feminae, quae fortuna ad viginti nouem menſes in utero geſſit*, Auctore Cl. DE LA TERGNE. Haec in ſeptimo menſe grauiditatis vomitu correpta, ab imprudenti obſtetrice ad labores partus ſtimulata, quamquam os uteri non apertum erat, maxime debilitata eſt, et deinde multum aquae ex utero effluxit. Amiſſa tandem grauiditatis ſpe, cum detumeſcente ventre, poſt viginti duos menſes a vehementi motu ſubito in hypochondrio ſiniſtro maximos dolores, per duodecim dies effluxum foetidum, et in regione umbilicali tumorem piſi magnitudine percepit, quo tandem aperto, oſſa extremitatum et cranii foetus eduxit. Natura deinde perpetuo ſibi elegit hanc viam ad euacuanda menſtrua huius feminae de reliquo ſanae.

p.443. N. 7) *De medela vulneris gladii, pollicem perfodientis*, Auctore Cl. ALLARD. Vulnus inter quintam et ſextam coſtam veram, pollicem a ſterno et ſemipollicem a ſpina dorſi ad angulum inferiorem ſcapulae pulmonem tranſiit. Aeger quidem multum

tum sanguinis exspuit, postea tamen libere respiravit, vicinia vulneris parum emphysematica erant, et ipse intra viginti duos dies, ope lactis et balsami peruuiani sanatus est.

N. 8) *Observatio fracturae complicatae humeri ad articulum cubiti*, Auctore Cl. MUTEAU DE ROQUEMONT. Septuagenaria paralytica et cancro mammae occulto affecta, humerum prope cubiti articulum fregit. Applicata accessit inflammatio cubiti maximique dolores. Attamen styrax cum aqua vitae camphorata intra 40 dies motum cubiti restituerunt. p. 446.

In mense Iunio, 1761.

N. 2) *De hydrope, curata insultu apoplectico*, Auctore Cl. GODART. Asthmatica, pectoris obstructione laborabat, cum faciei, pedum et manuum oedemate, postremo in anasarcam incidit. Accessit deinde lipothymia cum stupore, paralysi brachii et cruris, et oris distorsione. Sumta mixtura cardiaca vrinam turbidam copiose emisit, sensimque oedema disparuit, regrediente sensu et motu membrorum. p. 499.

N. 3) *Observatio de delirio phrenitico et clauo hysterico*, Auctore Cl. BEAUX. Vir vino deditus, a febre vehementi corripitur, cum insigni capitis dolore, calore ardente et maxima siti, pulsu duro, tendinum subsultu, conuulsionibus, singultu, nausea, vomitu et alui obstructione. Haec febris per quatuor dies durabat, sed post tres venaesectiones quinto die remisit, conuulsiones autem et delirium phreniticum tunc maximum fuit. E vena iugulari libra vna semis sanguinis missa est, singulis quaternis diebus octo clysmata aquae frigidae applicabantur, et capiti tonso vesica, aqua frigida repleta, cum fructu imponebatur, tandem balneo frigido ad horam vnam semis immissus aeger, in lecto sudauit cum p. 504.

ſomno reficiente et poſt decem dies plane conualuit. Femina clauo hyſterico affecta per veſicam aqua frigida plenam et capiti impoſitam atque per clyſmata frigida ſanata eſt.

p. 509. N. 4) Epiſtola Cl. MAUPORTI, *in qua effectus cicutae praedicat.* In ſcirrho enim ac carcinomate labii oris adhibuit extractum cicutae eiusque doſin quotidie ad 4 grana, vsque ad drachmam vnam ſemis, auxit, et ſic intra duos menſes aegrum plane curauit.

p. 547. N. 7) *Deſcriptio partus laborioſi infantis praeternaturalis*, Auctore Cl. LANDEUTTE. Fuit puella, caſſida induta, quae, cum nates primo oſtenderet et pedibus educeretur, ſubito ad caput retinebatur atque poſt varios demum labores nata eſt. A matre per decem menſes in vtero geſta eſt, quae, praeter hunc foetum ſimul hydrope laborat. Caſſida, qua caput ornabatur, alba erat, ſolida, dura, caſſidae figuram exacte fiſtens, et ad dorſum late deſcendens, in medio autem quaſi in duos lobos diviſa, vnde criſta proficiſcebatur.

## IX.

PHILIPPI CONTADI FABRICII, Med. D. Sereniſſ. Duc. Brunſuic. et Lüneburg. a Conſiliis Aulicis. Med. P. P. in Acad. Iul. Carol. Primarii Societat. Med. Helmſtad. Praeſidis, Acad. Caeſar. Nat. Curioſ. Collegae, Enumeratio methodica plantarum horti medici Helmſtadienſis, ſubiuncta ſtirpium rariorum nondum ſatis extricatarum deſcriptione. Editio ſecunda auctior. Helmſtadii litteris Ioh. Drimbornii 1763. 8. Alph. 1 pl. 6 cum dimidia.

Euul-

Euulgauit Cl. Auctor ante quatuor hos annos enu-
merationem methodicam plantarum horti me-
dici Helmſtadienſis, quae et ſupra a nobis commé-
morata fuit *). Prodiit iam idem liber variis nouis
obſeruationibus auctus et locupletatus, qui de in- T. 3.
defeſſo Auctoris in rem herbariam ſtudio vbique te-
ſtatur. Nouas plantas, quae poſt primam editio-
nem hortum helmſtadienſem ornauerunt, ſuo loco
poſuit, omnibus vero, inprimis arboribus exoticis,
ſynonyma eorum Auctorum adiecit, qui icones elec-
tas habent. Quantum diſcrepantia Linnaeanae me-
thodi ab Heiſteriana permittit, eas plantarum deno-
minationes, quas LINNAEI ſpecies, vel eius ſyſ-
ſtematis Naturae editio decima ſiſtit, appoſuit. So-
lum natale plantarum ex LINNAEO ſumſit, et no-
mina germanica, apta ei viſa adduxit. Et quamuis
nonnullae plantae, in horto ſuo interea perierunt,
earum tamen nomina et ſynonima retinuit, quo-
niam partim, dum ipſe haec editio typum reliquerit,
de nouo iterum poſſidet, partim ad eas recuperan-
das nullam operam praetermiſſurus erit. Immuta-
tam in poſterum huius plantarum enumerationis for-
mam manere permittit; ſi quas, vt ſperat, ex amico-
rum beneuolentia nouas plantas acquireret, nec
obſeruationes, quas cum vegetabilibus porro inſti-
tuet; ſupplementorum titulo publici iuris faciet.
Indicem Auctorum de re botanica clarorum, quos
in bibliotheca ſua aſſeruat, ſimul enarrat. Eas ergo
obſeruationes, quibus Cl. Auctor notam hanc editio-
nem emendauit, nunc indicemus.

Kaempferiam foliis ouatis ſeſſilibus deſcribit, cui p. 16.
calix nullus, quamuis in horto Cliffortiano et apud
RUMPHIUM aliquis depictus ſit, ſed flos ex ſpatha
erumpit, ita vt ex eadem ſpatha omnibus tribus vel

qua-

*) vid. Comment. Nouor. Vol. VIII. Part. II. p. 283.

quatuor diebus noua praedeat corolla, priori pulchriori, quae postquam vix per diem durauit marcescit. Reliqua huius plantae descriptio, cum Linnaeum aliorumque conuenit.

p. 23. Plantam radice bulbosa recenset, quam Cl. HERBERT ex capite bonae spei insulae accepit. Haec an. 1760 per tres menses in hypocausto egregie floruit, et semina matura tulit, quae terrae mandata progerminauerunt, planta vero ipsa ex bulbo mense Ianuarii 1763 vegetum iterum scapum protrusit. Quoad radicem conuenit cum Hyacintho stellato Peruano CLUSII, quoad floris vero figuram et structuram, nouum genus ex Aloe et Hyacintho compositum, efficere Cl. Auctor autumat. Iconem eiusmodi apud nullum Auctorem se inuenisse testatur. Radix scilicet bulbosa, solida, fusco violacea, multas e basi emittit fibras. Folia summe viridia, undulata, media sulcata, summitate repanda, vnum cum dimidio pedem longa, et tres digitos transuersos lata, in scapo vltra duos pedes longo, cylindrico angulato, viridi, multisque paruis maculis obsolete puniceis variegato sedem occupant. In spica, infimae corollae primo ad perfectionem perueniunt, deinde quae proxime supersiones. Corollae cuiuslibet longitudo trium digitorum transuersorum, medio gibbae, summitate amplioris, et dimidium transuersi digiti minoris aequantis, deorsum pendulae, et folio florali tantum stipatae. Color eleganter variegatus ex multo pallide roseo, pauco viridi et albo. Inferioris corollae limbus in octo laciniis ouato obtusas diuiditur; quibus octo filamenta alba subulata lotus adhaerent. Antherae parvae erectae nutantes basi bifidae. In fundo corollae haeret germen ouato oblongum octangulare viride, prout in Colchico obseruatur. Stilus albus subulatus, longitudine staminum. Stigma obtusum minime aequale. Quando

germen

germen ad maturitatem peruenit, quadriloculare fit, et multa ouata cylindrica vno extremo magis globosa in se continet semina. Vnius vero eiusdemque florum spicae, corollae superiores pleraeque paullulum discrepant, non solum enim angustiores sunt, sed quoque limbum sexfidum tantum habent, ratione sexus, ad hexandrias monogynias LINNAEI pertinent, et germine triloculari gaudent. Nullus in floribus obseruatur odor. Corollae quando exarescere incipiunt, se claudunt, et germen magis, magisque intumescens in se continent. Capsulae seminales maturae magnae inflatae trialares, et triloculares, quauis ala ex duabus valuis constantes, semen vnicum vtplurimum nigricans includunt, quod valuis sponte hiantibus, firmiter annexum manet.

Callam foliis cordatis, spatha plana, vndique hermaphrodito recenset, quae cum Calla aethiopica multam quidem analogiam habet, sed folia minus longa, spatha alba, minor vero et planior, et in spadice hermaphrodito stigmata obtusa fusca. p. 42.

In Polygono floribus octandris tryginis racemosis, quod Fagopyrum orientale ramosum et multiflorum Persicariae folio est, ope microscopii inter corollam et germen, octo nectaria granulata, lutea inuenit. p. 46.

In Plumbaginis calice plures glandulas nitidas pedicellatas detexit. p. 49.

Limonium orientale plantaginis folio corollam habet, cuius petala bina tantum alba sunt, limbus vero e purpureo violaceus. Quapropter a descriptione et icone AMMANNI et GMELINI ab quantum discrepat. p. 53.

In Sideritide saluiae vel lauendulae folio flore albo HUISTERI, obseruauit, plenos interdum occurrere flosculos, reliquis interruptos. Filamentorum scilicet loco et styli adsunt quatuor vel quin- p. 92.

quinque. Laciniae corollae interiores et minores, cochleatae, lacerae, quibus antherae lateraliter adhaerent. Quod vnicum in labiatis exemplum esse monet.

p. 98. Polymorpha HEISTERI, quae plerumque absque corolla conspicua perfecta et matura foecunda semina copiose fert, an. 1759 flores coeruleos satis magnos, cum Icone et descriptione Dilleniana conuenientes, exhibuit.

p. 194. Nouam Amaranthi speciem describit, cuius altitudo vix pedem assequitur. Caules procumbentes, rubentes. Folia alterna bliti vel maioranae. Flosculi ad alas foliorum conglomerati, albi, pentapetali, petalis quatis, medio linea longitudinali inscriptis, patulis. Masculi minores, marcescentes, tribus albis filamentis et antheris praediti. Stili femininorum tres. Germen ouatum.

p. 210. Peloriam LINNAEI, varietatem tantum Linariae esse, in prima editione Cl. Auctor monuit. Hoc suum assertum nunc ex eo probat, quod in iisdem saepe caulibus et ramis eiusdem plantae plures flores sint. Linariae, vnus tantum et alter Peloriae, quintuplici appendice, calcaris instar, seu nectario praeditus. Immo ex iis floribus, qui vere characterem Linariae exprimunt, quidam non raro duplici calcare sunt instructi.

p. 282. Napaea dioica LINNAEI, simplicem florem conglomeratum ostendit. Conuenit reliquum cum LINNAEI descriptione, hac cum differentia, quod inter plures flores tantum masculos, in eodem exemplari flos vnus et alter occurrerit, octo filis albis, distinctis, supra stamina multum eminentibus, praeditus, qui vero aeque parum ac reliqui adhuc semina tulerunt. An. 1759 omnes fere flores hermaphroditici erant, sed antherae steriles, marcidae.

In

In *Vrtica* specie obseruauit Cl. Auctor per plu- p. 366.
res annos, masculos tantum flores. An. 1762 vero
in eadem planta tam masculi, tam feminei flores ap-
paruerunt, semina perfecta producentes.

Inter arbores vnam Oleae speciem sylvestrem p. 387.
Elaeagrum dictam describit, in qua tantam florum
inconstantiam obseruauit, vt in nulla alia planta ta-
lem se vidisse testetur. Non solum enim in eadem
arbore, sed etiam in eodem ramo, modo quadrifi-
dos, modo quinquefidos, sexfidos, octofidos inue-
nit flores, et stamina modo 4, modo 5, 6, 7, 8. In
fundo floris nectarium globosum, apice quadrifidum,
basin stili amplectitur.

Nomina generica a Cl. HEISTERO plantis im-
posita, nuper iamiam recensuimus *). Quae ergo
in noua hac editione accesserunt plantae, harum no-
mina Heisteriana nunc enarremus.

*Tulbaghia* pag. 4. Polyanthis species.
*Vffenbachia* — 21. Vuularia fol. perfol. *Linnaei.*
*Gemmingia* — 27. Ixiae species.
*Narcissulus* — 28. Narcisso Lyrium *Swert.*
*Aroides* — 42. Callae species.
*Serpillaria* — 54. Illecebrum fol. verticillatis
nudis. *Linn.*
*Scorpiurus* — 75. Heliotropii species.
*Ruyschia* — 102. Dracocephalum.
*Blitoides* — 193. Blitum album *Camer.*
*Nigellastrum* — 273. Nigella.
*Melitoides* — 304. Trifolium peltatum creti-
cum *C. B. Prodr.*
*Coluteastrum* — 317. Colutea herbacea *Linn.*
*Serrula* — 324. Biserrula. *Linn.*

*Atacia*

*) vid. l. c. p. 288.

*Acacia* pag. 835. Mimoſa. *Linn.*
*Amaranthulus* — 358. Achyranthes. *Linn.*
*Barsordia* — 386. Callicarpa. *Linn.*
*Ambraria* — 435. Anthoſpermum.

X.

A Diſſertation on the Uſe of Sea Water in the Diſeaſes of the Glands. Particularly the Scurvy, Iaundice, Kings-Evil, Leproſy and the glandular Conſumption. Tranſlated from the Latin of RICHARD RUSSEL, M. D. To which is added a Tranſlation of Dr. SPEEDS Commentary on Sea Water. As alſo an Account of the Nature, Properties and Uſes of all the remarkable Mineral Waters in Great Britain. By an eminent Phyſician. The fourth Edition, reviſed and corrected. London Printed for *W. Owen*, 1760. 8. pl. 15. tab. aen. 1.

h. e.

RICHARDI RUSSEL, M. D. Diſſertatio de uſu aquae marinae in morbis glandularum, praecipue in ſcorbuto, ictero, ſcrophula, lepra et tabe glandulari, tranſlata ex latino ſermone in Anglicum. Cui addita eſt traductio Doctoris SPEED Commentarii de aqua marina. Accedit Tractatus de natura, proprietatibus et uſu praecipuarum aquarum mineralium Magnae Britanniae. Auctore quodam Medico excellente.

In hoc libello tria continentur opuſcula. Primum facit Cl. RUSSEL *Diſſertatio de Tabe glandulari*, quae

quae 1750 *e theatro Sheldoniano* prodiit, e latino sermone in anglicum translata. Huius recensionem in nostris iam dedimus *supplementis* *), ad quae B. L. ablegamus. Alterum est Cl. SPERD *Commentarius de aqua marina* itidem ex latino in anglicum sermonem traductus, cuius latinum exemplar nondum vidimus. p. 145.

Tria praemittit Cl. Auctor experimenta, quibus naturam aquae marinae exponere, eiusque partes constituentes detegere contendit. Sumsit scilicet aquam non solum diuersis littoribus, sed etiam diuerso fluxus nempe et refluxus tempore haustam, quam euaporationi lentae expositi, et materiam remanentem non diuersam, nisi ad pondus, quod in aqua, tempore refluxus hausta, decem granis minus fuit, inuenit. Color huius materiae est albidus, flauescens, sapor vero subamarus, salinus. Massa autem ipsa constat ex sale et terra sabulosa, quae quam diu adhuc mixta est, impedit confectionem salis in crystallos. Ex residuo liquore flauescente, quem quondam Cl. HOFFMANN[illegible] lixiuium salis adpellauit, more debito tractato, parantur crystalli prismaticae, quae denuo solutae, in crystallos redactae, praebent, secundum Cl. Auctorem, salem catharticum, *Epsom* dictum, quem additione alius adhuc salis parari Cel. HOFFMANNUS adfirmauit. Adfert etiam Cl. Auctor in nota textui adiecta, se in salinis, ad *Nouum-Castellum* (*Newcastle*) sitis, percepisse, salem ammoniacum posse parari ex partibus tribus vrinae, et parte vna lixiuii salis bene mixtis, et in aheno plumbeo per 48 horas seruatis, donec fermentent: quo facto massa mixta ad siccitatem euaporatur, et lege artis igne eleuatur, seu, vt chemici loquuntur, sublimatur. Praeter ea asserit, aquam marinam componi p. 148.

*) vid Decad. primae Supplement. II. p. 245.

poni ex ſale communi, qui ſiccet et obſtruat potius corpora; et ex ſale amaro, qui diuretica et cathartica gaudeat indole, hinc obſtructiones referat. Ex vltimo enim hoc ſale, quem abundare in aqua marina cenſet, huius virtutem non ſolum purgandi per aluum et vrinam, ſed etiam ſoluendi obſtructiones deriuat. Interim cautos eſſe omnes monet in vſu aquae marinae, praecipue eos, qui calidae ſunt naturae. Securius autem hanc poſſunt bibere ii, qui phlegmaticae, vt aiunt, ſunt conſtitutionis. His roborat ventriculum, eique reſtituit ſuum calorem, amiſſamque reddit appetentiam. Praeterea taxat Cl. Auctor eos medicos, qui omnes aegrotos, quibus vſum aquae marinae ſiue externum, ſiue internum, praeſcribunt, ſine diſcrimine purgant, quum aqua marina, ob ſalem ſuum amarum, iam vi purgante gaudeat: quae reprehenſio etiam illos ex noſtris medicis attentos cautosque reddere deberet, qui omnibus ſuis aegrotis, quos ad aquas medicatas deſtinant, indiſtincte alui purgationes exhibent.

Balneorum quoque vis, ex aqua marina paratorum, multum augetur ab illo ſale amaro cathartico, quo balnea ſaturata ſunt, et quem Cel. FLOYER verum nitrum veterum fuiſſe cenſet.

p. 156. Sequitur nunc catalogus morborum, in quibus aquae marinae vſus tam internus, quam externus ſalutaris fuit. In horum numero praecipui ſunt ſcrophula, ſcorbutus, paralyſis, epilepſia, ſcabies, lepra ſicca, rheumatiſmus, morſus canis rabidi et calculus. Hac occaſione Cl. Auctor ipſe fatetur, vſum marinae aquae in memoratis morbis non eſſe inuentionem recentiorum medicorum, ſed eum priſcis medicis iam notum fuiſſe, quod locis quibusdam, ex veteribus allatis, probat medicis ſcriptoribus. Quemadmodum et hoc monet, aquam marinam

nam minime esse considerandam tanquam remedium vniuersale, quod panaceam vulgo vocant, sed omnino opus esse, vt bene ante inquiratur in naturam morbi atque aegroti, quam praescribatur. De reliquo vsui externo aquae marinae, seu balneis, ex hac paratis, plus tribuit, quam vsui interno: quare, si in quibusdam morbis opus, vt corpus purgetur, Cl. Auctoris parum interest, vtrum hoc aqua marina efficiatur, an alio apto remedio purgante. De libello Cl. RUSSEL, quem de aqua marina edidit, iudicat, illum nimis attribuisse in quibusdam morbis vsui interno aquae marinae, quum plus eum effeciisse credit reliquis remediis, inter vsum aquae marinae adhibitis, quam vsu ipso interno huius aquae. Hinc durante cura, cum aqua marina instituenda, ab omnibus aliis medicamentis, si morbus fert, potius abstinet, vt eo certior fiat in cognitione sua, num aliquid, an parum, vel nihil in hoc, vel illo morbo aqua marina effecerit? in quo Cl. Auctori libenter assentimur.

Hunc commentarium excipit vltimum opusculum de natura, proprietatibus et vsu medico aquarum mineralium, in diuersis locis Magnae Britanniae prosilientium. Est autem totus libellus nil aliud quam catalogus, vel potius nomenclator octoginta et septem diuersorum fontium medicatorum, quorum plurima ne quidem nomina ad nostras peruenere aures. Quilibet, qui numerum aquarum paucis his pagellis pertractatarum perpendit, ipse facile iudicare poterit, Cl. Auctorem parum dicere potuisse. Hoc tamen ab eo exspectauimus, vt nobis saltem notissimos indicaret auctores, qui de hac vel illa aqua, quam persequitur, scripserunt: sed vix vnum vel alterum horum scriptorum apud Nostrum legitur nomen, quum tamen Magna Britannia, vt

ex noſtris ipſis patet *Commentariis*, excellentiſſimos habuit aquarum mineralium ſcrutatores.

His praemiſſis, ex copioſo illo numero aquarum medicatarum eas tantum eligemus, quae in terris noſtris notae atque auditae fuere, reliquas tanquam obſcuras praetereuntes.

Prima et celebratiſſima eſt aqua *Briſtolienſis*. Ad tepidas haec pertinet aquas: omnique caret odore, albido tamen gaudet colore, qui eadem perit proportione, qua aqua defrigeſcit. Congius Anglicus huius aquae ad vulgarem modum, igne ſcilicet aperto, euaporatae continet 34 grana; in vaſe vitreo autem, quod *retortam* vulgo vocant, 36 grana materiae, ex ſale et terra calcaria compoſitae. Sal rite ſeparatus neutrius videtur naturae: cum acidis enim non efferueſcit; terra vero contra cum iisdem fermentat, et coctione fit calx. Ratio terrae contentae ad ſalem fuit in quibusdam experimentis vt 15 ad 11; in aliis vt 13 ad 11.

p. 180. Aqua *Briſtolienſis* ſpecifice, vt aiunt, leuior eſt aqua *Bathonienſi*, hinc etiam virtute differt. *Bathonienſis* enim attenuat, ſoluit et laxat. *Briſtolienſis* vero humores ſpiſſat, et fibras ſtringit. Transuehi poteſt ad alia loca, virtus eius tamen ef-

p. 185. ficacior eſt ad fontem ipſum. Ad mentem recentiſſimorum ſcriptorum continet aqua *Briſtolienſis*, praeter aquam communem, ſpiritum volatilem, acidum vitriolicum, acidum ſalis marini, ſalem neutrum et terram abſorbentem.

p. 186. Tranſit Cl. Auctor ad aquam *Bathonienſem*, quae pariter ad calidos pertinet fontes. Poſtquam quaedam de cauſa caloris fontium calidorum protulit, de odore aquae *Bathonienſis* monet, quod ſit ingratus, ſapor vero mollis et lactis inſtar. Quum aqua *Bathonienſis* ſolutum in ſpiritu nitri argentum plus praecipitat, quam ſal petrae, plurimi inde concludunt, ſalem

ſalem marinum aquae ineſſe. Aliae praeterea experientiae probant, principium vitriolicum contineri in aqua, ſiquidem et purpureus et nigricans color, ex admiſtione gallarum, ferrum non excludit. Olim communis fuit ſententia, aquam *Bathonienſem* argenti nitorem mutare in aureum colorem, quod ſulphuris contenti eſſet indicium, ſed fraudem fuiſſe, poſt haec oſtenſum fuit.

Ex plurimis experientiis collectis apparere con- p. 193.
tendit Cl. Auctor, aquam *Bathonienſem* componi ex terra calcaria, margacea, et ochra, ex ſale marino, pauco ſale calcario nitroſo, ſpiritu, ſeu *Gas* vitrioli, pauco bitumine et perpauco ſulphure *).

Quod ad virtutem aquarum *Bathonienſium*, earumque praeſertim vſum externum et internum attinet, Noſter aſſerit, balneas *Bathonienſes* calefacere, ſiccare, attenuare, ſoluere et roborare, hinc ſingularem effectum edere in morbis frigidis et humidis, easdem autem aquas interne ſumtas alvum laxare, vrinam atque ſudorem ciere, inde ſalutares eſſe in omnibus morbis, qui ex imminutis ſecretionibus oriuntur: noxias autem euadere in corporibus ſiccis, et vbi motus humorum inordinatus, atque nimis celer eſt, vno verbo, vbi morbos febricula comitatur.

Limus aquarum *Bathonienſium* etiam in vſum ve- p. 201.
catur, miſcetur enim cum earum ſpuma, aut herbis conuenientibus, et pultis inſtar parti laeſae adplicatur.

Praetermittimus fontes *Buxtonienſes* et balneas *Matlock*, in prouincia *Derbyshire*, fontes *Tunbridge* in *Kent*, et tranſimus ad aquas *Epſom*, in



*) Sulphur aquis *Bathonienſibus* ineſſe grauiſſimis ex argumentis negat Cl LUCAS in *Eſſay of Waters*. Vid. Comment. Noſtr. Supplement. I. p. 32.

p. 217. prouincia *Surry* profilientes. Aqua haec ad fontem limpida et ſine omni odore reperitur: ſed ſeruata in vaſis bene clauſis, tempore aeſtatis, poſt aliquot hebdomadas foetere incipit et nauſeoſum amarum, cum ſalſugine quadam coniunctum, acquirit ſaporem. Quando recens cum ſapone miſcetur, eum coagulat, cum ſale tartari vero et ſpiritu ſalis ammoniaci grumoſum nanciſcitur ſedimentum: cum oleo vitrioli et ſpiritu ſalis parum fermentat, cum aequali quantitate lactis cocta hoc, vt ſaponem, coagulat. Congius huius aquae continet vnciam vnam materiae reſiduae et interdum plus. Haec ex octo partibus ſalis, et vna parte terrae, ſecundum Cl. ALLEN, conſtat, quam proportionem Cl. RUTTEN reiicit, et terrae partem minorem facit.

Cryſtalli inde paratae figuram habent priſmaticam rectangularem cum quatuor parallelogrammis. Sal purgandi poſſidet qualitatem, vncia enim ſemis in aqua fontana, vel alia medicata ſolutus, vt aliud purgans medicamentum operatur. Pars terrea reſidua cum aceto vini vix, cum oleo vitrioli parum, et cum ſpiritu ſalis fortiter fermentat, hinc abſorbentibus adnumeratur a Cl. Auctore,

Nomen et fama, quam ille ſal ſibi acquiſiuit, effecit, vt imitando effectus fuerit, et licet fraus poſt haec detecta fuerit, nihilominus is ſal in numerum medicamentorum purgantium, ſub nomine ſalis cathartici amari, a pharmacopoeis receptus eſt, quia a vero ſale, quod ad effectum et virtutem attinet, parum vel nihil differt. Paratur enim ex reſiduo amaro lixiuio, quod poſt coctionem et confectionem ſalis communis reſtat. Quum reliquarum, quae ſuperſunt, aquarum medicatarum enumeratio nihil memorabile continet, earumque nomina noſtris oris prorſus incognita ſunt, harum vlteriore recenſione ſuperſedemus, lectoresque ad ipſum Cl. Auctorem ablegamus.

XI. 10.

XI.

IO. BAPTISTAE MORGAGNI P. P. P. P. de ſedibus et cauſis morborum per anatomen indagatis libri quinque. Diſſectiones, et animaduerſiones, nunc primum editas complectuntur prope modum innumeras, medicis, chirurgis, anatomicis profuturas. Multiplex praefixus eſt index rerum, et nominum accuratiſſimus. Tomus primus duos priores continens libros pag. 298. Tomus ſecundus tres reliquos continens libros pag. 452. Praefatio et indices pag. 96. Venetiis MDCCLXII. Ex typographia Remondiniana.

Inter celeberrimos, praeſertim vel noſtri aeui anatomicos, ſi quis vnquam eluxit, certe MORGAGNUS tantam labore, induſtria atque doctrina partam poſt ſe relinquit famam, vt non iisdem, quibus orbis terrarum, finibus terminetur nominis eius gloria. Optimus quisque enim lector ingenii eius monumenta tanti aeſtimat, quam quemlibet ampliſſimum triumphum. Nec quis tam tardi tamque hebetis eſt ingenii, quin diu multumque legendo, facilem diſciplinae praebeat aurem, ſi vim iſtam neruumque in aduerſariis et epiſtolis MORGAGNI nusquam vel inuitus offenderit. Neque haec ſolum huius rei praebent teſtimonium, ſed et maius, illuſtriusque multum, opus hoc, cedro vtique dignum exhibet. In hoc enim perſpicaciſſimus auctor non tantum tam gnauiter quam ingenuoſe in corporis noſtri latebras atque receſſus penetrat, ſed et ea, quae docta obſeruatio docuit, tradit, ſubſidiaque ſubminiſtrat, quibus vitam noſtram

a variis cum quibus conflictandum eſt, valetudinum generibus, quin ipſo praematuro ſaepe nimis interitu praemunire conueniat.

Praefationem huic operi Cl. Auctor praemiſit,
p. 9. in qua, de variis in BONETI ſepulchreto deſiderandis conqueritur; precibus iuuenis cuiusdam eo ſe dicit eſſe adductum, vt has VAESALVAE aliorumque, ineditas ante hac obſeruationes, vna cum
p. 13. ſuis ediderit; cauſas, quae fecerint, vt ampliora adeo ſcholia cuiuis obſeruationi addiderit, exponit; quinque academiis, ſe vt harum membrum, libris ſuis, epiſtolas inſtar dedicationum praefixiſſe narrat, et in harum quidem prima dubia vtilis diſſectionis remouet et cautelas in indagandis cauſis addit; in ſecunda vtilitatem affirmat ex conſenſu medicorum, quorum nomina et res geſtas indicat; in tertia ad obiectiones, contra vtilitatem anatomes practicae, motas reſpondet, easque diluit; in quarta ſoluitur quaeſtio, an melius praeſtet, morbos rariores, an magis communes ſecando ſcrutari? in quinta praerogatiua indicatur practicae anatomes prae theore-
p. 15. tica. Praemiſſis his, ad quatuor indicum recenſionem nunc deſcendit Cl. Auctor, et quid in ſingulis inueniatur, docet. Tradit itaque primus argumenta et ordinem; ſecundus quae in viuis obſeruata ſunt, vt ſymptomata, cauſae, vitae genus etc. tertius, quae in mortuis praeter naturam adfuerunt; quartus, qui omnium vberrimus eſt, memorabilia anatomes eiusdemque hiſtoriae, controuerſias, monita et obſeruata alia.

Priusquam ad ipſius praeclari huius operis recenſionem propius nunc accedamus, opus eſſe videtur, quin ordinem, quem Cl. Auctor, in ipſo conſcribendo obſeruauerit, quam breuiſſime fieri id poterit, indicemus.

Totum

Totum igitur opus in duos tomos diſpeſcitur, quorum primus duos priores, ſecundus tres reliquos libros continet. Omnes hi quinque libri, ſeptuaginta epiſtolas comprehendunt, in quarum ſingula primum VALSALVAE aliorumque obſeruata, dein vero propria ſua profert, et vtraque prolixis ſatis eruditiſſimisque ſcholiis illuſtrat. Agit vero *liber primus* de morbis capitis, et quidem Epiſtola 1) de capitis dolore 2) de apoplexia in vniuerſum, et ſpeciatim de ea, quae fit a ſanguine. 3) de eadem apoplexia ſanguinea; 4) de apoplexia ſeroſa; 5) de apoplexia neque ſanguinea, neque ſeroſa; 6) de reliquis affectibus ſoporoſis; 7) de phrenitide, paraphrenitide et delirio; 8) de mania, melancholia, hydrophobia; 9) de epilepſia; 10) de conuulſione, et motibus conuulſiuis; 11) de paralyſi; 12) de hydrocephalo, et hydrorachitide; 13) de catarrho; et de oculorum affectibus; 14) de aurium et narium affectibus. Et de balbutie. *Liber ſecundus* morbos thoracis deſcribit, agit itaque epiſtola; 15) de reſpiratione laeſa a cauſis potiſſimum extra thoracem poſitis, ſed et a poſitis intra pulmones, calculis praeſertim; 16) de eadem laeſa a thoracis, aut pericardii hydrope; 17) de eadem laeſa a cordis, aut aortae intra thoracem aneuriſmatibus; 18) de eadem itidem laeſa; 19) de ſuffocatione et de tuſſi; 20) de pectoris, laterum, et dorſi dolore; 21) de eodem; 22) de ſputo ſanguinis, et de ſputis purulentis, empyemate, et phthiſi; 23) de palpitatione et dolore cordis; 24) de pulſibus praeter naturam; 25) de lipothymia, et ſyncope; 26) de morte repentina ex vitio vaſorum ſanguiferorum potiſſimum in thorace; 27) de eadem ex vitio cordis. Et de gibbere. *Liber tertius* morbos ventris complectitur, et exponit quidem epiſtola; 28) de fame praeter naturam. De morte ex inedia. Et

de laesa deglutitione; 29) de singultu. De hominum ruminatione. Et de ventriculi dolore; 30) de vomitu; 31) de alui profluuiis incruentis et cruentis; 32) de alui adstrictione. Et de haemorrhoidibus; 33) de recti intestini prolapsu; 34) de intestinorum dolore; 35) de eodem; 36) de tumore, et dolore hypochondriorum; 37) de ictero. Et de calculis biliosis; 38) de hydrope ascite, tympanite, peritonaei, et de aliis quos saccatos vocitant; 39) de reliquis internis ventris tumoribus; 40) de lumborum dolore; 41) de vrinae suppressione; 42) de vrinae difficultate, ardore, aliisque eius vitiis; 43) de herniis; 44) de gonorrhoea; 45) de vteri tum descensu, tum, vt mulieres aiunt, ascensu; 46) de veneris impedimentis, et sterilitate in vtroque sexu; 47) de menstrui fluxus vitiis. Et de fluore muliebri; 48) de grauiditate falsa. De abortu et de partu infelici. *Liber quartus* agit de morbis ad chirurgiam, aut ad vniuersum corpus spectantibus et quidem epistola; 49) de febribus; 50) de tumoribus; 51) de vulneribus, et ictibus capitis; 52) de iisdem; 53) de vulneribus, et ictibus colli, pectoris, et dorsi; 54) de vulneribus, et ictibus ventris, lumborum, et artuum; 55) de vlceribus, et sphacelo; 56) de ossium fracturis, luxationibus, aliisque vitiis motui officientibus; 57) de arthritide, aliisque artuum doloribus; 58) de lue venerea; 59) de morbis a veneno inductis. *Liber quintus* addenda ad singulos quattuor libros superiores continet, loquiturque itaque epistola; 60) de apoplexia; 61) de deliriis, quae sine febre contingunt; 62) de epilepsia, conuulsione, paralysi; 63) de caecitate, aphonia, angina; 64) de pluribus thoracis morbis; 65) de plerisque ventris morbis; 66) de morbis potissimum vesicae vrinariae; 67) de morbis partium genitalium vtriusque sexus, et praesertim muliebris; 68) de febri-

bribus et de tumoribus; 69) de ictibus, et vulneribus capitis, et thoracis. De iuncturarum vitiis. Et de lue venerea; 70) de promissis in extrema epistola 66. Et simul de quibusdam ventris, et thoracis morbis.

Difficillima sin plane impossibilis res fuit, vel primaria saltem momenta, in quacunque epistola contenta recensere, neque tamen limites, in recensendo nobis praescriptos transgredi voluisse. Veniam itaque nos facile impetraturos, haud dubitamus, si ex quouis priorum quatuor librorum, vnam et alteram tantum epistolam recensendam sumsimus, lectu digniora visa, in eadem contenta lectoribus traditturi.

Epistola igitur secunda apoplexiam describit. p. 10.
Cuius in sanguineam atque serosam non tantum adsumit diuisionem Cl. Auctor, sed et huius distinctionis veritatem et VALSALVAE aliorumque praestantissimorum virorum, et sui ipsius in apertis cadaueribus obseruatis comprobat. In iis enim, quos sanguinea apoplexia extinxerat, sanguinis plus minus notabilem quantitatem, aut intra meninges, aut in ipsos ventriculos effusam, atque hinc inde peculiares in cerebro cauernas formantem Noster vidit, cum in iis, serosa confectis, loco sanguinis serosa colluuies cum hydatidibus ex plexu choroide pendentibus conspiceretur. Praeter ea etiam in viro, apoplexia, p. 23.
quae a sanguine est, rapto, in media ferme falce, os inuenit tres transuersos digitos longum, sesquidigitum fere latum, mediocriter et quidem inaequaliter crassum, in ambitu attenuatum, sic, vt in simplex stratum ex parallelis fibris osseis conflatum desinere videretur. In alio, sexagesimo primo aetatis anno, subito demortuo, nec sanguinis, nec ipsius seri quicquam in cerebro effusi, sed vasa saltem adeo disten-

diſtenta ſanguine offendit, vt vel tenuiſſima maximopere turgentia conſpicerentur; id quod coniicere Cl. Auctorem fecit, vel a ſola vaſorum turgeſcentia et cerebri compreſſione ab hinc oriunda, interdum apoplexiam proficiſci. Inter eos, quos ſeroſa confecerat, vnus fuit, cuius cerebrum praedurum, cerebellum autem minus firmum ſe videndum obtulit; plures vero, in quibus praeter ſeri, in nobili hac parte collectionem, glandula pituitaria vario modo laeſa atque corrupta comparuit.

Quantumuis vero apoplexiam Cl. Auctor in ſanguineam et ſeroſam diuiſerit, nihilo tamen minus in epiſtola quinta ingenue fatetur, praeter has nominatas nonnunquam et alias huius valetudinis cauſas inueniri, quarum eas, quas et VALSALVAM neque minus ipſum diſſectiones docuerunt, commemorat. Plurium nimirum cerebrum pure obſitum vidit.
P. 39. Mira quadam duritie praeditum idem hoc viſcus in
P. 41. muliere, et vaſa cerebralia in aliis duobus aere diſtenta, et pauco ſaltem ſanguine impleta inuenit.

Epiſtola octaua ſermones de mania, melancholia, hydrophobia continet.

P. 54. Iuuenis robuſtus, mania captus poſt horulam peractam, ex quo chirurgus ex medicorum conſilio, libram vnam ſanguinis ex arteria temporali eduxerat, moritur, non tam ab hoc auxilii genere, quin potius a pugnis, quos cuſtos, apparatum vulneri impoſitum dimouenti impegerat, et a vinculo, quod idem ille inſano inſanior aegro, quo coerceret, quam arctiſſime iniecerat, poſt vero diſceſſerat. Facies die inſequente ex purpureo liuida, et ad naſalium oſſium fractorum ſedem nigricans, venter turgidus, alicubi ex viridi liuescens; pulmones paulum tumidi; pauca in aſpera arteria ſpuma; multum ſanguinis fluidi in vena pulmonari, et valuulae arteriae pul-

pulmonalis iusto duriores conspiciebantur. Vasa vtriusque meningis, septi lucidi, et parietum ventriculorum lateralium, multa aqua turbida occupatorum, ab atro sanguine, fluidoque distenta se offerebant. Ex plexus choroidei parte postica plures pendebant hydatides. Non modica vtriusque substantiae cerebri durities, cerebelli vero substantia corticalis iusto mollior inueniebatur.

Lanio, quatuordecim iam menses, a philtro, vt p. 55.
lassus est, stultus, frigoris intensissimi vi periit. Capite aperto, sub pia meninge aqua effusa, cerebrum vero adeo durum conspiciebatur, vt durius a se dissectum, non meminisse Cl. Auctor confiteatur. In superiore posterioreque corporis callosi superficie, loco duorum neruorum longitudinalium, vt LANCISIUS vocabat, sulci duo profundiores reperiebantur. Fornice itidem duriore propius a basi inciso, per singulas huius basis radices, pellucentes quasi lymphae ductus deprehendebantur, vtrinque per tractus medullares, processus nimirum seu neruulos, a basi pinealis glandulae prodeuntes a LANCISIO dictos, pergentes, et lympham continere et nodulis distingui visos, tandemque versus glandulam illam se inflectentes, cui a parte anteriore parua congeries materiae flauae, in grana minuta conformatae adnectebatur.

In muliere quadraginta annorum stulta angina p. 56.
demortua, pariter cerebrum praedurum inuentum fuit.

Feminae decem iam annos insanae, nunc thora- p. 57.
cis inflammatione confectae capite dissecto, sub tenui meninge aqua, aereis subinde bullis referta comparuit, quas quidem vel et in aliquibus vasculis adeo confertas Cl. Auctor vidit, vt eadem replerent. Cerebri substantia medullaris subfusca, insolitaque praedita fuit duritie. Nerui intra cranium firmiores,

res, minusque humidi inter secandum apparuerunt. Corticalis substantia cerebri satis etiam firma, cerebelli vero mollissima inuenta fuit, licet pedunculi, vicinaque interior cerebelli medulla firmiores conspicerentur.

p. 58. Viri a longo tempore stulti, febri diuturna demum rapti, cerebrum durum, cerebellum contra molle flaccidumque, sub meningibus autem, in ventriculis lateralibus, et inter duas septi, quo dirimuntur, lamellas aqua fuit.

In alio itidem stulto, praeter cerebri duritiem, vel interiores huius particulae, in quibus et fornix, et glandula pinealis strigosa valde et ex fusco subflaua, mollissimae comparuerunt.

Quum hydrophobia defunctum nunquam Cl. Auctori, quod aegre admodum fert, dissecare licuerit, quae Cl. MEDIAVIA in duobus, et Cl. IACOBUS DE MACHY in alio obseruarunt, sequentem in modum tradit.

p. 61. Vir ante aliquot menses a cane rabioso morsus, manifesta hydrophobia correptus moritur. Cadauer, licet decima sexta modo a morte hora incideretur, vehementer male olebat, quo graui odore itidem pulmones nigri displicebant. Bilis nigerrima; auricula cordis dextra valde dilatata, sinistra arctissima; in ventriculis tenues polyposae concretiones, quae pariter quasi adiposae in sinubus durae matris deprehendebantur. Vasa quaecunque cerebri sanguine plena. Cerebrum et cerebellum sicca potius, quam humida. Sanguis magis ad concretionem quam dissolutionem pronus.

p. 62. Vir ante mensem a rabioso cane morsus, iam hydrophobus, delirans, clamans, et febricitans in aquam immergitur, ex qua vix exemtus perit. Cadauer post horas demum viginti et quatuor feruentissima aestate foetore non adeo insigni displicebat.

Cor-

Corpus, quandoquidem carnoſum appareret et nutritum, facies tamen ſimilis ferme erat eorum, quos tabes conſumpſit. Collum liuidum, etiam poſt efluxum ſanguinem. Inteſtina cum ventriculo aere turgida, vaſa autem huius ſanguine diſtenta conſpiciebantur. Magna hepatis pars liuida, cyſtis vero fellea fuſcae bilis pleniſſima. Septum transuerſum quodammodo inflammatum. Pulmones a poſtica parte nigricabant, et tumebant, a reſtitante, vt Noſter putat, ſanguine. Sanguis ater. Gulae, quae in thorace infimoque collo ſana deprehendebatur, pars ſuprema et pharynx vniuerſa, et larynx, et aſpera arteria interiore ſuperficie nigricabant. Vuula parua, lingua craſſior, et pharynx ad poſteriora naſi foramina, ſuumque fornicem plena ſpumae ex flauo virentis conſpiciebantur. Vaſa meningum ſanguine valde diſtenta, interior autem cerebri ſubſtantia vbiuis ſanguineis punctis diſtincta. In lateralibus ventriculis ſeri rubelli parum.

Senex ſexaginta annorum ante tres menſes a cane rabido morſus, nullumque hydrophobiae intra hoc tempus ſignum praebens, nouiſſime atrocibus minis grauioribusque verberibus excipitur, vnde illico mirum pauorem, cum luminis ipſiusque aquae horrore contrahit, et vigeſimo die, permanentibus his ſymptomatibus, extinguitur. Inteſtina aere quam maxime diſtenta inuenta ſunt. Parum in ventriculo humoris craſſiuſculi, colore cinereo. Bilis pauca. Arteriae iliacae plane inanes, venae contra ſanguine adeo fuerunt diſtentae, vt naturalem diametrum inteſtini gracilis aequarent. Pulmones cruoris pleniſſimi, poſtica ſui parte gangraena adfecti. Tres fere in pericardio ſubflauae aquae vnciae. Parum in corde ſanguinis picis nigrae ſemiliquatae ſimilis. Parum in vena azygos ſanguinis, cuius in arteriis carotidibus venisque iugularibus nihil. Ad ſummum p. 63.

pha-

pharyngis leuis rubor, membrana autem epiglottidem inuestiens crispata conspiciebatur. Vasa quaecunque meningum nigerrimo sanguine plenissima. Nerui optici crassiores, sed laxiores flaccidioresque. In cerebri ventriculis subflauae aquae ad vncias tres.

p.246. Epistola vigesima quarta historiam pulsuum praeternaturalium tradit. In quorum quidem examine ita Cl. Auctor versatur, vt vel maiora tantum eorundem vitia diligentius attendat, reliquā vero minusque memorabilia non tangat, vt ne infinitum inutilemque plane laborem susciperet, omnia, quae pulsum alterare poterant, vitia examinaturus. Loquitur itaque primo de asphyxia, quam summa pulsuum excipit exilitas; dein intermissionem eorum tangendo de polypis fusius disserit, tandemque in summa pulsuum vehementia, exponenda scribendi finem facit.

p.248. In sene igitur, iam tres menses, ex quo crus fregerat, quanto leuiore, tanto pertinaciore febri decumbente absentia pulsus deprehenditur. Interrogatus, an peius se habeat, negat aeger, hocque confirmaturus protinus se erigit et in lectulo considet, paulo tamen post subito moritur. Cadauere aperto, cranioque remoto, ex huius cauo et ex ventriculis lateralibus non pauca aqua effluxit. Cordis ventriculos, et ex his praecipue dextrum, quin etiam vasa maiora polyposae occuparunt concretiones, quarum alba vna atque adeo compacta fuit, vt distrahenti valdopere resisteret.

p.251. Vir consistentis aetatis, ob dolorem tuthoremque in hypochondrio dextro, in nosocomium illatus, pulsuque infirmissimo frequentissimoque praeditus, quarta hora, ex quo susceptus fuerat, perquam seueris stomachi doloribus, alioquin iam interdum molestis exeruciabatur, qui, licet interum

eus-

euanescerent, aliquot dies post tamen recrudescentes, ipsius cordis regionem corripiebant, neque prius quam cum ipsa vita miserum derelinquentes. In pericardio plurima subflaui coloris aqua fuit. In corde praeternaturaliter magno, foedaque pinguedine inuestito, tres apparuerunt polyposae, ex flauescente quasi muco conflatae concretiones, earumdemque quidem maxima in auricula dextra, in ventriculis reliquae.

In sene macilento, enterocele incarcerata, cum p. 252.
debili ac paruo, neque tamen intermittente pulsu, demortuo arteria coronaria sinistra, a sua origine ad plurium digitorum tractum, in os mutata, ipsisque, quem per anteriorem cordis superficiem demittit, tam pars tres transuersos digitos ossea comparuit. Aortae praeter ea facies interna prope superiorum arteriarum origines, et deinceps, ad diuisionem vsque in iliacas, ob osseas laminas durissimas, saepe inaequalis se obtulit, squamis non paucis osseis ad diuisionem in subclauiam et carotidem dextras, quin in ipsis iliacis et praesertim in splenica praesentibus.

In viro annos sex et triginta nato, pectoris, vt p. 253.
visum fuit, hydrope cum summa pulsuum debilitate, defuncto, omnes semilunares aortae valuulae in breues et inaequales excrescentias adeo extuberatae inuentae sunt, vt angustior modo via superesset, sanguini egrediundo patula. His detractis, valuularum substantia contracta et deficiens compareis suspicionem, vitium ab erosione fuisse, confirmauit.

Pulsus intermittentes, vt persaepe a sola flatuum coacceruatione, a saburra primas vias onerante, et neruis vario modo irritatis proficiscuntur, sic rarissime nascuntur a polypis, etiamsi saepissime, minus tamen recte, ab horum praesentia deriuari soleant. Videntur nimirum Cl. Auctori, plurimi eorum post p. 254.

mortem demum fieri, idemque propemodum esse, quod sanguini eorum, quos laterum dolor male habet, sub nomine crustae inflammatoriae supernatat.

p.263. Vehementissimum pulsum in sutore consistentis aetatis, bibace Noster obseruauit. Postquam enim hic, per quatuor iam menses, summam corporis lassitudinem, pulsationem in regione cordis insignem, spirandique haud leuem difficultatem perpessus fuerat, ob eadem mala longe ingrauescentia in nosocomium susceptus fuit, vbi quidem, vt quodvis eorum, sic praesertim tamen pulsatio, a cordis regione ad illam vmbilici vsque, adeo inualuit, vt non tantum tota oculis perciperetur, sed et impositam manum percuteret. Praeter ea tanta etiam omnium reliquarum arteriarum fuit pulsatio, vt vel ad extremos vsque pedum digitos eandem peruenire aegre profiteretur, post quatuor dies mortuus. In cadauere nihil vtique detegere Cl. Auctor potuit, quod vehementem adeo cordis et arteriarum pulsationem excitare potuisset, quare eandem nervis irritatis adscribendam existimat, cum simul ea reliqua signa ad horum irritationem spectauerint.

Epistola vigesima sexta de morte repentina ex vitio vasorum sanguiferorum, quae sunt potissimum in thorace.

p.275. Vir ex lusu pilae ligneae meriique abusu in dolorem vtriusque brachii, cum febri coniunctum incidit, quibus deinde ad suprema femoris partem, tumor instar furunculi majoris se adsociauit. Hic variis et suppurationem promouentibus emollientibusque, ab imperitis chirurgis tentatus, adeo increuit, vt cum in nosocomium aegre susciperetur, mediocre malum cydonium non modo aequaret, sed vero et ipsum sanguinem exsudaret, quem postridie

uptus tam immani copia profudit, vt cum eo quam ubitissime ipsa vita efflueret. Cutis, et quae huic ubsunt, hiatu foramine duos digitos admittente rat perforati. Artus aortae paries anterior in magnum aneurysma se expandens summum os sterni, et uius insidentia clauicularum extrema, vna cum ipsis ossis partim absumpserat, partim vero carie exeerat. Tunicae arteriae ibidem adeo exesae conspiiebantur, vt earum nihil propemodum superesset, uibus sibi substantia ossea, exsuccam latidamque arneae, punctis albicantibus quibusdam distinctam, acileque in plures quasi membranas, sibi super imositas, euidenter polypeosa diuidendam referens dhaerebat.

Iuuenis robustus, a motu violentiore difficulter iraro solitis inter loquendum moritur ab aneryſmate, vt cadaueris inspectio docuit, trunci aorae, ad pugni magnitudinem dilatato, notissimeque dextria disrupto, plenoque polypoſis, quasi membranaceis concretionibus. Cor durum valde et in se ontractum apparuit.

Idem fatum meretricula duodetriginta annorum p. 276.
xperta est, vtpote quae inter scortandum ab aneryſmate aortae in saccum, nucis iuglandis, suo vidi cortice inclusae magnitudinis ac formae, foramato et rupto periit.

In sene pingui sexaginta circiter annorum, apo- p. 277.
lexia, vt crediderunt, qui trementem alioquin norant, subito rapto, aorta supra cor non tantum latata ossisque bracteis intus obsita, sed et paruo pra cor spatio, foramine, quod digitum admitteat, initium faciente, tres transuersos digitos per sas tunicas adscendente, et in superficie demum teriore arteriae, intra pericardium hiante notata mparuit.

Mulier quinquaginta annos nata, pinguis, fobria, natura triſtis, tribus annis, poſtquam catamenia fluere ceſſauerant, flatu quodam, vt dixit ad cor eiusque vicinium vexari ſolita, faria ſungit, breui poſt vero repentina morte ſuripitur, quam arteriae aortae, ea a ſede, vnde ſiniſtra carotis egreditur, ad cor vsque valde dilatatae, et ob rigidas, duraſque oſſeas lamellas aſperae et inaequalis diſruptio induxerat.

p.278. Pari fato, ex rupto videlicet, intra pericardium aortae aneuryſmate femina, annos plus triginta nata obiit.

In muliere eiusdem aetatis quatuor aneuryſmata inuenta ſunt, nimirum ventriculi cordis ſiniſtri, maximae aortae partis, ſubclauiae dextrae, eiusdemque lateris carotidis, quorum quidem illud, in quod ipſa aorta erat dilatata, diſruptum viuendi finem impoſuerat.

p.282. Mulier a longo tempore phthiſica, improuiſo moritur. Lobus inferior pulmonis ſiniſtri tribus quatuorue tuberculis, puris plenis obſitus comparuit. Vena ſine pari, ob latitudinem cum vena caua facile comparanda, circa medium longitudinis diſrupta fuit.

Tres adhuc hiſtoriae Cl. Auctor in hac epiſtola profert eſſum, quibus aortae aneuryſmata neutiquam rupta repentinam mortem attulerunt. Quod vero haec ſola arteriae magnae dilatatio, quin ſola etiam ipſius interior inaequalitas tunicarumue duricies, id praeſtare valeant, vt cita mors praeter opinionem ingruat, ex ſeptem ſic mortuorum exemplis a Cl. SANTORINO enumeratis comprobare annititur, ſiquidem in his, praeter oſſeas in aorta bracteas, nihil vtique inuentum fuit, a quo ſubita adeo mors repeti potuiſſet.

p.285.

In

In epiſtola trigeſima octava Cl. Auctor de variis hydropis generibus loquitur, eaque ſequentibus exemplis illuſtrare annititur. T. II. p. 94.

Vir quadraginta et ſeptem annorum, robuſtus ante hac, bilioſo temperamento praeditus, poſt varios feliciter ſatis ſuperatos morbos hydrope aſcite cum anaſarca coniuncto corripitur, quo fruſtra tentatis omnibus, tandem etiam conficitur. p. 101.

In ventre aperto fruſta quaedam, a Noſtro pro omenti habita ex mucilagine quaſi purulenta natabant. Ventriculus, inteſtina et meſenterium nigricantia; hepar intus durum, extus totum conſtans ex tuberculis, lobis nimirum glanduloſis euidentiſſimis, optumeque diſtinctis, neque tamen mole auctum, lien contra ſolito maior compactior, inciſus nihil plane ſanguinis effundens, conſpiciebantur. p. 103

Virgo viginti annorum poſt catameniorum fluxum, ante duos iamiam annos retentum ſenſim in hydropem aſcitem incidit, quo diu excruciata tandem extinguitur. Praeter iecur, tota convexa ſui parte, ipſaque anteriore limbo cum diaphragmate cohaerens, durius atque pallidius, lien, peritonaeum et inteſtina hydatidibus obſita, pancreas ſubdurum, teſtes tubaeque in vtroque latere, vna cum alis veſpertilionum ita inter ſe, in informem, tuberoſam, non modicam maſſam coalitae inueniebantur, vt ne quidem internoſcere, ne dum ſeiungere liceret. Vtriusque huius maſſae ſuperficies lacera, et per ſe aperta magnum aliquod ſteatoma diſruptum repraeſentabat. Fiebat enim ex materia ſemiſiccatum ſebum referente. Eadem materia, minus tamen ſolita, cauum fundi vteri repletum conſpiciebatur. p. 105.

Hydropem peritonaei Cl. Auctor quidem ipſe non vidit, duas tamen ipſius hiſtorias a Cl. MEDIAVIA in noſocomio obſeruatas, ſibique communicatas tradit. Mulieris nimirum, hydrope demortuae p. 112.

musculis transuersis incisis, plurima foeditissimaque aqua effluxit, a ventris cauitate per peritonaeum seiuncta. Hac educta, tumor ex duabus tribusue vesicis crassioribus constetus, et peritonaeo inuolutus in conspectum prodiit, quem defuncta, alioquin iam, ante quam hydrope corriperetur, percepisse narrauerat.

Alia mulier, quinquagiata annos nata, ante decem iam annos tumores quosdam dispertitos, ad tactum dolentes perceperat, qui quidem in vnum nunc coaluerant, adeo magnum, vt aegrae moriundi necessitatem imponeret. Ventris integumentis et musculis, ipsoque transuersorum tendine probe seiunctis, et carni, et tendini eorundem saccus, membranae tenuioris subiectus apparuit, cuius cauum non modo tumorem lunatum, exteriori membranae adhaerentem, verum etiam ad triginta libras aquae putidissimae complectendebat. Iecur pallens et sub cultro fridens.

p. 113. Quod ad causas attinet, quae efficiant, vt hic morbus solis ferme feminis insidiosus sit, atque vix vnquam viros aggrediatur, illas Cl. Auctor non tantum cum Cl. RUYSCHIO et RUDBECKIO in vteri gestatione, sed et in sanguine quouis mense, in inferiores ventris partes confluente, vita sedentaria, debiliori feminarum corporis habitu, thoracibusque strictioribus quaerendas existimat.

p. 114. Signa, quibus hoc hydropis genus ab aliis dignoscatur, enumerantur sequentia, 1) lentum tumoris incrementum; 2) naturalis faciei color persistens; 3) vires permanentes; 4) nulla, nisi prope extremum tempus, pedum intumescentia; nulla corporis macies, nulla spirandi difficultas, nulla febris, nullus dolor; 5) nullum a medicamentis aerumnarum leuamen, quin potius laetum augmentum.

Epistola quinquagesima et nona historias quasdam p. 373.
complectitur eorum, quibus vitae finem venenorum adsumptio impofuit.

Mulier quippe ad sexaginta annos nata, quae pastillos aliquos, ex amygdalis et arsenico, ad necandos mures paratos comederat, post peractam horam, moleste ventriculi sensu corripitur, quem vomitiones, deiectiones, deliquia, virium prostratio, et tandem mors ipsa excipiunt. Tota cadaueris posterior facies, ne suris quidem et calcibus exceptis, fuit nigra. Ventriculi facies interior hinc inde, inprimis prope antrum pylori, vt et duodenum erosa, pulmones nigricantes, in quibuscunque vasis sanguis fluidus et coccineus, et in corde duae concretiones polyposae comparuerunt.

Paupercula sexaginta circiter annos nata succum p. 379.
expressum foliorum oleandri, vino admistum bibit, qui tribus post horis, vehementes vomitus, sitim, pulsus debiles, paruos, subduros, ac post nouem horas, mortem ipsam accersit. Supinum corpus nequaquam liuidum, pronum vero a capite ad calcem, violaceo colore suffusum apparuit. Praeter venas ventriculo, omento, et parti intestinorum, quae mesenterio proxima est, prospicientes valde dilatatas, rugasque per fundum ventriculi, prope antrum pylori longitudinaliter decurrentes, aequo duriores, nihil ferme in toto cadauere detectum est, quod veneni effectus aestimari potuisset, vnde Cl. Auctor coniicit, neruos, praecipue eos ventriculi et partium adiacentium ita fuisse irritatos, vt conuulsiones internas, contractionesque effecerint, mortis demum necessitatem inferentes.

Vir quinquaginta circiter annorum ob melan- p. 381.
cholicum delirium in nosocomium illatus, ibidemque perfecte fere sanatus, extractum sumpsit hellebori nigri, vnde aluus quidem soluta primum fuit,

ſeptima vero circiter hora, ex qua propinatum illud fuerat, vomitus vna cum ventris doloribus ingruerunt, qui quidem calido hauſto iuſculo ſopiti ſunt, paulo poſt vero redierunt, iterumque minui viſi ſunt, vt lectulum aeger peteret, in quo breui poſt exanimis inuentus fuit. Ventre aperto, ventriculus et inteſtina hinc inde inflammata compauerunt. Lien paulo maior, et ſima ſui facie colore fuit roſeo, totus autem adeo laxus, vt diſſecti interiora pene diffluxerint. Cerebrum, cerebellum et medulla oblongata, laxiora.

Quod vero non ſolum venena ingeſta, ſed vero et in corpore aliquando ſponte genita illud deſtruant, ſequens hiſtoria a celebri quodam chirurgo Cl. Auctori enarrata comprobat. Iuuenis tertiana febre diu maceratus, ſuperuenientibus conuulſionibus moritur. Ventriculus et inteſtina retracta et ſubfrigida multam aeruginoſam bilem continebant, qua ſcalpellus violaceo colore inficiebatur. Idem ſcalpellus, eadem bile madens in carnem vnius alteriusque columbi impreſſus eſt, vnde vterque tremens et conuulſus periit. Quod pariter fatum expertus gallus eſt, qui micam panis, cui bilis haec fuerat admiſta, deuorauerat.

## XII.

Actorum Academiae Electoralis Moguntinae ſcientiarum vtilium, quae Erfordiae eſt Tomus II. Erfordiae 1761. 8. apud Ioannem Fridericum Weberum. Alph. 1. pl. 20. tabb. aen. 9.

Ex his ea tantum, quae ad nos pertinent, commemorare placebit.

1) Diſ-

1) *Dissertatio de concha sphaerica fluviatili, alata, ex badio et nigro colore variegata.* Auctore Cl. HOFFMANN. Concha, quae hic describitur, in cista aquaria, in quam paruulus riuulus per siphones deducitur, larga in copia reperta fuit. Medium ea tenet inter sic dictas cymbas marinas et inter bucci na; eiusque testa vasculum fistit, ventre globoso turgido, oblongo, in extrema parte sinuato, ad latus porrecto, margine integro rotundo, labio edentulo, in mucronem papillarem ex gyris duobus vel tribus assurgens, tenue, fragile, pellucidum, obscure album, seu ex albo subuiride, striis capillaribus longitudinaliter decurrentibus; accessiones annuas indicantibus, exornatum, magnitudine nucis auellanae. Hanc testam inhabitat animal, cuius pes primo in conspectum venit, cuius ope animal non solum in fundo et litore fluminum repit, sed etiam summis aquis se suspendit et per medias aquas natat. Ad pedis latus cochleae caput absque vllo discrimine iungitur, quod proboscide, tentaculis et oculis instructum est. Proboscis ex duobus labiis prominulis constat, ad cuius vtrumque latus singula exeruntur tentacula, antennae seu cornicula alias dicta, quae inquirendae viae et cibo atque etiam velorum modo velificationi et natationi animalculi inseruire, Noster putat. Ad radios cuiusuis tentaculi ocelli apparent, quae veluti exiguae margaritae in aqua albicant. Per omnem cauitatem conchae expanditur cuticula, quae acu punctu aut aliter laesa centrum versus se contrahit. Animalcula haec vtriusque sexus sunt et dorso gelatinosam mollem albamque massam adglutinatam habent, cui numerosa proles adhaeret et a conchis ipsis ad maturitatis finem vsque circumfertur.

p. 16. 2) *Observationis ulteriores de tubulis vermicularibus marinis, cornua ammonis referentibus.* Auctore *Eodem.* Hic notamus, testacea haec minuta fossilia, ex arena conchacea littoris bergensis regni norvegici adnecta, quae Noster ad classem cornuum ammonis alio loco retulit, ex eadem classe nunc eliminanda et tubulorum vermicularium alborum minutorum nomine insignienda esse, insimulque alium vermiculum marinum, quem fossilem orbicularem planum appellat, hic descriptum et tabula 1. delineatum esse.

p. 21. 3) *Dissertatio de montibus argillaceo-calcareis et argillaceo-gypseis*, Auctore Cl. [illegible]. Montes argillaceo-calcarei ex stratis heterogeneis terreis ac lapideis construdi sunt, ita, vt humus vel argilla, cum arena saepius mixta, silices opaci, variis coloribus tincti, silices cornei, spatum, ramus minera ferri vel insipidis frusta, lapides calcarei, argilla atque ardesia gypsea vel coerulea, terra calcarea albissima seu lac lunae et incredibilis numerus ostracodermatum, plantarum, lignorum, piscium et ossium petrefactorum in iisdem deprehendatur. Dicti montes propemodum ab eure noto vsque ortum versus, iidemque ex diluvio vniversali ortum duxisse videntur. Montes argillaceo-gypsei ex lapidibus gypseis, ardesia friabili, asbesto plumoso, alabastro, lapide specularei et argilla compositi sunt. Inter his etiam ossa fossilia, ad petrefactorum naturam haud accedentia, moschi odorem inferuisse et tantae magnitudinis erant, vt gigantea, quam quae in nostris terris intercognita hactenus dagerni solet, bellua partes fuisse videantur. Montes alii vel solitarios vel a montibus argillaceo-calcareis tectos, atque calcareos et gypseos non ab vna eademque causa productos, et argillaceos gypseorum directionem aequa-

sequatori apud nos et probabiliter etiam alibi parallelam esse, Noster arbitratur.

4) *Observationes de Morochtho*, Auctore *Eodem*, p. 37.
Morochthus in Franconia luto vel lapidibus admixtus reperitur; si purus apparet, color albissimus est, linguae admotus adhaeret et dulcem saporem excitat; pondere admodum leuis est et lapidis valde porosi et fragilis vel terrae speciem sistit. Impurus terrae heterogeneum, arenam vel lapides minores in sinu fouet; praecedente magis eohaerat, grauior est et colore variat: qui in Franconia occurrit, rubicundus est vel cinereus. Purus cum aqua effervescit, eam lacteo colore imbuit, paulo tardius in ea dilabitur, nec penitus soluitur. Spiritu vitrioli aliisque acidis affusis maior suboritur effervescentia, et affusa salis ammoniaci solutione, salis alcalici volatilis odor percipitur. Morochthum hunc ex ostracodermatibus, a natura in calcem mutatis ortum duxisse, Noster putat. Hinc morochthum pro terra alcalina vel calce minerali habendum esse, colligit.

5) *Historia terrae et maris ex historia Thuringiae per montium descriptionem erutae*, Auctore Cl. RÜCKEL. Montes, Thuringiam ambientes, omnes stratis exstructos esse, atque secundum stratorum naturam, modum compositionis, nec non situm nonnullos ita conuenire, Noster perhibet, vt genus montium constituant, a caeteris distinctum. Nouem series montanas et sex series flaturninum enumerat. Ex his vltima series montana, montibus calcareis, infinito numero corporum marinorum testaceorum reliquis constructa est et a Nostro series testacea calcarea, *Muschelkalk*, *das oberste Kalkgebürge*, vocatur. Series flaturninis, situm et positum horum calcareorum montium sequens, ex fos-

p. 44.

tis

tis argillaceis, hinc inde gypseis, componitur et statumen gypseo-argillaceum rubrum, *das rothe Gypslager*, appellatur. Subtus et a latere prioris seriei montium arenaceorum, e stratis argillaceis diffinctorum procumbit et seriem arenaceam, *das Sandgebürge*, exhibet. Huius seriei statumen ex stratis argillaceis, maxime rubris, et nonnullis arenaceis, ignis vim perferentibus, componitur et statumen arenoso-argillaceum, *Glühsand*, *Hüttensandlager* formant. Tertia series iterum calcarea est, quam vero ob diuersam mistionem et ob farinaceam, quam habet faciem, farinaceam calcaream, *Mehlbacken*, *Brennkalkgebürge*, Noster appellat. Huius seriei statumen e stratis, ex glauco-nigricantis, rutilus rubros, argillae, et quibusdam spuriis constat, quae in nonnullis alabastrina aut gypsea continent, hinc statumen hoc alabastrino-argillaceum glaucum, *das graue Gyps- oder Alabasterlager*, Noster nominat. Quarta series secundum strata quidem calcarea est, sed ob heterogeneam metallicam admixtionem calcareo-metallica series, *die Flötze*, *das Floetzgebürge* appellatur. Huius statumen ex strato arenoso, dein calcareo, impuro, limoso, tandem e stratis albidis argillaceis lapidosis constat, et a Nostro statumen metallico-arenosum, *Sandfloetz*, vocatur. Quinta series e stratis argillaceis, lapidosis, plerumque fissis constat, quorum color viridiusculus albicans est, dicturque series fissilis albicans, *weiss Gebürge*, *weisslich Schalgebürge*. Sub hac statumen nullum Noster detexit. Sexta series itidem ex stratis argillaceis lapidosis, plerumque rubris et neque fissis constat, et series fissilis rubra, *roth Gebürge*, *roth Schalgebürge* nuncupatur, neque etiam statumen habet. Septima series, neque fissa, ex stratis pariter argillaceis constat, quorum color e gryseo coeruleus est, hinc series fissilis coerulea, *schwarzblau*

*blau Schalgebürge, Dach- Schiefergebürge*, nominatur. Statumen, tribus his seriebus substratum, quoad stratorum massam, non vero quoad duritiem, suis seriebus conuenit et ob alumen, in plurimis locis productum, et ob nigredinem statumen aluminosum fissile nigrum, *Alaunschiefer, schwarz Alaunlager, vitriolischer Gebürge* vocatur. Octaua series carbonum fossilium ratione numeri stratorum et altitudinis pro tali assumenda non esset, nisi vsus et vtilitas peculiarem suaderent descriptionem: nomen germanicam *steinkohlicht Gebürge*, audit. Statumen vltimum, secundum Lehmannianos indices ex arena et argilla rubra potissimum compositum esse, Noster refert, id tamen ratione altitudinis magis seriem esse, prout praecedentem seriem carbonum magis indolem statuminis habere, autumat, ob defectum vero certiorum obseruationum statumen, germanice *das rothe todte Lager* nominat. Finita hac serierum et statuminum descriptione situm harum serierum et statuminum Noster describit, quem non secundum gradualem specificam euenisse dicit. Situ descripto obseruationes has tam inter se quam cum aliis combinare atque euentus seu historiam exinde deducere annititur, tunc-que ostendit, series hasce montanas non immediate sed successiue per coordinationem particularum et a fluido, quod particulas terrestres continet et ad fundum sub luti seu crystallorum forma delabi permittit, productas strataque omnia ex fluidis praecipitata primo mollia et lutum, temporis vero successu duriora vel lapides facta esse. Tandem quoque maris conditiones exponit et docet, quomodo a varia eiusdem constitutione varius stratorum ordo productus esse videatur.

p.209. 6) EIUSDEM *ejus historiae suae sortes et variae.* Hic ostendit Cl. Auctor, quomodo talis terrae naturaeque historia primo literatis viris, dein metallicolis, porro metallurgis seu, qui mineras fundunt, tum agricolis et architectis, qui ad aedificanda domicilia arenam, calcem, gypsum etc. quaerunt, tandem fossoribus, qui terram quaerunt et omnibus artificibus et opificibus, qui plurimis naturae productis opus habent, utilitatem parere possit.

p.255. 7) *Descriptio quorundam magnetismorum, nonnullorum inventorum, quae vulgaribus praestantiora sunt, atque artificii, vires magnetum naturalium insigniter augendi.* Auctore Cl. HEINO.

p.273. 8) Cl. LEHMANNI *animadversiones de vera sandaracha veterum et de gutta sandaracha Philosophis latine reddidit* Cl. MANGOLDUS. Sandaracam, Sandarcham, Risigallum, Realgar, Hausm. Zarnich, Zinnich, Alonsis sulphur rubrum, rubrum sulphur montanum, rubedinem montanam, *Bergroethe*, auripigmentum, flavum fuligineum, *Rauschgelb, Rusgelb*, gallice *orpiment*, vocum nempe designare, et a veteribus sandarcham veram, cinnabarim et minium saepe confundi, Noster ostendit, quodque RHAZIO Sandaracha spuria appellatur, id nobis minium esse, hoc vero apud veteres cinnabarim designare, exposuit.

p.285. Quod ad puteum illum sandaracinum attinet, cujus apud Philostratum mentio facta est, quive ob terram sandaracinam, ut vocarunt, nomen inde accepit, terram illam indolis martialis fuisse, fontemque illum vel e vicinia sua rubram forte terram abripuisse, vel illum ipsum nihil aliud forte fuisse, quam fodinam, praeteritis temporibus exustam, quae, consumtis in ea omnibus facile comburendis mineralibus,

bus, ſenſim et pedetentim deſierit ardere, relicta eiusmodi terra rubra ferrea quaeque ab adfluentibus aquis in fontem mutata fuerit, Noſter variis argumentis probare inſtituitur.

9) *Quid veterum fuerit malachites veri ſimili ratione eruit atque de ortu cryſtallinarum et quae in fila diſcerpi poſſunt, inprimis coloratarum, minerarum* egit IDEM: *latine* reddidit Cl. MANGOLDUS. Deterae hoc productum minerum cupri viridem cryſtallinam et compactam eſſe, Noſter oſtendit, omnesque ſpecies minerarum radiolarum et cryſtallinarum formam ſuam ſpatis immiſtis debere et ab eis in minerale redactas eſſe, aſſerit. p. 291.

10) *Determinatio geometrica propagnatuli maximi in polygono quouis dato*, Auctore Cl. MYLIO. p. 317.

11) *De plantulis frumenti ſeminalibus obſervationes quasdam propoſuit* Cl. NONNE. Obſervauit Cl. Auctor in vno ſeminis grano vnam tantum plantulam ſeminalem non plures haerere, eamque vagina inuolui, hanc autem ad defendendam plantulam ab iniuriis et ad praeparandum alimentum adeſſe, eamdemque cum plantula tamdiu creſcere, donec haec ipſa plumulam radiculasque emiſerit. p. 336.

12) *Annotationes botanico oeconomicae de* GLAUCE RIVINI, Auctore Cl. FRID. HUG. CARTHEUSER. Glaux RIVINI, planta tum viridis quam ſiccata pecori, praeſertim vaccis, gratiſſimum praebet pabulum; numeroſis foliis teneriſque caulibus inſtructa eſt; per radices ſuas repentes intra breue tempus multiplicatur; nullam peculiarem culturam requirit, ex plantarum indigenarum numero eſt et hyemis iniurias ſuſtinet. Propagatio glaucis per radices p. 355.

dicae transplantationis ope absoluitur, transplantatio autem vere vel autumno ficca tempestate coeloque sereno instituenda est. Radices huius plantae dulci sapore praeditae sunt, hinc eas, nisi glycyrrhizae, tamen polypodii radicibus in arte medica substitui posse, Noster arbitratur.

p. 361. 13) *Examen chymicum visci betulini*, Auctore eodem. Viscum betulinum respectu truncorum, foliorum, florum, fructuum totiusque faciei externae a visco quercino nihil differt, ratione saporis autem et odoris vtriusque differentia notabilis intercedit: visci enim betulini folia si masticantur saporem obtusum, leniter amaricantem et in recessu quasi subdulcem inprimunt et sub concisione aut contusione odorem subbalsamicum de se spargunt: viscum contra querqum odore et sapore sensibili destituitur. Fructus tamen seu baccae vtriusque visci eandem naturam habent. Extractum, resinosum foliorum et tenerorum ramorum visci betulini, ope spiritus vini paratum, odorem melleo-balsamicum et saporem e subdulci amaricantem lenitereque balsamicum habuit; extractum vero gummosum, ope aquae paratum, odore visci contusi vel diffecti specifico debili et sapore amaricante lenitereque balsamico instructum fuit. Extractum ramorum crassorum resinosum odorem melleo-balsamicum et saporem subdulcem aliquanto balsamicum inque recessu nauseose amaricantem exhibuit; extractum vero gummosum odore visci nativo et sapore amaricante vix sensibili dulcedine remixto donatum fuit. Eadem experimenta cum visco quercino instituit Cl. Auctor, primoque extractum resinosum foliorum et tenerorum ramorum odore balsamico et sapore amaricante lenissime in recessu adstringente instructum obtinuit, gummosum vero extractum odorem nauseo-

nauſeoſum et ſaporem amaricantem, ſalſedine quadam remixtum obtulit. Extractum reſinoſum ramorum craſſorum odorem balſamicum ſingularem, et ſaporem ſatis auſterum et nauſeoſum in ſimul, ſed ſingularem habuit, gummoſum autem extractum odorem debilem, pruna, toſtione exſiccata, paululum aemulantem, et ſaporem ſalſum, amaricante et ſubadſtringente leniſſime remixtum exhibuit. Decocto ex foliis ramisque viſci betulini parato vitriolum ferri pulueriſatum admixtum nullam, ratione coloris, mutationem produxit, viſci querni vero decocto obſcureflauo admixtum ferri vitriolum mox nigrorem aſſumſit. Tandem viſci betulini folia et ramos cum aqua in cucurbitam immiſit et ſolito more deſtillauit, ſicque aquam limpidam, odore viſci betulini ſpecifico, ſed fragrantiori et nonnihil ingratiori, et ſapore debili ſubbalſamico imbutam, neque tamen oleum, obtinuit; aqua vero viſci querni odoris nauſeoſi, maxime ab illius aqua diſtincti absque oleo tranſtillauit. Itaque viſco bitulino et quercino ratione virium medicarum differentiam ineſſe, Noſter colligit.

14) *Obſeruatio de aphronitro*, Auctore *Eodem.* p. 369.
Aphronitrum guſtatum linguae ſaporem nitroſum, nonnihil obtuſum impreſſit, carbonibus candentibus iniectum multas cum ſibilo ſcintillas circumſperſit acidisque affuſis efferbuit. Aqua ſolutum et colatum terram, partim albam, partim griſeam, in filtro reliquit, quae, ſpiritu ſalis inſtillato, efferbuit et ex parte ſoluta, poſtmodum euaporata, materiem plumoſo-ſeleniticam exhibuit. Liquor colatus, euaporatus et ad cryſtalliſationem repoſitus, cryſtallos tenues, oblongo tetraedras, vtrinque obtuſas, planiuſculas cum interiecta materie plumoſa, tenerrima, ſeleniticae naturae exhibuit. Cryſtali, prunis impoſitae, viuide ſcintillantes, ſapore nitri vulga-

ris inſtructae fuerunt, quarum ſolutio, aqua ſimplici facta, affuſo oleo tartari per deliquium, vel etiam ſolutione ſalis ſodae, lacteſcens materiem albam deiecit, quae inſtillato ſpiritu ſalis efferbuit. Inſtillato oleo vitrioli, e cryſtallis fumi rubentes exeunt, quibus diſperſis, maſſa in coagulum plumoſo-ſtriatum abit, quod affuſa aqua calida facile ſoluitur. Euaporata ſolutio cryſtallos oblongo-compreſſas, latas, ſali mirabili GLAUBERI ſimiles, largitur, quae, prunis iniectae, aquae inſtar liqueſcunt, in calcem albam fatiſcunt et in aqua frigida facillime ſoluuntur. Itaque aphronitrum depuratum ex acido nitroſo et ſale alcali fixo minerali componi, ideoque nec ad natri ſpecies, nec ad ſalia alcalia, ſed ad genuinas nitri ſpecies referendum et nitro cubico analogum eſſe, Noſter autumat, et a nitro embryonato, quod alcali volatile fouet, nec cryſtalliſatur, ſed per euaporationem auolat, longe recedere, oſtendit.

p. 379. 15) *Obſeruatio de relatione ſuccini verſus nitrum*, Auctore *Eodem*. Succinum, cum nitro mixtum et detonatum, Noſter varie diſquiſiuit, tuncque acidum ſuccini ſub detonatione diſſipari, nec ſal commune inde naſci, idemque acidum ob volatilitatem ab acido vitriolico diſcrepare, hocque, corporibus inflammabilibus immixtum, ſub detonatione cum nitro in ſal medium, polychreſtum dictum, abire, ſal acidum vero ſuccini omniumque bituminum per detonationem cum nitro in alcali fixum mutari, reperit.

p. 388. 16) *Obſeruatio circa mercurium vitae*, Auctore *Eodem*. Obtinuit Noſter, dum butyrum antimonii cum aqua miſcuit et aquam ſuper puluerem album antimonialem per aliquot dies in vitro aperto reli-

reliquit, cryſtallos plumoſas, albas, inſipidas, quae ſiccatae et aeri expoſitae ſiccae permanſerunt. Hinc iquam, in qua butyrum antimonii ſolutum eſt, ſi ea aliquamdiu ſuper mercurium vitae relinquatur, icidum ſalis communis, ex butyro antimonii ante uſceptum, ex parte rurſus deponere, hocque cum nercurio vitae nouam mixtionem inire, et ſubſtantiam non amplius corroſiuam, nec in aere deliquescentem, ſed inſipidam et ſicciſſimam oriri, colligit.

17) *De cera flaua pictorum vſui accommodata,* p. 391. uctore Cl. IACOBI. Admiſcuit Cl. Auctor aquae alcis viuae concentratae vnciis quatuor, olei tartari er deliquium, valde ſaturi vnciam ſemis, inque eas rreo in vaſe cerae flauae vnciam ſemis immiſit, leique applicato igne, et adhibita absque interruione cum ſpatula lignea agitatione nitidiſſimam olutionem cum permultis pigmentis, ab acido libes, iunctionem ſubientem. Maſſam hanc per linum candidum, ad ſeparandas partes grumoſas ceiceas, traiecit, eamque, quo diutius vaſi incluſa ſeruetur, eo melius picturae inſeruire obſeruauit, as, ceraceam maſſam recondens, vitreum aut, ſi rreum adhibeatur, exactiſſime coctum probeque treatum requiri, notat. Hanc cerae tractatiom eundem quidem in pingendo vſum cum to illo Neapolitano artificio habere, ſed a Neaolitana cerae diſſolutione, quae cerae in aquam inſitum, additione paucarum guttularum liquoris iusdam efficit, differre monet, ſiquidem Cl. Auoris ſolutio notabilem lixiuii ſoluentis copiam prodem obtinendo ſcopo expoſcat. Quam ob rem onariorum lixiuium, nondum ſaponis coctioni aptatum, maxime ſatur, ad ſiccitatem vsque euaratum, calcinatum vitreaeque tabulae impoſitum, ntaneae in cella deliqueſcentiae expoſuit, iterum-

que euaporatum ſimili deliquio tradidit, ſicque operationem ad quartam vicem repetiit, tandemque liquorem. Neapolitano ſimillimum, obtinuit. Caeterum picturas, recenter paratas madida ſtatim cum ſpongia detergendas non eſſe, ſed interuallum quoddam, quo tempus exſiccationi relinquatur, concedendum innuit, omnemque peregrinarum rerum, vt vernicum, mucilaginum etc. adiunctionem vetat, ſiquidem ſufficientem ſplendorem exſiccatione, aliquot hebdomadum ſpatio conceſſo, ſponte obtineri perhibet. Reſpectu pigmentorum, cerae admiſcendorum, omnia acidae indolis pigmenta exulare debere, contra pigmentis, germanice *Laccfarben* dictis, locum concedendum eſſe, monet.

p.401. 18) *Experimenta quaedam chemica de cinnabari eiusque partibus conſtituentibus cum obſeruationibus quibusdam de eiusdem vi medica*, Auctore Cl. MANGOLD. Cinnabarim, cum ſingulo metallorum et ſemimetallorum miſtam, per caementationem diſquiſiuit et ſequentia obſeruauit. 1) Mercurius, in cinnabari contentus, facillime omnium liberatur per cuprum et ferrum, a ſtanno contra maxime retinetur. 2) Mercurius, a cupro liberatus ſingulari modo in globulos colligitur, radios formantes. 3) Nullum metallum et ſemimetallum, praeter argentum, cuprum et quodammodo ſtannum cinnabari qualitatem, qua inſtar plumbi vel ſaltem ceruſſae ſcindi poteſt et metallicum ſplendorem acquirit, communicat. 4) Pondus cupri, ſtanni, reguli antimonii, plumbi, zinci et argenti cum cinnabari per caementationem augetur, biſmuthum vero pondere minuitur. 5) Cinnabaris cryſtallos, ſplendore metallico praeditas, ex argento producit, quae peculiarem ſpeciem ſiſtunt et ſalinae acidae ſunt, eademque vel pars eiusdem generationi et vegetationi metallorum fauet. 6) Cinnabari metalla

talla ignobiliora et semimetalla, inprimis regulus antimonii, cuprum, plumbum, ferrum et zincum calcinantur. 7) Nulla cinnabaris sublimata pellucida est, praeter eam, quae cum argento caementatur et nulla aurum mucum dat, quam quae cum stanno et bismutho digeritur.

His expositis obseruationem Noster de effectu antispasmodico communicat, quem edidit cinnabaris in viro, qui in sinistro pede globulo plumbeo, ex sclopeto emisso, insigniter laesus posteaque horrendis spasmis ita excruciatus fuit, vt totum corpus miris modis conuelleretur. Hanc ob causam aegroto ad methodum Cl. SCHLICHTINGII vnciam dimidiam cinnabaris cum sex aquae pluuiae vnciis exhibuit, terrificumque istum spasmum eodem die mitigatum esse, annotauit. Cum autem remedium hoc, recurrente licet spasmo, denuo propinatum non fuerit, atque aeger gangraena proserpente succubuerit, obseruationem hanc nondum plane perfectam esse, arbitramur. p. 421.

*Obseruatio de mala quadam conformatione situque partium quarundam imi ventris in puero quinque cum dimidio annorum*, Auctore Cl. BOESEFLEISCH. Vmbilicus in hoc puero non in loco, naturali adfuit; sed eius loco in latere imi ventris sinistro, vnum digitum cum dimidio a regione vmbilici, cicatrix quaedam, plana, neque vero excauata visa fuit. Aliquot digitos sub isto loco, vbi alias vmbilicus est, inaequaliter rotundum, dilute rubrum et nitens corpus adfuit. Ex hoc corpore inferius versus dextrum latus quaedam vrinae striae prodierunt; sub isto autem corpore pars quaedam visui se obtulit, quae glandem penis inuersam repraesentauit, frenulo nempe superius, praeputio autem inferius sito. Eo in loco, vbi corporis istius, p. 431.

glandem referentis, finis fuit, atque in lateribus eiusdem nonnullae plicae adfuerunt, ſpeciem quandam ſcroti praebentes, ſed parum elatae. In vna harum plicarum ſine dubio paruula adfuit apertura cum lotium inde ſtillauerit; in corpore vero, glandem referente, eiusmodi apertura plane defecit. Sub ea parte, quae ſcroto ſimilis fuit, atque in lateribus ſiue inguinibus inſignes et oblongi tumores apparuerunt, inſtar coni fere compoſiti, labiaque verendorum muliebrium quaſi repraeſentantes, inter quos rimae cuiusdam ſpecies, vt iisdem verendis, intercepta fuit, ita, vt hermaphroditum imaginari ſibi quis potuiſſet. Memoratus puer non niſi panniculis mollibus et pendens minime vero ſellae, inſidere, nec etiam cubare potuit, niſi in parte ſuperiori dorſi, vel genubus capiteue. Caeterum appetitus viguit et aluus bene reſpondit.

P. 443. 20) *Hiſtoria morbi, maxime complicati, mulieris cuiusdam, in cuius diſſectione poſt mortem praeter alia ventriculus in duas partes diuiſus et ſitus viſcerum quorundam mutatus deprehendebatur* Auctore Cl. MANGOLD. Foemina, in iuuentute adhuc conſtituta, poſtquam ingens onus tulit, vehementi dolore in latere dextro cruciatur. Viro poſthac nupta plures difficiles partus patitur, vltimoque, vbi mortuum edidit foetum, male tractata, febre et inflammatione corripitur, ab eoque tempore ingens excreſcentia in vagina apparet. Dolore ſupra memorato auctо tandem decumbere cogitur, inſimulque enormem in vtero et ſinu pudoris ſentit dolorem. Multum demum a variis malis iisque grauiſſimis defatigata obiit. Corpore eius diſſecto, praeter viſcerum quorundam ſitum mutatum, ventriculus in duas partes diuiſus in conſpectum venit, cuius medio pancreas ſcirrho-

rhoſum et fere cartilagineum ſolito maius et rubicundum incubuit. Quae in ſano ſtatu in ſiniſtro latere haeret ventriculi pars, perque vaſa breuia cum liene coniungitur, ſuperius ſub diaphragmate vna cum liene locata fuit, quae vero dextrum alias latus reſpicit, inferius, vmbilicum verſus, ſitum habuit. In medio ventriculus, vbi diuiſio apparuit, contractus fuit ingentemque verſus inferiora plicam formauit, in cuius medio foramen magnitudine groſſi germanici adfuit, per quod et ſupra plicam cibos e parte ſuperiori ventriculi in inferiorem deſcendiſſe, Noſter autumat.

21) *Obſeruatio de vtero cuiusdam foeminae duplici* Auctore Cl. BOESEFLEISCH. Quantum ex deſcriptione perſpicere licet, vterus ſepto craſſo et firmo ad fundum vsque diuiſus duas cauitates habuit, in quas hiarunt tubae fallopianae, quarum extremitates, alias liberae, cum ouariis confuſae fuerunt. p. 451.

22) *Obſeruationes de morbis venereis* Auctore Cl. BAUMER. Ex his notamus, Cl. Auctorem mercurii dulcis aliquot grana cum olei hyperici vel momordicae ſemuncia coniuncta et, vitro probe agitato, ter de die iniectionem, ſyringae ope, in vrethram vel vteri vaginam in gonorrhoea maligna ſimilique fluore albo ſuſcepiſſe, ſimulque interne diuretica propinaſſe, ſicque morbum vtrumque feliciter ſanaſſe. p. 455.

23) *Obſeruatio de praeclaro vſu corticis peruuiani in febribus malignis* Auctore Cl. VOGEL. Decocti corticis peruuiani vnciam cum pauxillo ſyrupi acetoſitatis citri omni bihorio febre maligna decumbentibus exhibuit, nec vllum eorum, qui ſtatim ab initio aut ſaltem ſub incremento morbi eo vſi ſunt, periiſſe, deprehendit. p. 461.

p.465. 24) *Obſeruationes de vi fulminis electrici in membra frigore vſta, et alio modo adfecta* Auctore Cl. FÜCHSEL. Viro quinquagenario, cuius pedes et manus frigus exuſſit, electrica vi applicata, intra tres hebdomades ſtupor et tumor ſeceſſit ſenſusque rediit. Idem aeger poſthac defluxione catarrhali ad dentes cum eryſipelate correptus fuit; quapropter Noſter ſcintillulas electricas ſimplices in buccam tumidam, vsque dum cutis madeſcere videretur, proſilientes ex machina eduxit; quo facto noctu ſubſequens ſudor capitis largus malum iſtud profligauit. Alii viro octogenario, doloribus rheumaticis vexato, tumoreque glandularum inguinalium et varice ſeu ſpaſmo inflata vena brachiali laboranti, electricam vim applicuit; inde dolores quidem imminuti fuere, ſed ſine conſtanti effectu; varicem dicta vis intra vnam veſperam abegit et tumorem inguinalem, pugno aequalem, nulli remedio obedientem, intra triduum conſtanter diſcuſſit. Mulier hemiplectica, adhibita ſimplici electricitate, nullam primo mutationem ſentiens, ſubſequente nocte horrendis epilepſiae conuulſiuae inſultibus diſtorſa fuit; ſequentibus horis matutinis eruperunt per totum latus hemiplecticum exanthemata, inter purpuram et vrticatam ſpeciem media, tuncque inſultus epileptici ceſſarunt. Verum hemiplexia remanſit, corpus autem prius macrum, poſthaec magis, et ad obeſitatem fere vsque, intra duos annos et vltra nutritum fuit. Tandem nouo inſultu apoplectico accedente ad ſummam maciem redacta periit. Vir rheumate vago laborans brachium affectum tribus ſcintillis ſimplicibus concuſſum illico mouit, nec halitus frigidos, brachium et quodcunque membrum, in quo alternatim latitauit rheuma, nonnunquam perflantes, intra menſem ſenſit, vsque dum catarrhalis inſultus, non rite ſuccedens in nouum, aſt leuius, rheuma tranſiret.

25) *Ob-*

25) *Obſeruatio de aegra poſt multum opium ſumtum ſecura* Auctore Cl. STRACK. Ancilla pharmacopoei cuiusdam remedium, ex ſpiritus vini gallici vnciis quatuor, ſaponis veneti vncia vna et dimidia, camphorae drachmis duabus et opii crudi ſcrupulo vno paratum et externo vſui deſtinatum pro pharmaco purgante habuit et ſumſit. Aliquot horis praeterlapſis pharmacopoeus tincturam hanc aegro tranſmittere cum voluiſſet, ab ancilla relatum accepit, ſe eandem, pro purgante habitam, ſumſiſſe nec inde quidquam perſentiſcere. Statim igitur aquam calidam ancillae potandam dedit, paulo- que poſt Noſter conſultus vomitoria, purgantia et ſpiritum cornu cerui propinauit, quibus cunctis duorum dierum ſpatio largiter ſumtis tertio die bene ſana e lecto ſurrexit, nec vllum vitium, a nimio opio alias metuendum, perſenſit. p. 477.

26) *Obſeruationes de maniaco, vſu pulueris tunquinenſis ſanato*, a Cl. SEBASTIANI *propoſitas latinitate donauit* D. B. Viro, annum quadrageſimum agenti, qui ob infantis obitum primo triſtis, tandem furibundus euaſit, venaeſectione variisque remediis incaſſum adhibitis, doſin pulueris tunquinenſis, ex moſchi optimi granis ſedecim, cinnabaris natiuae et antimonii ana granis duodecim parati, cum multa aqua ſimplici ingerendam curauit; inde poſt aliquot horas quietior factus, parum demum vel nihil abſoni locutus eſt. Poſtridie alteram laudati pulueris, ex aequalibus ingredientium partibus, cuiuslibet nimirum viginti quatuor granis compoſiti, doſin Noſter exhibuit; quo facto plenaria menti rediit tranquillitas. p. 483.

27) *De pilorum circa pudenda reſectione ſingulari methodo, ad humores in gonorrhoea effluentes di-* p. 490.

*minuendos*, dolores in *gonorrhoeis diurnis tollendos nec non bubones venereos resoluendos, quam inuenit et communicat*, Cl. MEDICUS. In curando hoc morbo ad imminuendum humorum affluxum et corroboranda vasa debilitata respiciendum esse, Noster monet. Ad explendam igitur regulam primam, quam primum virus venereum ex membro virili elutum est, pilos circa pudenda penitus desecari atque locum aqua calida lauari iubet. Quo facto, duodecim horarum spatio profluuium minui, duobus vero peractis diebus fere nullum amplius esse, dicit. Si vero pili mediam superarint longitudinem, profluuium etiam validius et copiosius euadere, illico vero, quam primum pili rursus resecti fuerint, diminui obseruauit. Altera resectionis pilorum vtilitas in sedandis tollendisque gonorrhoeae diurnae doloribus consistit: in benigna enim gonorrhoea, per longum tempus iam durante, adeoque cum doloribus coniuncta, pilos circa pudenda Noster resecauit, interne vero medicamenta incrassantia exhibuit, sicque dolores decrescere, nunquam redeuntes obseruauit. Tandem idem remedium, dummodo sine temporis iactura adhibeatur et interne sal resoluens insuper propinetur, ad bubones venereos dissipandos idoneum esse, asserit et triplicem hanc vtilitatem ab impedito humorum ad vrethram affluxu dependere, autumat: humores enim, morbum constituentes, ad incrementum pilorum impendi, ostendit. Minime tamen pilorum resectionem solum remedium gonorrhoeae existimat, sed roborantia omnino remedia adhibenda esse et corticem peruuianum, subiuncto aquae frigidae balneo cum fructu propinari, monet.

p. 500. 28) Μελετηματα *de nummis quibusdam antiquis e mari eiectis* Auctore Cl. ABELBLAD.

29) *Cont.*

29) *Commentatio hiſtorica de morte Guſtaui Adolphi, Regis Suecorum* Auctore Cl. OETTELT. p. 504.

30) *Eiusdem Commentatio de prophetis Aegyptiorum.* p. 554.

31) *Commentatio hiſtorico-literata de libro heroico vulgo dem Heldenbuche,* Auctore Cl. FREYTAG. p. 576.

32) *Diſſertatio de* שקמים *ſeu de optimis arborum ſpeciebus apud Hebraeos, et de officio curatorum, quos illis plantandis ac tuendis Dauides praefecit ad* 1. *Chron. XXVII.* 28. Auctore Cl. HADELICH. p. 631.

33) *Eiusdem Tractatus de America, ante Columbum veteribus Rabbinis nota.* p. 649.

34) *Eiusdem* Comment. *de lineis veterum heroum thoracibus et de inſigni illorum praeſtantia in re militari.* p. 672.

## XIII.

## Noua phyſico-medica.

*Petropoli* relatum habemus, rei medicae per vaſtiſſimum Imperium Ruſſicum habendam rationem, prorſus noua ideo ab Auguſtiſſima Imperatrice data lege nouoque per illam conſtituto Collegio Medico Supremo, inſigniter mutatam eſſe, cuius notitiam iisdem verbis, quibus exaratam accepimus, noſtris quoque lectoribus exhibendam eſſe putamus, ne inſtitutum illud forſan aliter, ac ſeſe habeat, explicaſſe videamur.

Haec

Haec nunc eſt Imperii Roſſici felicitas, vt auſpiciis Auguſtiſſimae CATHARINAE II habeant exteri, quod mirentur, et ciues, de quo gaudeant. Quam indefeſſa cura et labore omnes boni principis partes ſapientiſſima explerit Imperatrix, tot tantaque loquuntur monumenta, vt cum breuitate temporis comparata, fidem fere exſuperent. Vnum ex his haud tamen poſtremum eſt, publico Auguſtae mandato conſtitutum eſſe Collegium Medicum, eadem auctoritate, qua reliqua ſuprema Imperii tribunalia, pollens, cui omnis rerum medicarum per totum Imperium directio, quae olim penes ſolum Archiatrum erat *), credita eſt. Gratum erit exteris, leges collegio datas noſſe: nec vero id vtilitate carebit, praecipuas ſaltem compendio exhibere, quum non parum ſit, quod ad eos aeque ac ad ciues imperii pertinet. Medici, chirurgi ac pharmacopoei omnes tam in exercitu et claſſe, quam et prouinciis et ciuitatibus, auctoritate collegii conſtituuntur, et ab eo agendorum normam accipiunt. Quum vero hucdum omnes medici, magnaque chirurgorum pars ab exteris exciti fuerint, huic ita malo proſpectum eſt, vt paucis annis facile Roſſia hoc exterorum beneficio carere poſſit. Hoc ſcopo Auguſta imperauit, vt communi conſilio cum vniuerſitate Moſcouienſi, collegium quantocius de erigenda facultate medica, conſtituendisque profeſſoribus cogitet, ne ii, qui arti medicae deſtinantur, peregrinas ad oras proficiſci cogantur, ſed natali in ſolo eius praeceptis imbuantur. Magnum adeo imperium, tot continens regna, tot prouincias et coeli et ſoli diuerſitate mirum quantum ſibi diſſimiles ſpem facit, multa adhuc eſſe parum cognita, gratiſſima tamen naturae ſcrutatoribus, ſi olim detegantur, futura,

*) vid. Comment. noſtr. Vol. IX. P. I. p. 168 et 169.

tura, non medicis tantum, ſed et aliis vſibus, apta. Quum omnibus his prouinciis non chirurgi ſolum, ſed et medici dati ſint, ſperandum ſane eſt, multa in apricum productum iri, ſi vllam ſaltem operam huic rei impenderint: hoc vero vt collegium exequatur, ſummo imperiali mandato decretum eſt, datis ſimul praemiis, ſi qui praeclari aliquid praeſtiterint. Nullum eſt dubium, quin et res medica nouis obſeruatis et inuentis coniuncta tot virorum opera increſcat, cum id quoque ſapientiſſimae Legislatricis attentionem haud effugerit. Ea enim data ſimul Collegio cura eſt, vt omnia rariora et ſcitu digna, peculiaribus Commentariis medicis a collegio quouis anno edendis, publici iuris fiant. Medici ſcientia et eruditione clari, qui labore ſuo ad Commentaria haec aliquid contribuere, ex decreto collegii, nomine Auguſtiſſimae imperatricis, titulum membrorum honorariorum obtinebunt, cum, praeter adminiſtrationem rei medicae, idem fere collegii ſit inſtitutum, quod academiarum ſcientiarum. Quum adhuc non pauca ſint, quorum cura identidem collegio incumbit, e compluribus membris illud conſtituere Auguſtae placuit, quibus Praeſes datus eſt

Illuſtriſſimus et Excellentiſſimus L. B. ALEXANDER DE TSCHERKASSOW S. S. M. Imperialis cubicularius actualis, cui quoque ſoli res oeconomica cum aerario tradita eſt. Collegii membra ſunt:

GEORG. THOMAS L. B. DE ASCH, Exercitus Imperialis Proto Medicus.

CHRISTIANVS PAECKEN, Medicus Academiae militaris.

ANDREAS LINDEMANN Medicus obſtetricius; quibus honor additus eſt conſiliariorum altiorum Imperii tribunalium.

Ephe-

E pharmacopoeis conſtitutus eſt: IOH. GEORG. MODEL, pharmacopoeus primariae officinae Imperialis, addito titulo conſiliarii aulici.

E chirurgis data ſunt collegio membra:

IOH. GEORG. WULFF, Primarius chirurgus (*Stabs-Chirurgus*) academiae militaris, addito aulici conſiliarii titulo.

CHRISTIANUS LUD. BLOCK, chirurgus legionis praetorianae Semenouienſis, nomine Aſſeſſoris.

Cum Auguſtiſſimae Roſſiarum imperatricis CATHARINAE iam vniuerſo orbi amor innotuerit, quo omnis generis ſcientias et artes, humano generi vtiles, non ipſa tantum colere, ſed et tueri dignatur: nullum certe dubium eſt, quin aeque vt omnibus eruditis, ſic et inprimis medicis gratiſſimum hoc inſtitutum futurum ſit, et quin vitam immortali famae coaeuam magnae et ſapientiſſimae principi voueant.

Regia chirurgiae Academiae *Pariſienſis* duplicatum praemium, quaeſtioni *de optimo aperiendi tractandique abſceſſus modo* propoſitum et ad hunc annum 1764 dilatum *), adiudicauit nuperrime Cl. DAVID, artium magiſtro et chirurgiae candidato. Is iam praeter varios huc vsque editos commentarios in primis ex praemio illo innotuit viris doctis, quod ante hos duos annos a ſcientiarum ſocietate *Harlemenſi* conſecutus fuit, optime nimirum ſoluta quaeſtione *de augendo vel ſupprimendo lacte* aliisque circa hoc naturae negotium obuenientibus malis optime tollendis **).

Regiam

*) vid. Comment. noſtr. Vol. IX. P. II. p. 344 et Vol. XI. P. I. p. 163.

**) ib. Vol. IX. P. III. p. 542.

Regiam ſcientiarum ſocietatem *Gottingenſem* duo quidem praemia oeconomicis argumentis praefixa, *de ouium* ſcilicet *cultura* et *paſcuorum communione*, auctoribus adhuc incognitis tribuiſſe nuper indicauimus *). Nunc vero legimus, duplex iſtud praemium ab vno eodemque auctore fuiſſe reportatum, Viro Cl. IOANNE AUGUSTO SCHLETTWEIN, ſereniſſimo Marchioni Badenſi Durlacenſi a conſiliis reddituum ſiue camerae et politiae, in oppido ob egregium ibi florentem hortum botanicum valde claro, *Carlsruhe* dicto, degente.

In vniuerſitate porro, quae *Goettingae* floret, Vir Cl. GEORGIUS MATTHIAS, Medicinae Doctor et Profeſſor huc vsque extraordinarius, nunc eiusdem Profeſſoris Ordinarii honoribus exornatus fuit. Quam is egregie de medicina et litteraria in primis medicorum hiſtoria meruerit, inſigni ſpecimine lectoribus noſtris nuperiam comprobauimus **).

In *eandem* quoque vniuerſitatem *Goettingenſem*, vt Medicinae et Anatomiae Profeſſoris Ordinarii munus ibi ſubeat tertiumque facultatis medicae ſic dictae locum occupet, euocatum fuiſſe eoque iam feceſſiſſe legimus Virum Cl. PHILIPPUM GEORGIUM SCHROEDER, Medicinae Doctorem eiusdemque hactenus Profeſſorem Publicum Ordinarium in Academia Marburgenſi.

*Ibidem* denique Profeſſoris Medicinae Extraordinarii munus delatum fuit in Virum Cl. IOANNEM ANDREAM MURRAY, Medicinae Doctorem, qui eandem huc vsque cum laude iam coluerat *Gottingae*.

*Aboae.*

*) vid. Vol. XI. P. II. p. 353 et 354.
**) ib. Comment. noſtr. Vol. X. P. III. p. 538.

*Aboa* quidem vocatus fuit *Petropolin* Vir Cl. PETRUS KALM, Med. D. et Oeconomiae Profeſſor Publ. Ordinarius Aboenſis, vt Profeſſoris Botanices munus ibi ſuſciperet, largo ſatis ſtipendio aliisque eximiis praemiis afficiendus. Patriae autem et amantiſſimus et ipſi fideliſſimus munus illud eiusque praemia deprecatus a ſe fuit.

In Academia *Erlangenſi* Profeſſoris Medicinae Ordinarii munus auſpicatus nuper fuit Vir Cl. IACOBUS FRIDERICUS ISENFLAMM, Med. D. ſereniſſimo Marchioni Brandenburgico Culmbacenſi a conſiliis aulae, publice habita oratione *de mutuo ſcientiae medicae reliquarumque ſcientiarum conſortio*, editoque eum in finem programmate *de tunica celluloſa*.

Noſtra quoque vniuerſitas *Lipſienſis* denuo habet, de quo ſibi gratuletur. Nouum enim Oeconomiae Profeſſoris munus ex auctoritate ſereniſſimi noſtri Principis Electoris, fundatum fuit hoc anno 1764, quod iam prima vice datum eſt Viro Cl. DANIELI GOTTFRIED SCHREBER, Iuris Vtriusque Doctori, Buzouio huc euocato, viro permultis ad rem oeconomicam ſimilesque ſcientias pertinentibus ſcriptis inter viros doctos claro facto. Adiit is illud nuperrime, die ſexto iunii, ſermone publice dicto *de damnis, quae ex neglecta in academiis diſciplina oeconomica neceſſario conſequuntur*, editoque programmate ſub titulo: *delineatio hiſtoriae ſcientiarum oeconomicarum, quatenus vt academicae conſiderandae ſunt.*

A Regia ſcientiarum ſocietate *Londinenſi* in ſociorum numerum recepti nuper fuere Viri Clariſſimi, BERNARD SIEGFRIED ALBINUS et HIERONYMUS

MUS DAVID GAUBIUS, Doctores et Profeſſores medicinae Lugduno-Bataui, quos modo nominaſſe ſatis erit.

*Hafnienſis* e contrario vniuerſitas virum et fama et meritis clarum amiſit, PETRUM ſcilicet HORREBOW, Medicinae Doctorem, Philoſophiae, Matheſeos et Aſtronomiae Profeſſorem, Conſiſtorii Aſſorem, vniuerſitatis ſeniorem, academiarum ſcientiarum Hafnienſis, Pariſienſis et Berolinenſis ſocium, qui ſenio confectus nuper die decimo quinto aprilis vitam cum morte commutauit. Quemadmodum enim et docendo et ſcribendo bene de ſuis ciuibus meruit, ita et longam atque honorum plenam, et optabilem vitam egit. Anno ſeculi ſuperioris ſeptuageſimo die maii viceſimo quinto in Iutia natus, iam ex anno huius ſeculi decimo quarto Profeſſoris munere functus fuit Hafniae. Patris quoque felicis fortuna fruitus, viginti liberos ſuſcepit ex coniuge, nata ROSING, anno huius ſeculi vndecimo in matrimonium ducta, ex quibus ſeptem ſuperſtites reliquit.

Grauiſſimam porro iacturam non *eadem* ſolum *Hafnienſis* vniuerſitas, ſed omnis literatus orbis fecit anno ſuperiore. De ſocietate illa doctorum virorum, qui Potentiſſimi Daniae Regis auctoritate atque ſumtibus ante paucos annos iter in aliquas prouincias orientales, Arabiam in primis, ſuſceperant, olim iam *) et deinde plus ſimplici vice de itinere ab iis hactenus feliciter continuato, ad lectores noſtros retulimus. Sed valde nunc triſtem de viris illis accepimus nuncium. Poſtquam enim omnem felicem Arabiam per octo menſes peragrauerat illa ſocietas, omnibus, quae annotatu digna

*) vid. Vol. VIII. P. II. p. 348.

digna ipſi obuenerant, omni ſtudio atque diligentia inueſtigatis atque conquiſitis, in triſtiſſimam incidit calamitatem, quum omnia ipſius membra grauibus corriperentur morbis, qui die viceſimo quinto maii Profeſſorem DE HAVEN, iulii vndecimo alterum Profeſſorem FORSKAL, Viros Cl. paulo poſt pictorem BAURENFEIND atque vnum ex apparitoribus, e medio ſuſtulerunt. Reliqui hinc ſocii, et medicus, Cl. CRAMER, et Cl. NIEBUHR, architectus militaris, Bombacum (*Bombay*) petere coacti ſunt, reditum in Europam paraturi. Quamuis interim triſte hoc fatum valde doleamus, non omnes tamen ab illa ſocietate collectos itineris fructus perituros eſſe ſperamus, quum annotationes ſuas ſine dubio literis conſignauerint optimi illi viri, quas ab eorum ſociis ſuperſtitibus editum iri exiſtimamus.

In relationibus publicis obſeruationem quandam legimus, quae attentionem meretur, ſique vlteriore vſu atque experientia comprobata fuerit, inſignem vtilitatem promittit. Fertur ſcilicet *Vini*, quae vrbs in Foro Iulio, prouincia quadam Veneta, ſita eſt, vir quidam a cane rabido morſus et per largum ſatis aceti vini hauſtum, ex incuria ipſi propinatum curatus fuiſſe; hinc fama tam felicis curationis Patauium lata, medicus noſocomio eiusdem vrbis propoſitus, Cl. LEONISCA, veritatis inueſtigandae cupiditate permotus, ipſe *Vinum* ſe contuliſſe, ibique de ea certior redditus, domum redux factus, tentamen illud in non nullis talibus aegris idque ſemper cum felici ſucceſſu ita repetiiſſe, vt ter per diem, mane nimirum, a meridie et veſperi aceti libram iis propinauerit. Num autem prophylactice, an curatiue, contra dirum iſtum hydrophobiae morbum datum fuerit acetum, haud clare ſatis expreſſum legimus.

Me-

## Memoria IOANNIS FRIDERICI GRONOVII, Medicinae Doctoris, Reipublicae Leidenſis Senatoris, et Societatis Regiae Vpſalienſis Socii.

Neminem putamus eſſe literarum ſtudioſum, quin GRONOVIORUM nomen fama et auditione acceperit: adeo nullus eſt terrarum locus, ad quem verae doctrinae humanitatisque lumen penetrarit, quin huius etiam nominis ſplendor cum literis eo delatus ſit. Doceremus operoſe, colenda humanitatis diſciplina IOANNEM FRIDERICUM, huiusque filium, IACOBUM, viros in primis doctos, ceteris etiam doctrinae partibus conſuluiſſe, niſi ab omnibus ſciremus humanitatis ſtudiis hunc honorem libenter et ſponte haberi, aut ſi dubitare quemquam vereremur, tum demum ſingulis in locis ſignum bene de literis ſperandi ſublatum eſſe, cum vel e ſinu ſuo humaniora ingenia proferre et alere coeperunt, vel aduenarum beneficio ſuperiorem tarditatem abigi ſenſerunt. Iam ſi et ii, qui hodie humanitatis ſtudia profitentur, inſtauratores aequant, cum non ſolum ſtabiliant literarum fundamenta, ſed caueant etiam tam beneficae humanitati a barbarorum incurſionibus: quantam putabimus eius familiae gloriam eſſe, quae primum duos progenuit, humanitatis omnis peritiſſimos, quos non dicam cum paucis conferri debere, ſed quisque imitari, ſi qua ratione poſſit, affectat: deinde ceteros poſteros, nominatim ABRAHAMUM, eius, quem hic deſcribimus, fratrem, ad humanitatis literas domeſticis exemplis incendit, ſeueriſſimam earum in omni genere doctrinae tenendarum legem ſanxit, ſuppeditato denique tam praeclaro adminiculo in ſua quemque arte ad altiſſimum gradum adſcendere iuuit. Non ergo

temere in posterum quoque medicinae doctores commendabunt tironibus humanioris doctrinae amorem, non frustra sine eo negabunt etiam in re medica et naturali aliquid effici posse, cum sententiae huius tantae prostent auctoritates, quibus nouum hoc GRONOVII exemplum recte iungetur, qui, ex quo scriptis innotuit, huius etiam doctrinae laudem consentienti doctorum opinione tulit.

Leidae natus est a. 1690. e IACOBO, viro summo, et ANNA VAN VREDENBURG, felicique omine celeberrimi aui, IOANNIS FRIDERICI, nomen accepit, quod ita mereri studuit, vt non vna nominis similitudine, sed et doctrinae laudisque amplitudine dignus auo esset nepos, dignus item IACOBO patre, filio parentis simillimo. Non potest nomen ipsum et consanguinitas ita liberorum animos afficere, vt necessario eos informet ad omnem paterni ingenii similitudinem: sed de incitamento clari nominis celebrataeque familiae dubitari non debet, quo saepe tarditas impellitur, stupor commouetur, auerfatio denique absterguntur. Certe videtur domestica laus in mente GRONOVII non paruum fecisse ad sequendos maiores momentum, cum nihil indulgeret magnae debilitati, qua natura corpus emolliuerat, nec retardari pateretur animum segnitie, quem corporis ratio tardius ad praeceptorum disciplinam admiserat, ac ne obtusum quidem aurium sensum praetexeret negligentiae magno in illa aetate amori. Nec pugnauit GRONOVIUS contra hanc infirmitatem tantum externa quadam assiduitate, qua saepenumero etiam sana corpora adquiescunt; sed ipsa animi contentione veroque studio, sine quo ad doctrinam accedere numquam potuisset. Ergo satis maturo tempore ad academicas scholas venit, primumque ante alios audiuit patrem, non opinione aut amore addu-

adductus, ſed quod literarum graecarum latinarumque ſtudia, quarum profeſſionem IACOBUS ſuſtinebat, centies audierat iis eſſe vnice aemulanda, qui ſtabile fundamentum doctrinae iacere vellent. Hoc apparatu inſtructus animus felicius tractauit duce RAUWIO anatomica, faciliusque accepit botanica, chemica et practica ex magni BOERHAAVII ore. Sed vt ii, qui ad multorum amicitias ſe applicant, eligunt ex omnibus vnum, quo praecipue familiariter vtantur, non quo ſpretos velint ceteros aut deſtitutos, ſed quod vnum aliquem ſuo ingenio ſuisque moribus in primis ſimilem deprehendunt: ita mirum non eſt, ſi GRONOVIUS, ceteris quidem medicinae reique naturalis partibus accurate tractatis, praecipuo tamen amore botanicen coluit, de quo infra plura dicentur, ne nunc temporis ordo turbetur. Scilicet, diſceſſit tandem ex ea diſciplina, quam academicae ſcholae praeſcribunt, editaque diſſertatione, quae *hiſtoriam camphorae* expoſuit, cepit cum ſumma dignitatis laude honorem doctoris a. 1715 d. 23 Maji. Ex quo autem magnum cum medicina vſum contraxerat, eodem amore atque ſtudio, quod eum paulo ante docuimus botanicae conſecraſſe, CORNELII CELSI libros ita verſauit, vt omni diligentia, quidquid ad interpretationem et criſin pertineret, colligeret, ſi forte emendata editio hoc modo confici poſſet. Atque etiam praeclara potuiſſet eſſe eius opera, cum ob literarum humaniorum diuturnum et GRONOVIANAE familiae proprium vſum, tum quod omnes editiones et codices Leidenſis, rurſus quosdam libros Oxonienſis bibliothecae cum exemplo ALMELOVENIANO contulerat, niſi, incertum coactus an volens, totum hoc conſilium materiei digerendae abieciſſet. Poſt vigeſimum quartum h. ſ. annum, cum morte coniugis domus eius afflictata eſſet, conſolandae

orbitatis cauſa literario amore Angliam adiit, maxime vt plantas a Batauo ſolo alienas, ſaltem domi rariores, conquireret. Conuenit ibi doctiſſimos viros, DILLENIUM, SHERARDUM, LAUSONUM, COLLINSONUM et CATESBAEUM, contulitque hoc totum tempus ad firmandam botanices cognitionem, quam in eo ſummam fuiſſe ſatis demonſtrat herbarii ditiſſimi collectio, libri multi accurate ſcripti, in his *Flora Virginica* et *Orientalis*, plurium plantarum diligentior deſcriptio, vita etiam hoc maxime literarum genere transmiſſa, et in mediis his occupationibus finita, tum magna fama, iudiciis virorum intelligentium commendata. Coeperat etiam extremis vitae annis, quoniam bibliothecae Leidenſis curam habuit, manu ſcriptas ſchedas CLUSII, quae in illa bibliotheca aſſeruantur, excutere, vt vitam eius et res omnes cum fide iuſtaque diligentia deſcriptas ederet, fueratque aliquantum colligendo progreſſus. Sed intercepit hunc fructum ingraueſcens ſenectus; quae etſi legitimam habet excuſationem, tamen, id quod certo ſcimus, non ſolum narrationem de CLUSII vita nobis eripuit, ſed et exemplar vitae huiusmodi ſcribendae. Huic indefeſſo literarum ſtudio, huic amori doctrinae, atque ipſi etiam ſcientiae debetur, quod plantarum in herbario ſeruatarum, librorum et lapidum tantam multitudinem reliquit, vt valde laetemur, quod a LAURENTIO THEODORO, filio GRONOVII, catalogum herbarii exſpectare poſſumus. Proſtant praeter libros GRONOVII, et in actis Societatis Vpſalienſis deſcriptiones piſcium nonnullorum, quas ductu Cl. ARTEDII inſeruit, poſtquam a. 1744. Societati adſcriptus erat. Veniendum eſt tandem ad aliud genus meritorum. Quamquam ciuibus aeque ac exteris ſcribendo ſatis vberem vtilitatem adiunxerat, praeterea tamen ingreſſus eſt curriculum,

in

in quo maxime patriae ciuiumque causa exerceretur. Nam anno h. s. 42 allectus est in Senatum Leidensis ciuitatis, et ab hoc gradu altius adscendit ad munus Curatoris rerum pupillarium, hinc ad Scabinatum, quo magistratu ter functus est, donec bis accepta Consulari dignitate ad summum ciuitatis locum promotus est. Vt vero ex hoc tempore ciuitati nulla ex parte defuit, ita nec a literis se abstrahi passus est illius administratione, sed sic distinxit ciuilium curarum et doctrinae tempora, vt illas etiam in vsum literarum conuerteret, et, cum honor Bibliothecarii consulatui coniunctus esset, asseruatas in bibliotheca Leidensi Clusianas schedas, de quibus antea diximus, perlustraret. Nos vero, quibus propositum non fuit, permagna Viri in rempublicam merita laudibus cohonestare, sed instituta literaria narrare, et nomini eius etiam nostro modo consulere, ita putamus satisfactum esse hac narratione consilio nostro, vt, qui haec legerit, et nos intelligat GRONOVII amantissimos fuisse, et nobiscum tam illustrem doctrina Virum venerandum censeat.

## Index scriptorum, quae edidit Cl. GRONOVIUS.

Dissertatio inauguralis sistens camphorae historiam. Lugdun. Batau. 1715. 4.

Flora Virginica exhibens plantas, quas V. Cl. IO. CLAYTON in Virginia obseruauit atque collegit. Easdem methodo sexuali disposuit, ad genera propria retulit, nominibus specificis insigniuit et minus cognitas descripsit I. F. GRONOVIUS, Pars prima *ib.* 1739. 8. recusa *ibid.* 743. 8. Pars secunda, *ibid.* 743. 8. Vtraque pars coniuncta denuo Eiusdem opera et studio impressa est *ibidem* 1762. 4.

Index suppellectilis lapideae, quam collegit, in classes et ordines digessit, specificis nominibus ac

SPIRIT. CLAUD. FRANCISC. CALVET, Diſſ. inaug. de haemorrhagiis internis. Reſp. *Mich. Ioſeph. Dandrimont.* Auenione. 4.

IO. FRID. CARTHEUSER, Diſſ. inaug. de branca vrſina Germanica. Reſp. *Ioan. Georg. Kunſt.* Frf. Viadr. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de ſaccharo. Reſp. *Philip. Mendel,* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. theſes quaedam miſcellaneae de calore et refrigeratione corporis humani naturali. Reſp. *Abrah. Wolff.* ibid. 4.

CARL WILHELM. CARTHEUSERS *vermehrte Betrachtungen über einige Materien aus der Diätetic, Glückſt. u. Altona.* 8.

Il Latte: Idilio di GIUSEPPE CERRECESI, in Milano 8. (*Decantatur poemate ſalubritas lactis, optimi pro corpore humano nutrimenti*).

A Treatiſe on the Diſeaſe called a cold by I. CHANDLER. London. 8.

Nouvelles obſervations ſur la Goutte et ſur les qualites de la Poudre ou Ptiſane Balſamique, qui en eſt le ſpecifique calmant, connue et approuvée par les Chefs de la Médicine par. M. CHANVY DE MONGERBET. a Paris 12.

PETR. CHEVALIER, Quaeſt. med. an phthiſi pulmonari idiopathicae praecauendae, parca ſed frequens ſanguinis miſſio? affirm. Reſp. *Coſm. Aug. Lezurier,* Pariſiis 4.

Abregé de l'Hiſtoire des Plantes uſuelles; dans le quel on donne leur Noms differens, tant François que Latins, la maniere de ſ'en ſervir; la doſe et les principales compoſitions de Pharmacie, dans les quelles on les emploie par feu PIERRE IEAN BAPTIST CHOMEL, Nouvelle edition revue corrigée et augmentée. Tom. I. II. a Paris 12. Voll. 3.

Diſcorſi

## XIV.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1761 prodierunt.

Le Claveſſin electrique, avec une nouvelle Theorie du Méchaniſme et de Phénomenes de l'Electricité par le P. DE LA BORDE. a Paris 12.

ERN. GOTTLOB BOSE, Diſſ. inaug. de anaſtomoſeos vaſorum corporis humani dignitate, Reſp. *Gottl. Frid. Fiſcher.* Lipſ. 4.

LUDOV. CLAUD. BOURDELIN, Quaeſt. med. vtrum homo ſanus, qui et bene valet et ſuae ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debeat? affirm. Reſp. *Auguſt. Roux.* Pariſiis 4.

ANDR. EL. BÜCHNER, Diſſ. inaug. de probe attendendis mixtionis imminutae et ſuppreſſae variis cauſſis. Reſp. *Petr. Ianſſen,* Hal. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de vaſorum lymphaticorum glandularumque conglobatarum vtilitate. Reſp. *Frid. Iac. Vogel.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de neglecta benigna febre catarrhali frequenti morborum pulmonalium cauſſa. Reſp. *Aug. Frid. Dohlhoff,* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de cauto vſu ſternutatoriorum in apoplexia. Reſp. *Adam Hildebrand.* ibid. 4.

Ei. Diſſ. περι της φλεβοτομιας, ως ουκ αει αναγκαιας εν τοις οξεσιν αμα και κακοηθεσι πυρετοις: de venaeſectione in febribus acutis malignis non ſemper neceſſaria. Reſp. *Demetr. Nic. Karakaſſes.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de vera podagrae ſede et fomite, Reſp. *I. H. Ge. Balth. Stolle.* ibid. 4.

SPIRIT. CLAUD. FRANCISC. CALVET, Diſſ. inaug. de lymphae ſecretione natura et vſu. Reſp. *Dominic. Iſidor Vicary.* Auenione, 4.

les principes d' HIPPOCRATE, a Boulogne ſur mer en l'année 1759; avec des Diſſertations ſur la Maladie Noire, les Eaux du Mont-Lambert, et l' origine des Fontaines en général par M. DESMARS, Med. Penſionnaire de la Ville; a Paris, 12.

IOAN. IACOB. DUVAL. Diſſ. med. de inhalatione externa. Lugd. Bat. 4.

Le Gentil-Homme Cultivateur, ou Corps complet d' Agriculture, tire de l' Anglois et de tout les Auteurs, qui ont le mieux écrit ſur cet Art; par M. DUPUY DEMPORTES. Tom. I. II. a Paris, 4. c. f.

*Idem liber ibidem eodemque anno in duodecima forma prodiit, continetur vero quatuor voluminibus.*

PETR. EBERHARDI conſpectus medicinae theoreticae in tabulas redactus. Pars II. Pathologia generalis et ſpecialis. Halae, 8.

*Das hundertjährige Alter, welches etliche Männer und Frauens, die noch am Leben ſind glücklich überſtanden. Es wird zugleich Rath und That gegeben, wie man bey ordentlicher Lebensart, Gemüthsruhe und mäſsiger Arbeit; nach dem Exempel unſerer Väter auch ſehr alt werden und Kinder-Kindes-Kinder erleben könne, an das Licht geſtellt von* Chryſoſtomo Erasmo Ehrlichmann. *Frf. u. Leipz.* (Verum autoris nomen CHRISTIAN. ERN. ENDTER).

M. F. L. EISFELDS *Verſuch einer natürlichen Beſchreibung des bey Quedlinburg befindlichen Geſundbrunnens oder Mineral- und Stahlwaſſers, Leipzig und Quedlinburg.* 8.

BALTHASAR ERHARDS *ökonomiſche Pflanzenhiſtorie, nebſt dem Kern der Landwirthſchaft, Garten- und Arzneykunſt* 10ter *und* 11ter *Theil. Ulm und Memmingen,* 8. Voll. 2.

IOAN. FRIDER. FASELIUS, Diſſ. inaug. de neruis exhalantibus, Reſp. *Io. Thpod. Koehler.* Ien 4.

Obſer

Observations sur differens Cas singuliers, relatifs à la Médécine Pratique, à la Chirurgie, aux Accouchemens et aux Maladies Vénériennes; aux quelles on a joint quelques reflexions en faveur des etudians par M. PHILIPP. FICHET DE FLECHY, a Paris 8.

Pa minnelser wid sweriges almänna och enskylta Husha llning af I. FISCHERSTRÖM. Stockholm. 8.

Traité de l'Asthme, contenant la description, les causes et le traitement de cette maladie, par IEAN FLOYER, traduit de l'Anglois, a Paris 12. (*Ex anglica in gallicam transtulit linguam* Cl. IAU, M. D.).

Dissertation sur la Morve, en forme de Mémoire, présentée au Mois d'Avril 1761, à l'Académie Royale des Sciences par le Sieur la FOSSE, le fils: avec un Extrait des Registers de l'Acad. Roy. des Sc. du 24 Iuillet 1761. a Paris 12.

Inträdes om Finska Slimatit och diss följder i Landets Husha llning för Kongl. Vetensk. Acad. d. 14 Ian. 1761 af ANDR. GADD. Stockh. 8.

PETR. IOSEPH. GAINE, Diss. inaug. de acido infantum. Trai. ad Rh. 4.

Comentarios a las Ordenanzas de Minas, dedicados al Cathólico Rey, Mestro Sennor Don Carlos III por Don FRANCISCO XAVIER DE GAMBOA, Colegial de el Real, y mas antiquo de San Ildefonso de Mexico, Abogado de la Real Chancilleria de aquella Ciudad, y de Presos de el Santo Oficio de la Inquisicion, Su Consultor por la Suprema, y Diputado de el Consulado, y Commercio de la Nueva-Espanna on la Corte de Madrid. En Madrid, fol.

THEOBALD MATTH. GASSER, Diss. inaug. de morbo nigro HIPPOCRATIS. Argent. 4.

An

die Lehre der Reizbarkeit und Empfindlichkeit der Theile des menſchlichen Leibes vorgetragen, Zürch. 8.

Traité de la Culture des Terres par M. DU HAMEL DU MONCEAU, Tome VI. a Paris 12.

L'Art du Chandelier par M. DU HAMEL DU MONCEAU, a Paris fol. c. f.

Philoſophiae naturalis ſiue Phyſicae dogmaticae Tom. I. continens phyſicam generalem, coeleſtem et aetheream: tanquam continuationem ſyſtematis philoſ. CHRISTIANI L. B. DE WOLF, Auctore MICH. GERC HANOVIO Halae 4. c. f.

IOH. IAC. HARTMANNS *Neue Gartenerforſchung, worinnen von Vermehr- Fortpflanz- und Erhaltung nicht allein der Orangerie, ſondern auch von Luſthecken, Pyramiden, Alleen, Spalieren und Luſtwäldern ausführlicher Unterricht gegeben wird. 1ſter Theil. Erfurt.* 8.

Hiſtoria medica trium morborum, qui anno 1760 frequentiſſime in noſocomio occurrebant, cui adiecta eſt notabilium obſeruationum anatomicarum decas. Auctore L. G. HASENÖRHL, Vindobon. 8.

I. N. HELD, *mediciniſche Gedanken über den 147 und 149 Articul der Römiſch-Keyſerl. und des heil. Römiſchen Reichs peinliche Halsgerichts-Ordnung, Frf. u. Leipzig*, 4.

GEORG. MELCH. GEDEON HENKEL, Diſſ. inaug. exhibens experimenta chymica de naphtha nitri etiam per ignem elaboranda. Erford. 4.

IOACHIM FRIEDR. HENCKELS *Abhandlung von der Geburtshülfe, m. K. Berlin*, 8.

ELAS. HENNER. conatus phyſico-experimentales de corporum affectionibus tum generalibus tum ſpecialibus. Pars ſecunda de attributis corporum ſpecialibus opus poſthumum. Würceburg. 8. c. tab. aen.

FRIDER.

FRIDER. MERLITZ, Diſſ. de ictero, ſpeciatim epidemico. Gotting. 4.

GOTTL. THOM. HERRMANN, Diſſ. inaug. de remediorum quorundam ad placentam vterinam expellendam commendatorum, tam inſufficienti, quam noxio vſu. Halae 4.

The vegetable Syſtem, or the internal Structure and the Life of Plants, their Parts and Nourishment explained; their Claſſes, Ordres, Genera and Species aſcertained and deſcribed in a Method altogether new; comprehending an Artificial Index and a Natural Syſtem; with figures of all the plants deſigned and engraved by the Author. The whole from Nature only by IOHN HILL. Vol, II. containing the whole Series of Plants whit Radiated Flowers. Vol. III. containing the Entire Claſſes of Plants with Tubulate and Ligulate Flowers. London, fol. mai. Voll. 2.

*Entwurf eines Lehrgebäudes von Erzeugung der Pflanzen von D.* I. HILL, *mit Kupfern erläutert. Aus dem Engliſchen überſetzt und von D.* GEORG. LEONHARD HUTH *überſehen. Nürnberg*, 8.

IOH. HILLS *Entwurf eines Lehrgebäudes von Erzeugung der Pflanzen. Leipzig*, 8. *m.* K.

An Inquiry into the means of improving medical Knowledge by examining all thoſe methods, who have hinderd or increas'd its improvement by WILL. HILLARY. London, 8 mai.

*Die Wirthſchaft eines philoſophiſchen Bauers entworfen von* H. E. HIRZEL. *Zürch*, 8.

I. W. HÖNERTS *kurzgefaſste Anlegung und Unterhaltung eines wohlbeſtellten Blumengartens, nebſt genauer Beſchreibung der Art, Geſtalt, Pflege* etc. *Bremen*, 8.

Les Principes de l'Agriculture et de la Vegetation: Ouvrage traduit de l'Anglois de M. FRANCOIS

ROME. Au quel on a joint deux Memoires nouveaux ſur la maniére de préſerver le froment de la corruption et de la conſerver. a Paris 12. (Ex anglica in gallicam transtulit linguam Abb. GUENEE).

Idem liber eodem anno Amſtelodami eſt recuſus.

IOANNIS NEPOM. AB HUMBOURG obſeruationes de hydrocelis cura radicali Vindobonae, 8.

CAR. FRID. HUNDERTMARK, Diſſ. inaug. de vrina cretacea. Reſp. *Ioan. Sam. Piling.* Lipſiae, 4.

L. G. IACOBI *Abhandlung von der rechten Art die Eichbäume zu ſäen, zu pflanzen und zu erhalten. Halle*, 8.

L. CHRISTIAN. IAHN's praxis medica theoretico-clinica, *welche in* 2 *Theile abgefaſſet iſt. Der* 1. *Theil enthält in ſich* 3 *Sectiones. In der* 1. *iſt eine theoretiſche Einleitung zur Pathologie. In der* 2 *zur Semiologie und in der* 3 *zur Therapie. Der* 2*te Theil iſt ebenfals in* 3 *Sectiones eingetheilet; in der* 1 *wird gezeiget, wie die Krankheiten des Haupts, in der* 2 *der Bruſt und in der* 3 *des Unterleibes zu curiren ſind. Dresd. u. Leipz.* 8.

CAROLI IENTY demonſtratio vteri praegnantis mulieris cum foetu ad partum maturo. Latine aeque ac germanice opera C. C. SCHMIEDELII) Norimb. fol. c. tab. aen.

A Short Hiſtory of Brighthelmſton with remarks on its Air and an Analyſis of its Water, particularly of an uncommum mineral one by IOHNSTON. London, 8.

FRIDER. CHRISTIAN. IUNCKER, Diſſ. inaug. de cauſis luxationum internis. Reſp. *Frid. Aug. Weitz.* Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. Vindicias virginum, quae ex vteri vitio ſub contumelia quidem ſed maxima innocentia

tia

tia aegrotant, in tabula exhibens. Reſp. *Chriſt. Frideric. Shelhammer.* ibid. 4.

*Vollſtändige Abhandlung von denen Manufacturen und Fabriken; 2ter Theil, welcher alle einzelne Manufacturen und Fabriken nach der Eintheilung ihrer Materialien abgehandelt von* IOH. HEINR. GOTTL. VON IUSTI. *Kopenhagen*, 8.

*Ebendeſſelben geſammlete chymiſche Schriften, worinnen das Weſen der Metalle und die wichtigſten chymiſchen Arbeiten vor dem Nahrungsſtand und das Bergweſen ausführlich abgehandelt werden. Zweyter und letzter Band, Berlin u. Leipz.* 8.

*Ebendeſſelben Abhandlungen von der Vollkommenheit der Landwirthſchaft und der höchſten Cultur der Länder. Ulm.* 8.

En Reſa til Norra America pa Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens befallning och Publici Koſtnad, förrättad af PEHR KALMS. T. III. Stockholm. 8

CAR. FRID. KALTSCHMIED, Diſſ. inaug. de medicamentorum conſolidantium modo agendi et vſu. Reſp. *Benj. Traug. Cotta*, Ienae, 4.

Iusd. Progr. de parte oſſis humeri exſtirpata brachio tamen poſt conſolidationem integram ſeruanto longitudinem. ibid. 4.

Iusd. Diſſ. inaug. de prognoſi ſtatus morboſi rite formanda. Reſp. *Mart. Frideric. Henrici.* ibid. 4.

H. KEILS *compendiöſes, doch vollkommnes anatomiſch-chirurgiſch- und mediciniſches Handbüchlein. Königsberg.* 8.

L'Hypotheſe des petits Tourbillons, juſtifiée par ſes uſages, ou l'on fait voir, que la Phyſique, qui doit ſon commencement au Tourbillons, ne peut mieux être perfectionnée, qu' en pouſſant le principe, qui l' a fait naitre; par M. KERANFLECH. a Rennes, 12.

IOAN KIES, Diſſ. de aere. Reſp. *Iohan. Frider. Sehner*, Tubingae, 4.

TH. KIRKLANDES *Abhandlungen von den Brandſchäden, nebſt einer Unterſuchung derer, wider den Gebrauch der Fieberrinde in Brandſchäden gemachten Einwendungen. Aus dem Engliſchen überſetzt von* GR. LEONH. HUTH, *Nürnberg.* 8.

IOAN. THAD. KLINGKOSCH, Diſſ. inaug. ſiſtens theſes phyſiologicas de ſenſibilitate et irritabilitate ex experimentis factis deductas. Pragae, 8.

IO. HIERON. KNIPHOFII botanica in originali ſ. Herbarium viuum, in quo plantarum tam indigenarum, quam exoticarum peculiari quadam operoſaque enchireſi atramento impreſſorio obductarum nominibusque ſuis ad methodum illuſtrium noſtri aeui botanicorum LINNAEI et LUDWIGII inſignitorum elegantiſſima ectypa exhibentur opera et ſtudio IO. GODOFR. TRAMPL Centuria VIII, Hal. fol.

IO. FRIDER. KNOLLE, epiſt. gratul. continens decadem librorum anatomicorum rariorum. Lipſ. 4.

Regnum Florae: *Das Reich der Blumen mit allen ſeinen Schönheiten nach der Natur und ihren Farben vorgeſtellet: bis* 300 *Blat in Kupfer geſtochen und illuminirt von* GEORG. WOLFG. KNORR, *Nürnberg, Fol.*

Lapides ex celeberrimorum virorum ſententia diluuii vniuerſalis teſtes etc. *Sammlung von Merkwürdigkeiten der Natur und der Alterthümer des Erdbodens zum Beweiſe einer allgemeinen Sündfluth aus dem Reich der Steine bewieſen; in Kupfer geſtochen und mit Farben ausgedruckt von* G. W. KNORR. *2ter Theil bis* 37 *Blat.* ibid. *Fol.*

Deliciae naturae ſelectae: *oder Auserleſenes Naturaliencabinet, welches aus den drey Reichen der Na-*

tur

*tur zeiget, was behalten und geſammlet zu werden verdienet; bis* 31 *Blat; in Kupfer geſtochen und illuminirt von* G. W. KNORR. ibid. *fol.*

IOH. GOTTLIEB KOELREUTERS *Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen. Leipz.* 8.

*Naturſpiegel, worinn der Menſch vom erſten Augenblick ſeiner Werdung bis zu ſeinem Ausſchluſs aus Mutterleib in einer dreyfachen Abbildung zu erſehen — — deme einige anatomiſche Erklärung nebſt vielen beſonders denen* Neo-Confeſſariis *dienlichen Anmerkungen, wie auch die ausfürlichen Urſachen wegen Fruchbarkeit oder Unfruchtbarkeit beyden Geſchlechts vorangefüget werden, gezeichnet und beſchrieben von* NIC. AMBR. KRAPF. *Baſel, fol. c. f.*

Tankar om den Wanmackt, uti hwilken Finska Landman ſig befinner af I. KRASTMANN. Stockholm, 8.

Progr. quo CAR. CHRIST. KRAUSE inſtitutionum medicarum ab HERM. BOERHAAVIO digeſtarum §phos 737-744 commentatur Lipſ. 4.

*D.* IOH. CHRISTOPH. KÜHNST's *mediciniſches Gutachten von der ſo genannten Rindviehſeuche, derſelben Urſache, Praeſervation und Cur, auch was von der Abledérung des gefallenen Rindviehes zu halten ſey, mit etlichen Anmerkungen nebſt einer Vorrede eines vornehmen Rechtsgelehrten, Leipz.* 8.

L'Art de faire le Papier par M. DE LA LANDE. à Paris, fol. c. tab. aen. 14.

GEORG. AUG. LANGGUTH, Progr. de modeſtia ſternutantium medica. Witteberg. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. ſiſtens cauſas principaliores, quae efficiunt, quo minus in morbis curandis finis exoptatus ſemper obtineatur. Reſp. *Sam. Gottfr. Füſſel*, ibid. 4.

Hiſtoria medica biennalis morborum ruralium, qui a vero tempore anni 1759 vsque ad finem hyemis anni 1761 Laxenburgi et in vicinis vndique oppidis pagisque dominati sunt; complectens memorabilem rationemque febrium intermittentium et de earum genere remittentium epidemiam auctore FRANC. IOSEPH. LAUTTER. Vindob. 8.

MARTIN. FROBENIUS LEDERMÜLLERS *Microſcopiſche Gemüths- und Augenergötzung: beſtehend in ein hundert nach der Natur gezeichneten und mit Farben erleuchteten Kupfertafeln, ſamt deren Erklärung.* Nürnberg) 4.

Cadmiologia, *oder Geſchichte des Farben Kobolds nach ſeinen Namen, Arten, Lagerſtädten, darbey brechenden Metallen, Mineralien, Erzten und Steinen, wie auch deſſen Verhältniſs nach der Probierkunſt, deſſen Gebrauch und andern dabey vorfallenden Umſtänden; nebſt Beſchreibung derer darzu gehörigen Oefen, Maſchinen und Arbeiten, theils aus andern Schriften, gröſstentheils aber aus eigner Erfahrung und ſorgfältig angeſtellten Verſuchen und Wahrnehmungen zuſammengetragen und mit denen nöthigen Kupfern erläutert von* IOH. GOTTLOB LEHMANN, *Erſter Theil.* Königsberg. 4.

Eiusd. *Probierkunſt.* Berlin. 8.

Eiusd. *Phyſicaliſch-chymiſche Schriften, als eine Fortſetzung der Probierkunſt,* ibid. 8.

PETR. ANT. LEPY, Quaeſt. med. an bis in die cibari praeſtet, quam ſemel? aff. Reſp. *Simon Vcher.* Pariſiis, 4.

IOAN. LETCH, tentamen medicum de haemorrhoidibus, Lugd. Bat. 4.

L'Art des Accouchemens démontré par des principes de Phyſique et de Mechanique, pour ſervir d'introduction et de baſe à des leçons particuliére

par

par M. ANDRE LEVRET. Seconde Edition corrigée et conſiderablement augmentée tant dans le Corps de l'Ouvrage, que dans le Supplément avec addition de deux nouvelles planches et d'un abrégé du ſentiment de l' Auteur ſur les aphoriſmes DE MAURICEAU. à Paris. 8 mai.

*Herrn* LEVRETS *Wahrnehmungen von den Urſachen und Zufällen vieler ſchwerer Geburten. Mit Anmerkungen über die bishero vorgeſchlagenen und angewandten Mittel dieſelben zu enden; nebſt einigen neuen Mitteln dazu viel leichter zu gelangen. Zweyter Band, herausgegeben und mit Kupfertafeln vermehrt von D.* IOH. IULIUS WALLBAUM. *Lübck u. Altona*, 8.

An Experimental Hiſtory of the Materia medica; or of the Natural and Artificial Subſtances made uſe of in Medicine; containing a compendious Vieuw of their Natural Hiſtory, an Account of their Pharmaceutic Properties, and an Eſtimate of their Medicinal Powers, ſo far as they can be aſcertained by Experience, or by rational Induction from their ſenſible Qualities; by WILLIAM LEWIS, M. B. F. R. S. London, 4 mai.

FRID. WILH. A LEYSER flora Halenſis exhibens plantas, circa Halam Salicam creſcentes, ſecundum ſyſtema ſexuale Linnæanum diſtributas. Hal. 8.

Précis de la Médécine Pratique; contenant l' hiſtoire des Maladies, avec des obſervations ſur les pointss les plus interreſſans par M. LIEUTAUD. Nouvelle edition. a Paris, 8.

Diſſertation de IEAN. PHILIP. DE LIMBOURG ſur les Affinités Chymiques, qui a remporté le Prix de Phyſique de l'an. 1758 quant a la partie chymique au Iugement de l' Academie Royale des Sciences, Belles Lettres et Arts de Rouen, a Liege, 12.

CAR. LINNAEVS, Diſſ. in qua potus coffeae leuiter adumbratur, Reſp. *Henr. Sparſchuch.* Vpſal. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. Diaeta acidularis, Reſp. *Eric. Vigelio* ibid. 4.

I. L. L. LÖSEKENS *Therapia ſpecialis* interna: *oder gründliche Anweiſung zur Erkänntniſs und Cur der innerlichen Krankheiten 1ſter Theil, welcher die Lehren von den einfachen und zuſammengeſetzten Krankheiten, die den ganzen Leib befallen, in ſich enthält. 2ter Theil, welcher die Lehren von den Mängeln des Kopfs und der Bruſt enthält. Dresd. u. Warſchau,* 8.

Eiusd. *Neue und ſeltene anatomiſch-chirurgiſch-mediciniſche Wahrnehmungen mit Kupferſtichen erläutert, Berlin.* 8.

Di TITO LUCRETIO CARO della Natura Libri 6 Tradotti da ALESSANDRO MARCHETTI Tom. I. II. in Londra, 12.

CHRIST. GOTTL. LUDWIG. Progr. de vita molli cauſa debilitatis in morbis, Lipſiae. 4.

*Zufällige Gedanken auf was Art einem groſſen Herrn in foro* medico *und was die Geſundheit einer Unterthanen betrift, Nützliches in ſeinem Lande könnte angegeben werden, entworfen von D. C. G. M.*** Königsberg,* 4.

Dell' Inoculazione del Vajuolo. Trattato iſtorico, politico, fiſico, morale di SAVERIO MANETTI, in Firenze, 4.

ANDR. SIEGM. MARGGRAFS *chymiſche Schriften. Erſter Theil. Berlin,* 8. *m. K.*

Elemens des Sciences et des Arts litteraires, traduits de l'Anglois de BENIAMIN MARTIN, a Paris. 12. Voll. 3. (*In ſecundo volumine, praeter hiſtoriam et philoſophiam, phyſiologia, et in tertio botanica, anatomia pharmacia et oeconomia traditur*).

ANTONII MATANI, Piſtorienſis, in Acad. Piſana P. Prof. ſoc. Monspell. Sod. de aneurismaticis

prae-

praecordiorum morbis, animaduerſiones; editio italica ſecunda correctior et auctior. Liburni, 4.

Conſpectus hiſtoriae medicorum chronologicus in vſum praelectionum academicarum confectus a GEORG MATTHIAE. Goetting. 8.

Het XIX Claſſe van de Genera plantarum van de Heer CAR. LINNAEUS Syngeneſia genaamt, opgeheldert en vermeerdert. Mitsgaders een berigt van een Nieuw-Botanisch Stuk, aangande het leeren kennen der Planten kort na hunne Geboorte of Uitſpruiting uyt hun Zaad. Als mede de Beſchryving en Afbeelding van een zeldzame en zonderlinge Zee-Plant, door DAVID MEEZE, Hovenier in de Kruidt-tuin aan Frieslands Hooge Shole te Franeker, te Leeuward. 8mai. c. 8. tab aen.

IOAN. HENRIC. MEINCKE, Diſſ. inaug. de oeconomia foetus in vtero humano Trai. ad Rhen. 4.

SALOM. THEOPH. DE MEZA, Med. Hafn. armamentarium medicum ſ. materia medica, quo adducuntur omnia ſuppellectilia medica ex tribus regnis petita nec non chemica praeparata cum variis raris et curioſis et huc vsque ignotis Hafn. 8.

PAUL. H. G. MOEHRINGII hiſtoriae medicinales, iunctis fere vbique corollariis praxin medicam illuſtrantibus. Amſtelod. 8. c. tab. aen.

CHRIST. MOLINARII epiſtola ad Cl. virum ANT. STOERK, qua mulieris a ſcirrho curatae hiſtoria exponitur. Viennae, 8.

*Herrn* ALEX. MONRO'S, *des Aeltern, Knochenlehre, nach der Ausgabe des Herrn* SUE *überſetzt, und mit der ſechſten Engliſchen Ausgabe ſorgfältig verglichen, nebſt der Nervenlehre eben dieſes Verfaſſers und einer Erklärung von der abwechſelnden Bewegung des Herzens, wie auch einer Beſchreibung des menſchlichen Milchſaftsbehälters und der Milchſaftröhre,*

*aus dem Engliſchen überſetzt und mit nöthigen Regiſter verſehen durch* CARL CHRISTIAN KRAUSE. *Leipz.* 8.

PETRI VAN MUSSCHENBROEK elementa phyſicae, quibus nunc primum, in gratiam ſtudioſae iuuentutis, accedunt vbique auctaria quamplurima, frequentiſſimae annotationes, diſputatio phyſico-hiſtorica de rerum corporearum origine ac demum de rebus coeleſtibus tractatus, opera et ſtudio ANTONII GENUENSIS. Editio tertia Veneta, tabulis aeneis ornata, Tom. I. II. Venetiis, 8. Voll. 2.

ALEXANDR. NAHUYS, tractatus chemicus continens noua quaedam experimenta cum baſi ſalis marini, nitri et aluminis. Pars I. adiecta eſt eiusdem Auctoris oratio de quaeſtione: vtrum vroſcopus ex ſola vrinae inſpectione morbos quorumuis aegrotantium rite detegere iisque ex arte mederi poſſit. Amſtelod. 8.

Trattato chirurgico di ANGELO NANNONI ſopra la ſemplicita del medicare i mali d'attenenza della Chirurgia. In queſto Trattato, come nel reſtante del libro ſi trovano riunite molte e varie eſperienze, oſſervazioni, e ragionamenti, coſe tutte, che molto giovano per lo ſtabilimento del buon metodo di medicare mali appartenenti al Chirurgo, introdotto alla lettura del ſeguente Trattato con un diſcorſo fatto ſopra alcuni fatti ſeguiti dopo finita la ſtampa del preſente Libro. Tomo Primo, in Firenze. 4.

*Phyſicaliſche Abhandlung von der goldnen Ader, welche ſowohl die Eigenſchaften, Wirkungen und Urſachen, als auch die Heilungsart derſelben in ſich faſſt zum allgemeinen Nutzen herausgegeben von D.* ERNST IER. NEIFELD, *Züllichau.* 8.

ERN. ANT. NICOLAI, Diſſ. inaug. de congeſtionibus. Reſp. *Ioan. Frider. Wilhelmi* Ienae 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de pulſibus Reſp. *Iodoc. Ehrhart*, ibid. 4.

Eiusd. Progr. IV et vltimum exponens rationem ſtructurae quarundam auris partium. ibid. 4.

Eiusd. Progr. exhibens quaedam de cordis et arteriarum in ſanguinem actione. ibid. 4.

Eiusd. Progr. I. de cauſis pelluciditatis partium corporis humani praeſentis et ſublatae. ibid. 4.

ANDR. NUNN, Diſſ. inaug. de affectibus rheumatico-arthriticis ex emanſione menſium. Reſp. *Carol. Frider. Hauswald.* Erfordiae, 4.

Delle Acque di Recoaro, et delle Regole concernenti il loco uſo: Diſſertazione di HOR. MARIA PAGANI. in Vicenzia, 8.

PAULAE ANDR. PARENTI de doſibus medicamentorum liber ſingularis in ordinem alphabeti digeſtus, quo ex ſcriptoribus optimis et praxi fidelisſima pro diuerſa hominum aetate plerorumque tam ſimplicium, quam compoſitorum remediorum vſitata et legitima quantitas determinatur, cum praefatione HIERONYMI DAV. GAUBII, Editio tertia multo emendatior, Lugd. Batav. 8.

*Eandem hanc libri huius editionem eodem anno Krauſe, bibliopola Viennenſis recudendam curauit Viennae*, 8.

*Idem liber, ab ipſo Auctore vero multum auctus eodem anno prodiit ſub hoc indice:* Doſium tum ad ſimplicia, tum ad compoſita medicamenta ſpectantium index omnium, qui hactenus prodierint, locupletiſſime auctus et clariſſimorum Authorum eruditionibus cum chemicis tum botanicis et Galenicis nouiter ac longe exornatus, variisque humani corporis aetatibus accommodatus PAULI ANDREAE PARENTI, vna cum Antidotario chirur-

cauſas inquiritur et quid ſingulae variationes indicent, tam ex veterum, potiſſimum HIPPOCRATIS quam recentiorum obſeruatione exponitur. Frf. ad Moen. 8.

*D.* REINHARDS *verletzte Leber. Glogau*, 8.

ANT. RELHAN's ſhort Hiſtory of Brighthelmſton with Remarks on its air and analyſis of its water, particularly of an uncommon minerale one by IOHNSTOHN. London, 8 maior.

CLAUD. ANTON. RENARD, Quaeſt. med. an litteratis vita coelebs? aff. Reſp. *Lud. Gilbert. Boyrot de Ioncheres.* Pariſiis, 4.

GASPARDUS IOANNES RENE, Quaeſtiones medicae duodecim pro regia cathedra vacante defenſae. Monspelii, 4.

MATTHIAS RICHEVILLE, Diſſ. inaug. an, vt ſaepius chronicorum officina ventriculus, ita et acutorum fomes? Traj. ad Rhen. 4.

GEORG. GOTTL. RICHTER. Progr. de antiquitate et ſalubritate victus animalis, Goett. 4.

COLLINE ROBERTSONE, Diſſ. inaug. de expuitione ſanguinis e pulmonibus editi. Trai. ad Rh. 4.

NICOL. LE ROY DE S. AIGNAN Quaeſt. med. ana perito *Χημείας* medico, quam plurima *φύσιος* praecepta ſalubriora, certiora dentur? aff. Reſp. *Cosma Aug. Lezurier*, Pariſiis, 4.

A methodical Synopſis of Mineral Waters by RUTTY, London. 4.

AUG. SCHARSCHMIDTS *Nachrichten von dem Geſundbrunnen bey Freyenwalde. Berlin*, 8.

*Der wunderbare und vielleicht in der Natur noch nie erſchienene Eulenzwitter, nebſt der Baumraupe, aus welcher derſelbe entſtanden, und welche vor einigen Jahren an vielen Orten Sachſens überaus groſſen Schaden gethan hat, beſchrieben und mit einigen auf die Natur dieſer Raupen ſich gründende Vorſchlägen*

*ſie*

*ſie am leichteſten zu verringern und am ſicherſten auszurotten, begleitet von* IAC. CHRIST. SCHÄFFER. *Nebſt einer Kupfertafel mit ausgemahlten Abbildungen. Regensburg,* 4.

Eiusd. piſcium Bauarico-Ratisbonenſium pentas, cum tabulis 4. aere inciſis icones, coloribus ſuis diſtinctas, exhibentibus. ibid. 4.

Eiusd. icones et deſcriptio fungorum quorundam ſingularium et memorabilium; ſimul fungorum Bauariae icones, natiuis coloribus expreſſae, editioni iam paratae, propediem euulgandae denuntiantur. Ratisbonae, 4.

Idem libellus eodem anno Germanice quoque prodiit.

IOAN. PHILIP. BONAVENT. SCHALLER, Diſſ. inaug. de ialappa. Argentor. 4.

*D.* G. SCHREBERS *Sammlung verſchiedener Schriften, welche in die oekonomiſche Policey und Cameral-wiſſenſchaften einſchlagen. 7 u. 8ter Theil, Halle,* 8. *m. K.*

IO. HENRIC. SCHÜTTEI Oryctographia Ienenſis ſiue foſſilium et mineralium in agro Ienenſi breuiſſima deſcriptio etc. quam reuidit, nonnulla praefatus eſt, adnotationes ſubiecit CHRIST. VALENT. MERCKELIUS. Editio altera renouata, Ien. 8.

IOAN. ANT. SCOPOLI, Ph. et Med. D. S. R. I. et C. M. Montanae Ciuitatis Phyſici de hydrargyro Idrienſi tentamina phyſico-chemico-medica 1) de minera hydrargyri 2) de vitriolo Idrienſi, 3) de morbis foſſarum hydrargyri. Venetiis, 8.

GEORG. FR. SIGWART. Diſſ. inaug. de hydrope vteri grauidi, Reſp. *Georg. Bern. Bilfinger*, Tubing. 4.

GEORG.

GEORG. FR. SIGWART. Diſſ. inaug. de explorationе per tactum vtiliſſima et ſumme neceſſaria artis obſtetriciae enchireſi. Reſp. *Ioh. Iac. Manner.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. medicinae dynamicae ſpecimen IV ſiſtens. Reſp. *Chriſt. Conrad. Köhlreuter.* ib. 4.

The Family Phyſician: Being a Collection of uſeful Family Remedies. Together with Plain and Full Directions for Adminiſtering them, and properly Nurſing the Sick, where the Advice of a Phyſician is difficult to be procured. To which is added a ſhort Account of thoſe Caſes in which Bleeding and Bliſters are really ſerviceable: by HUGH SMITH. The third Edition with Additions. London. 4.

FRID. SNIP, Diſſ. de lithotomia ſ. calculi ſectione. Amſtelod. 8.

IOH. FRIEDR. SOELEMANNS *Einleitung in die Pharmaceutik und pharmaceutiſchen Benennungen, für Anfänger der Apothekerkunſt und Chirurgie, durchgeſehen und verbeſſert von D.* IOH. ERH. TRAMPEL. *Lemgo,* 8.

IOH. NICOL. SPACH. Diſſ. inaug. caſum ſarcohydroceles exhibens. Argent. 4.

IAC. REINH. SPIELMANN, Diſſ. de hydrargyri praeparatorum internorum in ſanguinem effectibus. Reſp. *Ioan. Frider. Ehrmann.* ibid. 4.

FRANZ ANTON VON STEINBERG *gründliche Nachricht von dem in Ienner-Crain liegende Czirknützer See, worinnen alle Seltenheiten deſſelben beſchrieben, wie nämlich in einem Iahre bey An- und Auslauf jährlich in ſolchem gefiſchet, gejaget und eingeärndtet, Heu und Stroh eingebracht, von den darauf wohnenden die Oeconomie beſorget werde, mit* 35 *Kupfern. Grätz.* 4.

I. G.

I. G. STOCKAR DE NEUFORN tractatus chemico-medicus de ſuccino in genere, nec non ſpeciatim de eo, quod nuper in agris Wisholzenſibus effoſſum eſt, in quo per tentamina chemica natura ſuccini ſuccincte examinatur, atque auctorum de eo opiniones inueſtigantur atque examinantur. Lugd. Bat. 8.

ANTONII STOERCK annus medicus ſecundus, quo ſiſtuntur obſeruationes circa morbos acutos et chronicos, adiiciunturque eorum curationes et quaedam anatomicae cadauerum ſectiones. Vindobonae. 8.

Eiusd. libellus ſecundus, quo demonſtratur, cicutam non ſolum vſu interno tutiſſime exhiberi, ſed et eſſe ſimul remedium valde vtile in multis morbis, qui huc vsque curatu impoſſibiles dicebantur, ibid. 8.

Eiusd. Supplementum neceſſarium de cicuta, vbi ſimul iungitur cicutae imago aere exeuſa, ibid. 8.

Eiusd. *prioris de cicuta libelli hoc anno altera prodiit editio*, ibid. 8.

Idem *libellus gallice redditus editus eſt*, ibid. 8. Voll. 3.

Land brukets rätta Högd uti rön och machiner af MAGN. STRIDTSBERG, Stockholm. 8 min.

Traité des Bandages et des Appareils; avec un Deſcription abbrégé des Brayers ou Bandages et de pluſieurs Machines propres à differentes Maladies par M. SUE. Seconde Edition, a Paris, 12.

*Die Kennzeichen der Inſekten nach Anleitung des Ritters* CARL LINNAEUS *durch 24 Kupfertafeln erläutert und mit derſelben natürlichen Geſchichte begleitet von* I. H. SULZER, *mit einer Vorrede des Herrn* IOHANNIS GESNERS, *Zürich*, 4.

Deſcription abrégée des Maladies, qui regnent le plus communement dans les Armées avec la methode

de les traiter; par M. VAN SWIETEN. à Amſterd. 12.

Diario dell inneſta del Vajuolo fatto ne due figli del D. TADINI nel meſe di Maggio 1761 in Milano.

CAR. IO. SIGISM. THIEL, Diſſ. inaug. de ſingultu. Goett. 4.

FRID. LUD. THIEL, Diſſ. inaug. de curatione morborum artificiali per vlcera. ibid. 4.

IO. LE THIEULLIER Quaeſt. med. vtrum omnibus in morbis natura coctiones moliatur? aff. Reſp. *Aug. Roux.* Pariſiis, 4.

Nob. Illuſtriſſimo ALB. V. HALLERO, Soc. R. Sc. Goett. Praeſ. de variolis, apoplexia et hydrope, s. A. D. TISSOT. Lauſannae, 8.

Avis au Peuple ſur ſa Santé, avec des Remedes pour ſe conſerver par M. TISSOT. *ibid.* 8.

De methodo medendi variolis hactenus cognita, ſaepe inſufficiente, magno pro inoculatione argumento, diſſertatio epiſtolaris ad Cl. D. B. CASP. SULZERUM exarata a D. BALTH. LUD. TRALLES. Vratislauiae. 8.

ANDR. GOTTFR. TRETZELIUS, Diſſ. inaug. de Inſigni et praeſtantiſſimo vſu corticis peruuiani in medicina. Altdorf. 4.

— TRIBOULET, Quaeſt. med. vtrum ſit ſecanda vena in indigeſtione. Duaci.

DAN. WILH. TRILLER, Diſſ. inaug. de tabaci pulmonici abuſu ceu atrocis affectus ventriculi aliorumque morborum cauſa. Reſp. *Aug. Lud. Vnwürde,* Witteberg. 4.

H. G. N. TROSCHEL, *nothwendige Nachricht von den wahrhaften Böhmiſchen Bitterwaſſer Saydſchützer Urſprungs aus dem Hochbetſcher Berge. Leitmeritz.* 8.

IOH. FRID. TÜNZEL, de vita ruſtica, ruſticaeque rei ſcriptis eccleſiarum paſtoribus rure degentibus commendandis. Brunſw. 4.

Me-

Memoires ſur les Defrichemens par M. le Marq. DE TURBILLY, a Paris 12.

Praeclariſſimo viro Abbati NOLLETO, IO. MARIA DE TURRE S. P. Neapoli. 8. c. 2 tab. aen. (*Agitur in his literis de particularum ſanguinis figura*).

Nouveaux ſyſteme du Microcosme ou Traité de la Nature de l'Homme; dans laquelle on explique la cauſe du Mouvement des fluides, le principe de la vie, du ſang et des humeurs, la generation et les autres operations des parties du corps humain par le Sr. DE TYMOGNE, a la Haye. 8. c. f.

PAULI VALCARENGHI, Com. Eq. Prim. Prof. Med. Ticin. de praecipuis febribus ſpecimen practicum ad VINCENTIUM, filium. Cremonae. 4.

Minéralogie, ou Nouvelle Expoſition du Regne Mineral. Ouvrage dans le quel on a tâché de ranger dans l'ordre le plus naturel les Individues de Regne et où l'on expoſe leurs propriétés et uſages méchaniques, avec un Dictionnaire Nomenclateur et des Tables ſynoptiques par M. VALMONT DE BOMARE. Tome Premiere, a Paris. 8.

DOMINICI VANDELLI de thermis agri Patauini: accedit bibliotheca hydrographica et apologia contra HALLERUM. Patauii, 4 mai. c. tab. aen.

Iournal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie etc. par M. VANDERMONDE Ianvier — Decembr. 1761 Tome XIV. XV. a Paris 8. Voll. 2.

DAVID VASSE, Quaeſt. med. an pueri bene mane cibandi? aff. Reſp. *Carol. Salin.* ibid. 4.

MICHAEL LUD. VERNAYE, Quaeſt. med. an poſt longas defatigationes, ſubito inſtituta vita deſes periculoſa? aff Reſp. *Nicol. Iean-roy*, ibid. 4.

EMAN. MAURIT. DU VERNEY, Quaeſt. med. an ſudare tutius, quam algere? aff. Reſp. *Hugo Gauthier*, ibid. 4.

Dell' Arte Oſtetricia, Trattato di GIUSEPPE VESPA in Firenze, 4.

Commentatio phyſiologica, qua foetum in vtero non liquore amnii, ſed ſanguine, per venam vmbilicalem aduecto, nutriri oſtenditur a IOH. HERM. VOGEL, Goett. 4.

RUD. AUGUSTIN VOGELS *neue mediciniſche Bibliothek. Des vierten Bandes, fünftes Stück.* ibid. 8.

*Das Steinreich ſyſtematiſch entworfen von* IOH. ERNST IMMANUEL WALCH, *der Beredſamkeit und Dichtk. ord. öffentl. Lehrer auf der Univ. zu Iena, Halle,* 8. *m. K.*

IOH. GOTTSCHALK WALLERIUS, *Phyſiſche Chymie. 1ſter Theil. Aus dem Schwediſchen überſetzt. Gotha,* 8. *m. K.*

Eiusd. Diſſ. analyſin et ſyntheſin pulueris laxantis d'AILHAUD ſiſtens. Reſp. *Petr. Chriſtoph. Schulz.* Vpſaliae, 4.

Eiusd. Diſſ. qua dubia quaedam, contra transmutationem aquarum mota, refelluntur. Reſp. *Iac. Wahlſtröm.* Holmiae, 4.

Eiusd. Diſſ. de principiis corporum, Reſp. *Er. Schoenſtedt.* Vpſal. 4.

Eiusd. Diſſ. Agriculturae fundamenta chemica (*latine et ſuecice*) Reſp. *Guſt. Adolph. Gyllenborg*, Comes. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. om Guld och Silfver - ſkedning. Reſp. *Car. Henr. Fintberg*, ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. de origine oleorum in vegetabilibus. Reſp. *Georg. Rothmann.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. an interitus mundi quaedam indicia in globo terraqueo ſint obuia? Reſp. *Nic. Ion. Bredberg.* Holm, 4.

Eiusd. Diſſ. de incrementis montium dubiis. Reſp. *Petr. Iac. Friſendahl.* Vpſal. 4.

IOAN. GOTSCH. WALLERIUS, Diſſ. de inſulis natantibus. Reſp. *Ioh. Brolin.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. de mutata facie telluris. Reſp. *Eric. Sv. Wageniv.* Strogneſiae, 4.

Eiusd. Diſſ. de tellure olim per ignem fluida. Reſp. *Ioan. Murberg.* Vpſal. 4.

Eiusd. Diſſ. de origine fontium. Reſp. *Sven. Weſtphal.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. Animaduerſiones chemicae ad ictum fulminis in arce regia Vpſalienſi d. 24 Aug. 1760 (*latine et ſuecice*). Reſp. *Car. Petr. Wibom.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. om metallernes calcinationes i eld. Reſp. *Car. Peterſen.* Holmiae. 4.

Eiusd. Diſſ. de diluuio vniuerſali. Reſp. *Aeſtan Petr. Harlin.* Vpſal. 4.

Eiusd. Diſſ. de vegetatione ſeminum vegetabilium per mortem. Reſp. *Mich. Henr. Ottin.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. de indole aquae mutabili. Reſp. *Nicol. Schwarz.* Holm. 4.

C. L. WALTHERS *ſonderbare Anmerkungen, welche ſowohl in der Medicin, Anatomie, als Chirurgie vorfallen. Nürnberg.* 8. *m. K.*

The Life and Literary Remains of RALPH. RATHURST by THOM. WARTON. London, 8. (*Continentur varia ſcripta medica, ex quibus eminent tres praelectiones de reſpiratione habitae*).

IO. NIC. WEISIUS, Diſſ. ſiſtens hiſtoriam partus impediti ex membrana tendinoſa os vteri internum arctante. Reſp. *Andr. Gottfr. Tretzelius.* Altdorf. 4.

ANDR. WESTPHAL, Diſſ. ſiſtens ſuccinctas aliquas animaduerſiones medicas circa potiora quaedam momenta in paſſione optimi maximi ſeruatoris occurrentia. Reſp. *Tim. Chriſt. Guil. Overkamp.* Gryphiswald. 4.

Phyſiological Eſſays, containing, 1) an Inquiry into the Cauſes which promote the Circulation of the Fluids in the very Small Veſſels of Animals. 2) Obſervations on the Senſibility and Irritability of the Parts of Men and other Animals; occaſioned by M. de HALLER's late Treatiſe on theſe Subjects. The ſecond Edition, corrected and enlarged. With an Appendix, containing an Answer to M. de HALLER's Remarks in the 4th Volume of the *Memoires ſur les parties ſenſibles et irritables*. By ROBERT WHYTT. M. D. F. R. S. etc. Edinburgh. 8.

An Eſſay on the Virtues of Lime-Water and Soap in the Cure of the Stone. The third Edition corrected and enlarged with an Appendix, containing the Caſes of Lord WALPOLE, the Bishop of Landaff, WILLIAM HAY Esq. M. L. TREVIGAR. etc. by ROBERT WHYTT. ibid. 8.

IO. GOTTFR. WOLFIUS, Diſſ. inaug. de balſamis vitae, Altdorf. 4.

Della Cura de Bambini attacati della rachitide. tratto di GIOV. EVERARD. ZEVIANI, in Verona. 4.

Eiusd. Trattato del ſtato a favore degl' Ipocondriaci. *ibid.* 4 min.

## Contenta in hac parte.

1. Noui Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae, Tom. VII et VIII. p. 575

2. BRISSON Ornithologia ſ. ſynopſis methodica auium Tom. I ad VI p. 591

3. Hiſtoire abregée des Inſectes qui ſe trouvent aux environs de Paris, Tom. I et II p. 612

4. BERTRAND Memoires ſur la ſtructure interieure de la Terre p. 619

5. BALLEXSERD Diſſ. ſur l' education phyſique des enfans p. 626

6. MEESE Plantarum rudimenta p. 638

7. OOSTERDYK. Diſſ. de Aceto p. 642

8. VANDERMONDE Iournal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie cet. p. 644

9. FABRICII Enumeratio methodica plantarum horti medici Helmſtadienſis. Editio ſecunda p. 664

10. RUSSEL, Diſſertation on the Uſe of Sea Waters in the Diſeaſes of the Glands p. 670

11. MORGAGNI de ſede et cauſis morborum per Anatomen indagatis, Libri V p. 677

12. Actorum Academiae Electoralis Moguntinae ſcientiarum vtilium, quae Erfordiae eſt, Tom. II. p. 694

13. Noua phyſico-medica p. 713

14. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1761 prodierunt p. 727

# INDEX.

## A.


Abdominalia viſcera, circa ea varia obſeruata 306 ſq. eorum ſitus perverſus et mala conformatio 707 ſq.
Ablactationis infantum tempus 414
Abſorptio, quibus vaſis fiat 283 ſeqq.
Acephalorum conſideratio 338
Acetum quid 642. parandi modus eiusque natura 643. aceti vini vſus in hydrophobia 720
Achillis tendinis disrupti ſanatio 130
Acida, opii antidotum 120. acidi vitriolici cum aliis corporibus coniuncti ſeparatio 271
Aconiti eiusque extracti vſus et effectus in variis morbis 239
Acta Heluetica Vol. IV. 313
Acus noua declinatoria 579. noua triquetra ad perforandum hydrocephalum apta 267
Acutorum morborum ſigna ex diſcrimine ſoni pectoris diſcuſſi deſumenda 59
Aduſtio vulnerum ſclopetariorum 268
Aer, quatenus vegetationem promouet 144
Aerugo cupri pendet a ſulphure cupri 211
Aeſchynomenes americanae deſcriptio 587
Aggeres exſtruendi et aquam iis arcendi ratio 138
Agriculturae fundamenta chemica 139 ſeqq.
Agros pinguefaciendi modus 151
Albinus, Bernh. Siegfr. Regiae ſcientiar. ſocietatis Londin. ſocius. 718. de ſceleto humano liber. 473
Alcali volatilis vſus in rabie. 658
Alſton, Car. vita, obitus et ſcripta 556 ſqq.
Alui obſtructio incurabilis 262
Amadou, fungi vſus ad ſiſtendam haemorrhagiam 653
Ambroſina, nouum plantae genus 539
Americae quadrupeda indigena 454. partis, Kamtſchadaliae proximae deſcriptio 16
Ammoniacum ſalem, parandi modus 17. 671. huius vis potulenta refrigerans 391
Amputatio, femoris ſpontanea 246. huius in articulo difficultates et poſſibilitas 251 ſq. eam in articulo inſtituendi modus 253 ſq.
Amygdala marina, concha 49
Anatomia artificialis a virgine *Biheron* praeparata 254
Anecdotes de Medecine 53

Aneurysma verum, sponte sanatum 649. arteriae spermaticae et scrotum inde scirrhosum factum 649. arteriae subclauiae enorme 653. aneurysmate defunctorum sectio 688 sq.
Anguillae massae farinaceae acescentis microscopio obseruatae 531
Animae sedis disquisitio 341
Animalcula iusculi carnis microscopio obseruata 531. marina aquae innatantia in littoribus Belgicis obvia 315
Animalia Americae indigena 454. orbi antiquo indigena 452. orbi vtrique communia 456. animalium in Belgio habitantium Centuriae duae 325
Anthoporita s. Anthopora petrefacta, quid? 321
Anus, ad illum excrescentiae peculiaris historia 530
Aphronitri examen chemicum 703
Apis foetus suos foliis inuolutos in ligno putrido abscondens 34
Apoplexiae distinctio 681. ea defunctorum sectio ib.
Aqua, quatenus vegetationem promoueat 144. aquae elementaris forma 73. incondensibilitatis, circa eandem experimenti Florentini fallaciae quaedam 65. vsus in doloribus ventriculi 57. calidae iniectionum in vterum vsus in retentione secundinarum 270. marinae vsus in morbis glandularum 670. experimenta circa eam instituta 671. eam edulcorandi artificium 358. aquae minerales magnae Britanniae 673. vitriolicae in insula Mona 14
Arationis vsus eique aptum tempus 153
Arena, an ad foecundationem terrae conferat 149
Argi, Zoophyti descriptio 509
Argilla quid, et quatenus ad fertilitatem contribuat 146
Arisarum potamogeti folio *Baccon.* 539
Arsenico demortui cadauueris sectio 693
Arteriarum structura 393. irritabilitas, circa eam difficultates 82
Artificum morbus singularis 21
Asbestus in Gall. repertus 33
Ascaridum historia physiologica 488. descriptio et structura interna 490. varii motus et nutrimentum 491 sq. generatio 492
de Asch, Geo. in munere supremi Russicorum exercituum Medici confirmatus 554
Ascitis curatio et cum educta aqua instituta experimenta 266. mira crisi curatio 265. tartaro emetico curatio 267. venaesectionibus et opio curatio 243. eum tractandi methodus 647. eo demortuorum sectio 691

Aſellus maior hermaphroditus 312 ſq.
Aſinus marinus 50
Aſper verus, piſcis 277
Aſperuli piſcis deſcriptio 277
Aſtacorum character genericus 468. propagatio 469. chelarum reſtauratio 470. aſtaci Norvegici curioſi deſcriptio 314
Aſtruc, J. Traité des Maladies des femmes 213
Auditus organi deſcriptio 297
Auenbrugger, Leop. Inuentum nouum ex percuſſione thoracis humani vt ſigno, abſtruſos interni pectoris morbos detegendi 57
Auis a phaſiano et gallina Afric. prognata 33. auium ſynopſis method. 590 ſqq.
Auriculae cordis dextrae praeternaturalis dilatatio 268
Auris eiusque partium deſcriptio et vſus 297 ſeq.

B.

Ballexſerd Diſſ. ſur l'education phyſique des Enfans 626
Balneorum vſus 228. horum incommoda 229
Barberet ab Acad. Scient. et Artium Rothomagienſi praemium reportauit 552
Barometri ad inſtar, nautis inſeruituri, cuiusdam inſtrumenti deſcriptio 585
Baſſii, Ferd. Ambroſina, novum plantae genus 539
Baſteri, Jobi opuſcula ſubſeciua Liber III. 310. opuſcula ſubſeciua Tomi II. Liber I. 468
Bathonienſis fontis medicati deſcriptio et vſus 674
Baurenfeind, obitus 720
Belladonnae vſus internus in cancro mammae 645. 654. vſus in ſcirrho inteſtinorum 258. circa eius vſum inſtituta experimenta 259. tincturam parandi methodus eiusque vſus in cancro mammae 652. fructuum effectus funeſti 389. horum antidota ib.
Beltz, Vrban. ab Acad. Reg. Scient. Berolinenſi praemium reportauit 164
Berolinenſis Academiae Reg. Scient. theſis et praemium ad ann. 1764. et 1765. 164
Bertrand, Elie, Memoires ſur la ſtructure interieure de la Terre 619
Bezoar humanum 646
Bilguer, Jo. Vlr. *Anweiſung zur ausübenden Wundarzneykunſt in Feldlazarethen* 496
Boehmer, Phil. Adolph. Academiae Reg. Chirurg. Pariſienſis ſocius 166
Bohadſch, Jo. Bapt. de quibusdam animalibus marinis eorumque proprietatibus Liber 501
Boleti noua ſpecies 316
Boſe, Ern. Gottlob, Prof. Phyſiologiae ordin. Lipſienſis 168
Botanica expeditior in tabulis 279
Boyer Methode a ſuiure dans

dans le traitement des differentes maladies epidemiques, qui regnent dans la Generalité de Paris 493
Brassicae chinensis descriptio 587
Brisson, A. D. Ornithologie Tome I. - VI. c. Supplem. 591 seqq. Regnum animale in IX Classes distributum auctius editum 612
Bristolienſis aquae medicatae descriptio et vsus 674
Büchner, Andr. El. Reg. Scient. Societatis Lond. socius 165

C.

Cadaueris hominis subito demortui sectio 660
Calculosa massa in intestino colo equi reperta 31
Calculus insignis ex vesica sectionis ope extractus 262. ad calculi sectionem lateralem instrumenti descriptio et vsus 653
Caloris vis vegetationem promouens 143. summi gradus ad certa fluida experimentis declarati 588 sq.
Caluariae foramina horumque vsus 101 seq.
Calvet, Spirit. Claud. Franc. Acad. Paris. Inscriptionum et elegant. literarum correspondens 166
Calx, an ad fertilitatem contribuat? 147. eam praeparandi, coquendi eaque vtendi modus 120 seq. eius varietates 207 seq. calcareae terrae varietates 207. seq.
Camphorae proprietates et noua vegetatio chymica, quae ope eiusdem fit 400 seq. vsus in mania 525. vis venena corrigens 30
Cancer mammae vsu belladonnae curatus 652
Cancri marini ad littus Ariminense 46. de iis obseruationes 471. eorundem duae species 471
Capitis vulneris cum cranio depresso curatio 533
Caracal, animal 463
Carbonis fossilis, *Bovey-Coal* dicti descriptio et origo 22 seq. analysis chemica 24. cum eo instituta experimenta 43
Carcinomatis vteri natura et cura 222
Cardialgiae conuulsiuae curatio 645
Cariei ossis pubis casus 209
Carnis frustum e trachea egressum 256
Caro ab Acad. Scient. et Artium Rothomagiensi praemium decretum 552
Cartilaginum vasa negantur 285
Casia fructu nigro *Gmel.* 579
Catalepsis pediluuiis et frictione mercuriali curata 247
Catamenia qua ratione contingant 215 seq. horum diuersi status 216. suppressio 217
Causticorum effectus in cadauera obseruatus 269

Cellu-

Cellulosae membranae insensibilitas dubia reddita 82
Cera flaua pictorum vsui accommodata 705
Cerebelli descriptio 331. a cerebro et medulla spinali differentia 338
Cerebri mensura, definitio et substantia 329 seqq. eius vasa 333. ventriculorum vsus 342. hydrops 269
Cernuae, piscis descriptio 277
*Cesto del mare*, animalis descriptio 502 sqq.
Chlorosis causa et curatio 217 seq.
Choreae S. Viti curatio 653.
Chronicorum morborum caussae et signa ex sono percussi thoracis sumenda 60
Cicutae vsus externus chirurgicus 241 seqq. vsus internus salutaris 651. vsus in scirrho et carcinomate 659, 664. in morbis scrophulosis 654. extractum parandi modus 230. eius dosis et effectus 236. huius vsus in amaurosi 234. in podagra ib. in obstructione glandularum 231 seqq. in carcinomate ib. in variis morbis 232 seqq. 236
Cinnabaris, circa hanc experimenta chemica 706. eius effectus antispasmodicus 707
Claui hysterici curatio 663
Cochleae punctatae genesis 49
Colicae verminosae curatio 270
Coma vigil. 647
Concha anomia plicata πελεκυποειδης petrificata 326. sphaerica fluviatilis, alata, ex badio et nigro colore variegata 695. conchae minimae ad littus Ariminense 45
Conchyliorum characteres determinandi ratio 396
Congelationis phaenomena 72 seq.
Corallii spongiosi historia 582 sq.
Cordis vasa et motus 304 sq. motus a voluntate pendens 56. irritabilitas quid? 85 sq. circa hanc difficultates 82. harum solutio 89 sqq. sensibilitas et difficultates circa eam 81
Cornua oborta ad femora plurium feminarum 654. eorundem in hominibus origo 304. cornua ammonis minima ad littus Ariminense 44
Cortusae Matthioli descriptio 325
Cotyledonum plantae differentiae 637. ab iis methodus desumta 638 sqq.
Conguar, animal. 461
Crantz, Henr. Nepom. solutiones difficultatum circa cordis irritabilitatem 84 seqq.
Cretaria terra an ad fertilitatem contribuat? 147
Cucumerum succi vsus in vlcere pulmonum 527

Cutis eiusque glandularum descriptio. 301

D.

Danicae societatis, iter in orientem facientis, plurima membra moriuntur 719
David, ab Acad. Reg. Chirurg. Parisiensi praemium reportauit 716
Delirii phrenitici curatio 663
Diarthrosis ossium, eiusque genera 475
van Doeveren, Gualt. Medic. theoret. et pract. chemiae et artis obstetriciae Prof. Groening. 357
Durae matris descriptio 332. motus, arteriae et nerui. 292 sq.
Duretus, Ludov. eius in elogium praemium constitutum 356
Duverney Oeuvres anatomiques 290
Dysenteriae ao. 1759 Suinfurti grassantis descriptio 524
Dysuriae, ex vlcere intestinali in vesicam peruio, in marasmum desinentis casus 323

E.

*Eau de Luce* vsus in rabie 658
Echinitae species singularis 326
Echinus s. Echinometra vulgaris aculeis nigris 48
Electrica experimenta 19. 36 seq.
Electricitatis effectus, in diversis morbis 322. in membra frigore vsta et alio modo adfecta 710
Ellenberger de Zinnendorf, summus rerum medicarum atque chirurg. in exercitibus Regis Borussiae Praefectus et Consiliarius supremi Collegii Medicorum 358
Emeticorum vsus in morbis acutis grauidarum 661
Endemii morbi vrbis Jön Koeping eorumque caussae 194
Epiploenteroceles cum sphacelo et iactura partis intestini curatio 651
Epiploi monstrosi obseruatio 267
Epsomiensis fontis medicati eiusque salis descriptio et vsus 676
Eruca salicis lignum rodens 418. 421. eius historia naturalis 421. corpusculi diuisio 422. partium capitis exteriorum descriptio anatomica 423 seqq. exteriorum corporis partium microscopio obseruatarum descriptio 427 seqq. interiorum partium fabrica 430. musculorum descriptio 430 sq. cerebri, medullae spinalis, gangliorum, neruorumque descriptio 432 sq. vasorum aereorum descriptio 433 sq. cordis descriptio 435 sq. corpora reniformia 437. vasa granulosa 438. pars adiposa ib. canalis alimentarius 439 sqq. vasa

vaſa bombycina 443. vaſa diſſoluentia 444 ſq. partes in capite contentae 445. mutatio in chryſalidem et phalaenam 421 ſq. 446
Euphorbii tincturae effectus eorumque curatio 29
Excreſcentia ad linguae radicem ligatura exſtirpata 645. gangraenoſa in capite membri virilis per ligaturam huius partis curata 127
Exfoliatio oſſium poſt 57 annos contuſionem capitis ſecuta 248 ſq.
Exoſtoſeos oſſis cylindrici noua ſpecies 648. monſtroſae deſcriptio 271

F.

Fabricii, Phil. Conr. Enumeratio methodica plantarum horti medici Helmſtadienſis 664
Febris putridae ſpasmodicae et rheumaticae caſus 316. catarrhalis cum vlcere pulmonis caſus ib. continuae in intermittentem anomalam transeuntis hiſtoria 655. proteiformis deſcriptio 656. putridae verminoſae cum delirio phreniticae curatio 657. febre hectica demortui ſectio 656
Felis ex india orientali deſcriptio 27
Femoris oſſis fractura ſola muſculorum actione producta 256. os vi externa luxatum 31. oſſis luxatio et repoſitio 35. vtriusque a cauſſa interna luxationis curatio 323 ſeq. ſpontanea amputatio 246. amputatio in articulo 211 ſqq.
Filicis maris radicis virtus foetum ex vtero expellendi 263
Fimbriae, animalis marini deſcriptio 507. an Zoophytum? 508
Fiſtulae ex adipe renum ortae curatio 124 ſeq.
Flagrorum vſus in obſtructione alui 56
Fluidi neruei, materies et natura 339 ſq. motus quotuplex 341. quatenus eſt cauſſa motus muſcularis 349 ſeq.
Fluidorum reſiſtentiae dilucidatio 584
Fluoris albi cauſſae et curatio 218
Foemina 9 annorum filiam peperit 320
Foetus ad 29 menſes in vtero geſtus et per abſceſſum eductus 662
Folia, eorum in plantis perfectioribus vſus 70 ſeq. an reſpirationi plantarum inſeruiant? 71
Forskal, obitus 720
Fractura, femoris ſola muſculorum actione producta 256. oſſis humeri et memorabilis eius operatio 28 complicata humeri ad articulum cubiti eiusque curatio 663

*Frenckiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit Oeco-*

*Oeconomie &c. 5ter und 6ter Band* 521
Freyenwaldenſis agri et fontis deſcriptio 50 ſq. fontis analyſis chemica 52
Frigoris, effectus in inſtrumenta muſica 212 ſeq. ſummi gradus ad certa fluida experimentis declarati 588 ſeq.
Friis, Chriſt. Lodberg, Decanus Facult. med. Hafn. 357
Fulminis effectus nonnulli obſeruati 244 ſeq.
Furoris vterini cauſſae et curatio 219

G.

Gadus hermaphroditus 312
Ganglii in femore feminae exſtirpatio 257
Gangraenae abdominis curatio 261
Gardeniae, plantae deſcriptio 40
Gaubius, Hier. Dav. Societat. Reg. Scient. Londin. ſocius 718
Gehler, Jo. Car. Botanices Prof. Publ. extraord. Lipſ. 168
Gelu quomodo fiat, circa illud phaenomena 72
Genetta, animal. 467
Geoffroy iun. Hiſtoire des inſectes Tome I. et II. 612
Gerard, Lud. Flora Gallo-Prouincialis 402
Glacies an commotionem electricam transmittat 39
Glandulae, plantarum 399. cutaneae, harum in quinque ſpecies diſtinctio 301. glandulae in vagina vteri oſſeae factae obſeruatio 255. glandularum vaginalium deſcriptio 308
Glarea an ad foecundationem terrae conferat? 149
Glaux Rivini, eius propagatio et vſus 701
Globulus plumbeus diu poſt acceptum vulnus vomitu reiectus 522
de Gorter, Jo. obitus 171 memoria 361 ſeqq. ſcripta 371
Gottingenſis Acad. Reg. Scient. theſis ad ann. 1764. 355
Gouan, Ant. Hortus Regius Monſpelienſis 154. ſeqq.
Grauiditatis ſignum peculiare 260
Gronouii, Jo. Frid. obitus 171. memoria et ſcripta 721
Guſtus organi deſcriptio 300
Gymnoti tremuli deſcriptio et experimenta cum eo inſtituta 314

H.

Haemoptoſeos caſus ſingularis et curatio 20 ſeq.
de Haen, Ant. Difficultates circa modernorum ſyſtema de ſenſibilitate et irritabilitate corp. hum. 76. Vindiciae difficultatum circa modernorum ſyſtema de ſenſibilitate et irritabilitate corp. hum. contra Alb. v. Haller 97
Hagſtroemii medicamenta tria domeſtica 197
Haleſiae, plantae deſcript. 40
v. Haller,

v. Haller, Alb. ad Ant. de Haen difficultates Apologia 93. Elementa phyſiologiae Tom. IV. 329
Harlemenſis ſocietatis ſcientiarum commentarii P. V. 120
Hartmann, Jo. Frid. Reg. Scient. Societatis Gotting. Correſpondens 166
Hartmann, Petr. Imman. Medicinae Prof. Publ. ord. Francof. ad Viadr. 168
de Haven, obitus 720
Hellebori nigri extracto demortui ſectio 693
Hernia, quatenus cum teſticulo communi ſacculo deprehenditur 288. ſcrotalis cum inflammatione vomitu ſpontaneo curata 255. inguinalis, circa eam obſeruationes 263. 645. cruralis 268. ventralis cum grauiditate 660. herniarum congenitarum ratio 289
Hillary, Guil. obitus 171
Hirudines aſſeruandi iisque vtendi modus 198 ſeq.
Hirundinum migratio 13
Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences à Paris, année 1756. 385. abregée des Inſectes, qui ſe trouvent aux environs de Paris Tom. I. et II. 612. naturelle generale et particuliere, avec la Deſcription du Cabinet du Roy Tom. IX. 449
Holmann, Samuel. Chriſt. Commentationum in Reg. Sci. Societate Gott. inde ab ann. 1756. recenſitarum ſylloge 63
Holmienſis Reg. Scientiar. Acad. theſis 165
Homolocenchrus, nouum graminis genus 327
Hope, Jo. Materiae med. Botan. et Med. Prof. Edinburg. 558
Hordei ariſta per vrinam evacuata 260
Hordeoli, plantae mexicanae virtus 257
Horrebow, Petr. obitus 719
Humus, quatenus vegetationem promouet 145
Hunter, Will. Medical Commentaries Part. I. 281
Hyaena, animal. 463
Hydrae, zoophyti deſcriptio 511 ſeq.
Hydrophobia, eius ſedes 483. curatio 484 ſeqq. ei medendi ſpecialis methodus 487. an ſit ſequela morſus animalis rabidi? 480. eius per morſum propagatio ib. ſeq. natura et ſymptomata 482. ea demortuorum ſectio quid oſtendat 482 ſeq. 684 ſeq. a ſolo terrore exorta 55. ſpontanea, ea defuncti ſectio 659
Hydrops inſultu apoplectico curatus 663. vſtione ſanatus 54. eo demortuorum ſectio 691. aſcites vid. Aſcites, peritonaei, eius cauſſae et ſigna 692
Hyoſcyami eiusque extracti effectus

effectus in variis morbis 238 seq.
Hysterici mali causſae et curatio 224

I.

Iaguar, animal. 461
Iames, R. Treatiſe on canine Madneſſ. 479
Iancke, Jo. Godofr. de foraminibus oſſium caluariae eorumque vſu Diſſ. I. 101. de ratione venas c. h. anguſtiores, in primis cutaneas oſtendendi 106. memoria et ſcripta 176 ſeqq.
Iaſmini promontorii bonae ſpei deſcriptio 41
Ibicis imberbis deſcriptionis ſupplementum 584
Inediae caſus ſingularis 388
Infantis recens nati cura 412 ſeq. 627 ſeqq. ablactati educationis ratio 629 ſeq. monſtroſi deſcriptio 657. infantes in orphanotrophea recipiendi tempus 416. horum veſtimentorum, nutrimenti et exercitiorum modus 641 ſqq.
Inoculatio variolarum a ſuprema Pariſienſi curia interdicta 558. huius praeſtantia 124. hiſtoria et origo 128. 225. eam inſtituendi modus et ratio 226. circa illam obſeruata 122
Inſectorum caracteres 447. in agro Pariſienſi reperiundorum methodica diſpoſitio 613 ſeqq.
Inſenſibilitas partium vnde? 335. tendinum, eius inuentio controuerſa 287
Inſitio variolarum vid. Inoculatio.
Ipecacuanhae in infuſo propinatae effectus 266
Irritabilitas, 'an ſit qualitas occulta? 89. cordis, huius a ſenſibilitate differentia 88. partium quid eiusque a ſenſibilitate differentia 344 ſeq. eius gradus 345. circa illam difficultates 82 ſeq.
Iſenflamm, Jac. Frid. Prof. Med. Ord. Erlang. 718

K.

Karakatizae, polypi marini deſcriptio 580 ſeq.
Klinkoſch, Jo. Thaddeus, Anatomiae Prof. Publ. Pragenſis 167
Kniphof, Io. Hier. memoria et ſcripta 559 ſqq.
Koelreuter, Joſ. Theoph. a Ser. Marchione Badenſi Conſil. et Hiſt. naturalis Prof. 553
Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för år 1760. Vol. XXI. 193

L.

Lacrymalis glandulae ductuum deſcriptio 295. horum inuentio controuerſa 285

Lactatio, circa eam monita 413
Lapidum figuratorum origo et diuerſitas 622. 625
Lapponiae borealis confinium, climatis ſalubritas 206
Lautter, Franc. Ioſeph. obitus 161
Leber, Ferd. *Abhandlung von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wundarzneykunſt* 241
Lens cryſtallina, eius vaſorum diſtributio 287 296. ſine ea an viſus eſſe poſſit? 530
Leonis hiſtoria naturalis 449. ſeqq.
Leopardi, a tigride, vncia et pardo differentia 459
Lepra, piſcium et animalium in Norwegia morbus 211
Lernaeae, animalis marini deſcriptio 502 ſeq. 508. ventriculus dentibus inſtructus 504 an venenis adnumeranda 506 ſeq.
Ligamentorum inſenſibilitas dubia reddita 99. 100
Lignorum foſſilium in montibus praealtis reperiundorum deſcriptio 18 ſeq.
Limbourg, Io. Phil. ab Acad. Louanienſi praemium reportauit 553
Linguae partium deſcriptio 300
Lithotomia per lithotomum occultum facta 651 vid. Calculi ſectio.
Lochiorum obſtructio ſanguiſugis ſublata 55
Ludolf, Chriſt. Frid. obitus 358
Lugdunenſis Acad. Scient. elegantiorum Literarum et artium, hiſtoria et membra 547 ſeqq. theſis ad ann. 1765. 550
Lupi nigri deſcriptio 467
Lymphaticorum vaſorum origo, circa huius inuentionem controuerſia 282 circa eorundem vſum controuerſia 283. 286
Lyncis deſcriptio et hiſtoria naturalis 462
Lyonnet, Pierre, Traité anatomique de la Chenille, qui ronge le bois de Saule 418

M.

de Macclesfield, Geo. Comitis obitus 556
Magneticae acus vſus in mineris ferri inueſtigandis 197
Malachites veterum quid? 701
Mania, a phantaſia et nauſea exorta breui curata 525. ea defunctorum ſectio 682 ſeq.
Manuum monſtroſarum deſcriptio 658
Marga? quid an ad fertilitatem aliquid conferat 148
Maris aeſtus reciprocus eiusque cauſa 47 ſedimentum ad littus Arimini 44 marinorum corporum in terra

terra continente origo 74
Martialium et ſalinorum vſus in colica verminoſa 270
Matthiae, Geo. Prof. Med. Ord. Gotting. 717
Maxillae contractio a medela morbi venerei orta 668
Medullae oblongatae deſcriptio 331 ſpinalis diſtributio ib.
Meduſa palliata ſ. vrticata, zoophytum 518
Meeſe, Dav. het XIX Claſſe van de Genera plantarum van de Heer Car. Linnaeus Syngeneſia genaamt, opgeheldet en vermeerdert 535. Plantarum rudimenta ſ. illarum methodus ex differentia ſeminum, cotyledonum cet. 635
Melancholia, eius peculiaris caſus 521 in maniam lethalem, breui tempore mutata 525 ope ſanguinis aſinini curata 534 ea demortuorum ſectio 682 ſq.
Menſtrui fluxus nimii ſigna et curatio 218 vid. Catamenia.
Meningum inſenſibilitas, circa eam difficultates 79
Mercurii, vſus in vomitu 323 in hydrophobia 485 dulcis vſus in morbis venereis 709 ſublimati vſus hiſtoria 222 huius vſus in vena medinenſi 267 mercurius vitae, circa eum obſeruata 704
Meſſerſchmidiae plantae deſcriptio 586
Meteora ſine fragore viſa 196
Millepora tubulis parallelis 326
Moguntinae Academiae Electoralis ſcientiarum, quae Erfordiae eſt, Actorum Tom. II. 694
Monſtri infantilis deſcriptio 657
Montes, horum origo 625 praealti ligno foſſili infarcti 17 ſeqq. argillaceo-calcarei et argillaceo-gypſei 696
Morgagni, Io. Bapt. de ſedibus et cauſis morborum per anatomen indagatis Libri V 677
Morochthi diſquiſitio 697
Mors, ex gaudio 56 ſubitanea a nimia obeſitate 661 repentina ex vitio vaſorum ſanguiferorum in thorace 688
Moſchiferi animalis deſcriptio et differentia ab animali zibethico 465
Mulierum morbi 213 ſeqq.
Mumiae aegyptiacae effectus 251
Murray, Io. Andr. Prof. Med. Extraord. Gotting. 717
Mus araneus, amphib. 307
Muſcularis, fibrae fabrica 342 motus cauſa 347 ſeqq.

quatenus a neruis dependet 337 phaenomena 343 horum explicatio 346 adminicula 347 vtilitas 350
Mytulorum descriptio, eorumque propagatio 310

N.

Napellus vid. Aconitum.
Nani cuiusdam nobilis Poloni, Borwslasky descriptio 264
Narium et ad illas pertinentium partium descriptio 298 seq.
Nerui, eorum contemplatio 334 an fluidum iis insit. 339 caui sint, obseruatio microscopica 523
Nitrariae, plantae descriptio 579
Nutrix, qualis infanti eligenda? 628

O.

Obseruationes anatomicae 387 seq. 650 botanicae 326. 351 seq. physicae 385 seq. practicae 531
*Occhio grisо*, plantae venenatae effectus 317 seq.
Occiput, ad illud magnae excrescentiae descriptio 531
Oculi, eiusque partium descriptio et vsus 295
Oesophagi obstructio peculiaris 257
Oestrum marinum 50
Ὀκτανδς, polypi marini descriptio 580. seq.
Oleandri foliorum succo expresso demortui sectio 693
Oosterdyk. Nic. Geo. Diss. de aceto 642
Opisthotonus balneis curatus 266
Opium, eius vsus in phthisi 107 seq. in hydrope 109 ascite 243 in melancholia 110 in mania ib. seq. in suppressione mensium 112 in grauidarum morbis 112 seq. in morbis parturientium et puerperarum 114 seq. in morbis infantum 115 seq. in morbis senum 117 vsus externus 118 quatenus venenorum antidotum 118 seq. eius tanquam veneni antidota 119 eius vsus vtilis et noxius per experientiam declaratus 135 sine subsequente noxa larga dosi sumtum 711
Orchidum classis, eius genera et species 318 seq.
Ornithologia methodica 591 seqq.
Orphanotrophei Holmiensis ratio 416 seq.
Os in pelui viri repertum 28 a femina deglutitum et cum vrina eiectum 250 ossa dealbandi noua methodus 355 foetus per anum eiecta 532 ossium c. h. descriptio 473. 476 seqq. genesis, articulatio et

etvaria circa eadem obſeruata 4. 302 articulationis ratio 474 ſeq. oſſium eorumque medullae inſenſibilitas dubia reddita 80
Oſtreum plicatum, plicis valde inaequalibus, lapidefactum 326

P.

Paracentheſis centies quadrageſies ter trium annorum ſpatio inſtituta 662
Paraſitae ſpuriae plantae 390
Pardi deſcriptio et hiſtoria naturalis 459 ſeq. a tigride differentia 458
Parentum viuendi ratio, antequam infantem progignant. 627
Pariſienſis Acad. reg. ſcientiarum hiſtoria et commentarii ad an. 1756. 385 et Ac. reg. chirurg. theſis et praemium ad ann. 1764. 163 theſis et praemium ad ann. 1765. 552 ſupremae Curiae (*Parlament*) interdictio inſitionis variolarum 558 regionis mineralogica deſcriptio 398 varii morbi epidemici 493
Parotidis tumor, cuius pus in pectoris cauum ſe euacuauit 269
Partus monſtroſi hiſtoria 528 laborioſi infantis praeternaturalis deſcriptio 664
Paſtinacae aculeus 472
Pectoris, morbi, quatenus ex ſono percuſſi thoracis cognoſci poſſint 60 ſeq. gladio perfoſſi vulnus eiusque curatio 662
Peithner, Thaddeus, Metallurg. Prof. Pragenſis 166 ſeq.
Penis valde decurtatus impotentiam virilem non efficiens 532
Penna marina, zoophytorum genus 514 eius ſpecies ibid.
Percae vulgaris deſcriptio 273 ſeqq. fluuiatilis minoris deſcriptio 277
Pericardium, eiusque liquoris deſcriptio 304 ſanguine plenum mortis cauſa 56 aqua implerum, eius ſigna 63
Perioſtei inſenſibilitas in dubium vocata 80
Peritonaei inſenſibilitas, circa eandem difficultates 80
Peruuiani corticis vſus in gangraena 646 in febribus malignis 709
Petropolitani Collegii Medici ſupremi noua conſtitutio eiusque membra 613 ſeqq.
*Pewter Medicine* vſus in hydrophobia 486
van Phelſum, M. Hiſtoria phyſiologica aſcaridum 488
Philoſophical Transactions Vol. LI. Part. II for the Year 1760. 13
Phthiſi renali defuncti ſectio 659

Pholades, an saxa perforare possint? 520
Pilorum circa pudenda resectionis, vsus in gonorrhoea 717 seq.
Pinguefactio agri quomodo instituenda? 151
Pinschbach, metallum componendi modus 210
Piscium, Bauarico-Ratisbonensium pentas 272 auditus organon describitur 278
Placenta vterina cano membranoso retenta 650
Plancus, Ian. de conchis minus notis Liber 43
Plantulae seminales frumenti, de iis obseruationes 701
Pleurae insensibilitas, circa eandem difficultas 79. 100 huius solutio 95
Pleurothotoni vniuersalis curatio 529
Podex marinus, vrticae marinae species 47
Poissonier, Petr. aquam marinam edulcorandi artificium detexit 358
Poleni, Io. obitus 357
Polypi marini, Russis Karakatiza dicti descriptio 580 seq.
Polyporitae quid? 321
Polyposae concretiones ex pectore reiectae 246
Pulex marinus 472
Pulmonum motus, substantia, vasa 305 insensibilitas dubia reddita 81 vlcus machina Muzelii sanatum 527 succo cucumerum curatum ib.
Pulsuum praeternaturalium historia 686. seq.
Pupillae vtriusque oculi contractio optice declarata 578
Pupillaris oculi membrana, circa eius inuentionem controuersia 287
Pylorus offensus exulceratus vomitus diuturni causa 256
Pyritae inter lignorum fossilium strata reperti 18

R.

Rabies canina quid sit? 481 eius signa ib. eius cum variolis hominum analogia ib.
Radicatio singularis arborum in suo trunco 123
Raia, eius caudae aculei descriptio 472 eius ouorum et ouarii descriptio 519
Rana piscis Surinamiensis 27
Rapuntii vrentis Solenensis effectus 659
Raulin, Ioseph. Reg. scient. societat. Londin socius 166
Refrigeratio potulentorum sine glacie 391
Reichardsrothensis aquae medicatae disquisitio 533
Renes, horum et vteri peculiares affectiones 522 circa hos obseruatio anatomica 650 renis atque vteteris vnici in homine reperti obseruatio 268
Respirationis mechanismus et vsus 67 seqq.

Rigiditas manuum a frequenti filorum aeneorum tractatione 141
Roederer, Io. Geo. obitus 172
Roſarum tincturae vſus in morbo pectoris cum humorum fluxione 56
Rothomagenſis acad. ſcient. artiumque theſis et praemium ad ann. 1764 et 1766. 551 ſeq.
Ruſſel, Rich. Diſſertation on the uſe of Sea Water in the diſeaſes of Glands 676

S.

Sachſii, Io. Ioc. memoria 172
Sal antepilepticus Weismanni quid? eiusque vſus 247
ſalia mineralia vegetationem non promouent 150
Sanches, Ant. Riber. Acad. ſcient. Petropol. membrum honorarium confirmatum 554
Sandaracha veterum quid? 700 ſandaracinus puteus Philoſtrati ib.
Sanguinis, globulorum diuerſitas 328 figura 526 ad caput tendentis menſura et ratio 332 aſinini vſus in melancholia 534 ſanguis albus ſcarifatione eductus 534
Sanguiſugae ex ſympathia menſtruatae 55
Sapatillae granorum in colica nephritica effectus ſalutares 265
Sarcoceles curatio 655
de Sauſſure, Horat. Benedict. Phyſ. atque Matheſ. Prof. publ. Genenenſis 167
Scabies ope gummi ex arbore pruni in aceto ſoluti ſanata 57
Schaarſchmidt, Aug. de agro et fonte Freyenwaldenſi 50
Schaeffer, Iac. Chriſt. Piſcium Bauarico-Ratisbonenſium pentas 272 Botanica expeditior 279 ab Elect. Palatino collectione numismatum donatus 555
Schlettwein, Io. Aug. a Reg. ſcient. ſocietate Gotting. duo praemia reportauit 717
Schmiedel, Caſim. Chriſt. Ser. March. Brandenb. Onolsbac. Archiater 168
Schraitſer, piſcis deſcriptio 277
Schreber, Dan. Gottfr. Oeconomiae Prof. Lipſ. 718
Schroeder, Phil. Geo. Med. et Anat. Prof. Ord. Gotting. 717
Schulz, Dav. Inträdes tal om Barns Skötſel i gemen 412
Scirrhus, pulmonum, eius ſigna 61 vteri, eius cauſae et curatio 221 inteſtinorum inueteratus belladonna curatus 258
Sclereticae oculi tunicae deſcriptio 295

Scoolo, Iac. Med. Practicae Prof. Publ. Primar. Patav. 254
Scrotum ab aneuryſmate arteriae ſpermaticae ſcirrhoſum factum 649
Seminatio, circa eam monita 153
Seminum vis intrinſeca multiplicativa 143. quatenus arte promouenda 150 ex eorum differentia methodus ſtabilienda 626
Senſibilitas partium humani corporis, circa hanc difficultates 76 ſeqq.
Senſorium commune ſedes animae 341
Senſus quid? 335 exercetur per neruos ib. ſeqq.
Seta paluſtris 50
Shaw, Petr. obitus 171
Sinuum cerebri vtilitas 333
Smellie, Guil. obitus 171
Solani furioſi effectus 248
Speculorum vſtoriorum emendatio 577
Spirituum animalium, materies ſ. natura 339 ſeq. motus quotuplex? 341
Squali ex rufo varii, pinna ani media inter anum et caudam pinnatam, ouorum deſcriptio 519
Squamarum piſcium varietas et vſus 312
Squillae marinae, circa eas dem obſeruationes 472
Stellae marinae, ad littus Ariminenſe reperiundae 46 harum inceſſus 49
Stenius, Iac. ab Acad. Reg. Sient. Holmienſi praemium reportauit 355 ſeq.
Stoerk, Ant. Libellus 11 in quo confirmatur: cicutam non ſolum vſu interno tutiſſime exhiberi, cet. 230 ſupplementum neceſſarium de cicuta 236 Libellus quo demonſtratur: Stramonium, Hyoſciamum, Aconitum non ſolum tuto poſſe exhiberi vſu interno etc. 237
Stramonium, huius extracti effectus ſalutares 238
Succini verſus nitrum relatio 704
Sudor picardinus 493 ſeq. huius curatio 494 ſeq.
Suecicae acad. Reg. Sient. acta ann. 1760 Vol. XXI. 193
Sulzer, I. H. *Die Kennzeichen der Inſecten* 447
van Swieten, Gerard. imago in ſui honorem in auditorio acad. erecta 555
Syngeneſiae plantae characteres 535
Syrinx, zoophytorum genus 513

## T.

Tabani, inſecti origo 210
Taberg, montis Smolandiae eiusque ferri ſodinarum deſcriptio 193
Tactus organi deſcriptio 291

Taenias origo, ſigna et curatio 202 ſeqq.
Tartari emetici vſus in hydrope aſcite 267
Tellina faſciata bicauda, concha 49
Telluris ſtructurae phaenomena 619 ſeqq. horum phaenomenorum hypotheſes 623 ſeqq.
Temperamenta dignoſcendi tempus et ſigna 633
Tendinum, inſenſibilitas, circa eam difficultates 76 ſeqq. harum ſolutiones 86. 94. disruptio, ſuper hac obſeruatio 130. ſtructura et natura 343
Terra, quatenus vegetationem promouet 145. ex animalibus acquiſita, circa hanc experimenta 205 ſq. calcarea ex plantis, animalibus et mineralibus producta, eiusque varietas 207. ex aqua parata, circa eius naturam experimenta 194 ſq. ex vegetabilibus producta, circa hanc experimenta 200 ſq. terrarum mixturae ad fertilitatem conferunt 152. has inſtituendi modus ib. terrae motuum cauſſa et phaenomena 25 ſq. 64 ſq. motus in Syria 22
Teſtium, in foetu ſtatus eorumque deſcenſus 288 ſq. vaſorum iniectio horumque inuentio controuerſa 282 ſq.
Tethyum, zoophytorum genus 517
Tetrahit Gerardi, nouum plantae genus 495
Thermometri metallici deſcriptio et vſus 32
Thoracum noxa in puerperis 414
Thorax, ex eius percuſſione variis in locis orta ſonorum diuerſitas exhibet ſignum morborum 58 ſeq.
Thuringiae montium deſcriptio 697
Tibiae amputatae prolongatio peculiaris 528
Tigridis deſcriptio et hiſtoria naturalis 452. 457 ſq.
Tiliae ſingularis in ſuo trunco radicatio 103
Timony, Antoine, Diſſ. ſur l'inoculation de la petite verole 225. Diſſ. ſur les Bains des Orientaux 228
Tralles, Balth. Lud. vſus opii ſalubris et noxius in morborum medela Sect. IV. 107
Tranſactiones philoſophicae Vol. LI. Para II. 13
Tremoris corporis vniuerſalis curatio 261
Trepanationis, vſus ad ſanandam exulcerationem et eariem tibiae 132 ſeq. repetitae vtilitas 136
Triller, Dan. Wilh. Diſſ. de morte ſubita ex nimio violarum odore oborta 159
Trochitarum deſcriptio, et ſpecies 321 ſq.

## Emendanda.

Pag. 20. lin. 16. medius lege medius. p. 21. l. 10. elixir proprietatis lege elixir vitrioli l. 15 loco proprietatis lege vitrioli. p. 30. l. 16. corrosiua l. corrosiuas. p. 53. l. aguam l. aquae p. 58. l. 2. cognosuntur l. cognoscuntur. p. 60. l. 29. patefcaiendis l. patefaciendis p. 66. l. 4. hydragyri l. hydrargyri. p. 93. l. 75. frusta l. frustra. p. 97. l. vlt. varolarum l. variolarum. p. 101. l. 26. post 1762. add. 4to. p. 106. lin. 7. post pl. 2ª add. 4to. p. 120. l. 15. post 1760. add. 8vo. p. 146. l. 8. vegetarionem l. vegetationem. p. 181. l. 23. Giovanni l. Ginanni. p. 194. l. 13. nimis l. minus. p. 207. l. vlt. maximum l. minimum. p. 244. l. 30. nonnullis l. nonnullis. l. 31. Mateau l. Morteau. p. 255. l. 29. scirrosa l. scirrhosa. p. 260. l. 8. ceassrunt l. cessarunt. 283. l. vlt. queant l. queant. p. 290. l. 21. post 1761. add. 4to. p. 292. l. 9 Regiae l. Regiae. p. 310. l 11. post 1761. c. Ind. add. 4to. p. 353. l. 14. ob lege ab. lin. 26. scripsit l. scripserit. p. 354. l. 28. erat l. esset. p. 406. l. 26. sthaecadum l. staechadum. p. 418. l. 17. post 1762. add. 4to. p. 444. l. 2. penitus l. penitus. p. 468. l. 8. post 1762. adde 4to. p. 486. l. 10. fuerit l. fuerint. p. 584. l. 7. inperbis l. imberbis. p. 612. l. 11. post 1762. adde 4to. p. 624. l. 6. Leignitius l. Leibnitius. p. 631. l. 31. affatam l. affam. p. 640. l. penult. edanem l. eandem. p. 687. l. 13. post 1762. add. fol.